



Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

RELIQUIÆ SACRÆ:

SIVE,

AUCTORUM FERE JAM PERDITORUM

SECUNDI TERTIIQUE SÆCULI

POST CHRISTUM NATUM

QUÆ SUPERSUNT.

ACCEDUNT SYNODI, ET EPISTOLÆ CANONICÆ,

NICÆNO CONCILIO ANTIQUIORES.

AD CODICES MSS. RECENSUIT, NOTISQUE ILLUSTRAVIT,
MARTINUS JOSEPHUS ROUTH, S. T. P.

COLLEGII S. MAGDALENÆ OXON. PRÆSES.

EDITIO ALTERA.

VOL. IV.

OXONII:

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXCVI.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
10 ELMSLEY PLACE
TORONTO 5, CANADA,

DEC 22 1931

2884

LECTORI S.

CUM Concilii Ancyрани Canones ad hoc Volumen ultimum jam reservati fuerint, de Canone decimo tertio hic monendum est, me præter solitum in eo exponendo fusiori oratione usum fuisse, nec tamen extra oleas vagante, siquidem hæc una verba ex omni germana antiquitate presbyteris potestatem sacros ordines conferendi ῥητῶς attribuant. Sic quidem se habente hoc canone in Codice ecclesiæ Romanæ, sed renitentibus verbis iis Græcis, quæ jure præferenda esse ostendi, unde haud diutius opus fuerit Latino supplemento a plurimis commendato. Quæ sane conclusio his præsertim temporibus aliquid momenti habere possit. Neque enim est, quod non pigeat nos recentis ac magni παραρῆματος, quod nobis peperit disciplinæ antiquæ aut negligentia aut oblivio. Certe haud debuerat in numerum nostri quidem cleri quisquam referri, ac ministrandi in sacris causa ad exterarum gentes mitti, nisi ordinatus ab episcopo, cujus duceretur per ordinem successionis auctoritas ab aliquo episcopo, quem apostoli, vel apostolici viri, conse-

craverint. Sed manum de tabula, ne jurgiis ac litibus me implicem; cum vero exempla mala unde cœperint, ibi raro consistent, ne fortasse posthac lætentur et exultent ecclesiæ nostræ adversarii veteris disciplinæ in ordinationibus sacris recte ipsi tenaces, hæc idcirco de re perquam gravi *ἐκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ* scripsi. Paulo post editam, quæ sequitur, de Ancyrano canone disquisitionem, deprehendi sententiam meam fide ac judicio ecclesiæ Græcæ in nupero Synodico ejus liquido confirmatam. Hæc hactenus.

Jam autem collectis *ἀναντιρρήτοις* iis monumentis Christianæ antiquitatis, de quibus bene mereri, quacunque re possem, studui, opus imperfectum fore ratus sum, quod vetustatem Ante-Nicænam nusquam separatim editam præ se fert in arctum colligere, nisi si alia quædam scripta ad antiquitatem canonicam pertinentia superioribus adjicerentur. Hujusce Appendicis pars prior tria tenet Concilia ante Synodum Nicænam apud Occidentales celebrata; germana illa quidem, sed quorum canones, qui supersunt, in nullum codicem publicæ auctoritatis relati sunt. In altera vero parte sistuntur, ratione ibidem reddita, S. Pamphili pro Origene Apologia, et S. Dionysii Alexandrini re et nomine Magni aliquot Excerpta. Quæ autem ad hæc scripta emendanda attuli, ea omnia, notulis meis in Dionysium exceptis, semicirculis inclusa ad imam paginam collocavi. Sed Concilium Certense, utpote quod conventus fuit

hominum qui in Gentilium manus Divinas Scripturas comburendas tradiderant, hinc exclusi, ne mira ista, nescio an germana, actis Catholicis jungerentur; aut fel cum melle, ut veteris Christiani Scriptoris verbis utar, misceretur. Præterit illa in Conciliorum editione sua Harduinus. Alexandrum porro Alexandrinum episcopum, etsi vir fuit summe catholicus, quique nonnulla ante synodum Nicænam scripsit in Arium, tamen idcirco e numero horum Ante-Nicænae fidei testium eximendum esse statui, quod in hoc Concilio, cujus ipse pars magna fuit, sederit Alexander. Male vero omissa a me fateor Macarii Magnetis Fragmenta, si ante synodum vixerit vetustissimus auctor; sed ea mihi insederat opinio, quæ Magnetem scriptoribus incertæ ætatis adstruat. Disputationem Archelai cum Manete, seu Manichæo, habitam ut de istis expungerem, vel invitum me coegit amplitudo ejus. Indices necessarios, certe utiles, adjeci, sed commodius hoc ratus in unum redactos præstiti. Et jam peractis omnibus longi operis partibus Deo conservatori maximam gratiam habeo, quod licuit mihi ex ecclesiæ thesauro vetera istæ, tot utique et tanti, ni fallor, momenti, ad communem proferre usum. Tu, Lector, si hoc convenit judicio tuo, iis fruire, ac vale.

BQ
331
.R86
v.4

The first part of the book is devoted to a history of the
 church in the East, from the time of the apostles to the
 present. The author discusses the various sects and
 heresies that have arisen, and the influence of the
 Roman Empire on the church. He also touches upon the
 lives of some of the great fathers of the church, and
 the councils that have been held. The second part of the
 book is a history of the church in the West, from the
 time of the apostles to the present. The author
 discusses the various sects and heresies that have
 arisen, and the influence of the Roman Empire on the
 church. He also touches upon the lives of some of the
 great fathers of the church, and the councils that have
 been held. The third part of the book is a history of
 the church in the East, from the time of the apostles
 to the present. The author discusses the various sects
 and heresies that have arisen, and the influence of the
 Roman Empire on the church. He also touches upon the
 lives of some of the great fathers of the church, and
 the councils that have been held.

INDEX AUCTORUM,

QUI

IN HOC TOMO QUARTO COLLOCATI SUNT.

	Reliquiæ. Pag.	Annotationes. Pag.
S. LUCIANUS MARTYR.....	3— 10	11— 17
S. PETRUS ALEXANDRINUS ..	21— 51	52— 82
S. PHILEAS	85— 94	95—111
CONCILII ANCYRANI CANONES	115—126	127—177
CONCILII NEOCÆSARIENSIS } CANONES	181—185	186—211
		In Utrumque Concil. 212—239
CONCILIIUM CONTRA NOETUM	243—	244—248
ASCLEPIADES.....	251	

APPENDIX I.

CONCILIIUM ELIBERITANUM..	255—274
CONCILIIUM ROMANUM.....	275—285
GESTA PURGATIONIS FELICIS	286—295
CONCILIIUM ARELATENSE I..	296—319
GESTA APUD ZENOPHILUM..	320—335

APPENDIX II.

S. PAMPHILI M. PRO ORIGENE } APOLOGIA, INTERPRETE } RUFINO. DEMPTIS ILLIS VERBIS } ORIGENIS, QUÆ LATINE TANTUM } SUPERSUNT	} 339—392	
EXCERPTA EX S. DIONYSII } ALEXANDRINI DE NATURA } LIBRIS	} 393—419	420—437
EXCERPTA EX S. DIONYSIO } ALEX. QUÆ NICETÆ IN JO- } BUM CATENA PRÆSTAT. .. }	} 439—447	448—454
INDICES.....	455—525	

S. LUCIANUS MARTYR.

S. LUCIANUS MARTYR.

S. HIERONYMUS, *Libro De Viris Illustribus*, cap.
lxxvii. pag. 167.

LUCIANUS, ^a vir disertissimus, Antiochenæ ecclesie ^bpresbyter, ^c tantum in scripturarum studio laboravit, ut usque nunc quædam exemplaria scripturarum Lucianea nuncupentur. ^d Feruntur ejus de Fide libelli. Et breves ad nonnullos Epistolæ. ^e Passus est Nicomediæ ob confessionem Christi sub persecutione Maximini, sepultusque Hellenopoli Bithyniæ.

^a Eusebius ubi hujus Luciani Apologiam pro fide, præsentem ipso Imperatore dictam Nicomediæ, memorat viii. 13. Lucianum vocat, τὸν πάντα βίον ἄριστον, et ix. 6. βίῳ τε ἐγκρατῆ, καὶ τοῖς ἱεροῖς μαθήμασι συγκεκριημένον. Sozomenus iii. 5. τά τε ἄλλα, εὐδοκιμώτατον, καὶ τὰς ἱερὰς γραφὰς εἰς ἄκρον ἠκριβωκότα. Illam Luciani Apologiam Latine refert Rufinus ex Actis fortasse Martyrii ejus excerptam. FABRICIUS. In urbe quidem tunc aderat imperator; sed coram præside orationem pro fide habuisse Lucianum narrat Eusebius, atque ex eo Rufinus.

^b Episcopum Nicomediensem vocat Honorius, (Augustodunensis de Scriptor. Eccles.) quod vetustiores ignorant. FABRICIUS.

^c De studio Luciani in emendanda LXX. Interpretum versione Simeon metaphrastes et ex eo Suidas in Λουκιανὸς et νοθεύει. Οὗτος τὰς ἱερὰς βίβλους ἰδὼν πολὺ τὸ νόθον εἰσδεξαμένος, τοῦ τε χρόνου λυμνημένου πολλὰ τῶν ἐν αὐταῖς, καὶ τῆς συνεχοῦς ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταθέσεως, καὶ μέντοι καὶ τινῶν ἀνθρώπων πονηροτάτων, οἱ τοῦ Ἑλλη-

μισμοῦ προσετήκεσαν, παρατρέψαι τὸν ἐν αὐταῖς νοῦν πειρασαμένων καὶ πολὺ τὸ κίβδηλον ἐν ταύταις σπειράντων; αὐτὸς ἀπάσας ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Ἑβραϊδος ἀνερεύσατο γλώττης, ἣν καὶ αὐτὴν ἠκριβωκῶς ἐς τὰ μάλιστα ἦν, πόνον τῇ ἐπανορθώσει πλείστον εἰσενεγκάμενος. Per totam Asiam minorem a Constantinopoli usque ad Antiochiam Luciani Martyris exemplaribus usos olim Christianos, testatur Hieronymus præf. in Paralipom. et lib. ii. in Rufin. Librum Jobi in Codice MS. Alexandrino, quem servant Angli, ex Luciani recensione etiamnum superesse contendit Jo. Ernestus Grabe Prolegom. ad tomum iii. edit. LXX. Interpretum cap. i. §. 7. seq. FABRICIUS.

^d Brevis ἔκθεσις fidei apud Athanasium de Synodis tom. i. pag. 892. Socratem ii. 10. et Sozom. iii. 5. Confer Schelstratenum ad Concil. Antiochen. p. 112. seq. FABRICIUS. De hoc symbolo nonnulla posthac annotaturus sum ad Luciani Reliquias. Itidem nuncupata a Rufino *de fide* est oratio, quæ habita a Luciano paulo ante Martyrium hæc inter collocatur.

^e A. 311. Vide Combesisium ad S. Maximi opera tom. ii. pag. 718. Acta Sanctor. 7. Januar. pag. 337. seq. Tillemontium tom. iv. memor. &c. FABRICIUS. Hieronymus cap. 78. hujus Libri *de Viris Ill. in Christo capite truncatus* (Phileas,) *codem in Ægypto persecutionis auctore, quo* [capite truncatus est,] *Lucianus Nicomediæ.*

S. LUCIANI

ANTIOCHENI PRESBYTERI, ET MARTYRIS,
QUI VERGENTE AD FINEM SÆCULO TERTIO FLORUIT,
RELIQUIÆ.

5 *Ex fine Epistolæ ad Antiochenos.*

ΑΣΠΑΖΕΤΑΙ ὑμᾶς χόρος ἅπας ὄμου μαρτύρων.
Εὐαγγελίζομαι δὲ ὑμᾶς, ὡς Ἀνθιμος ὁ πάπας τῷ τοῦ
μαρτυρίου δρόμῳ ἐτελειώθη. Hoc extat in *Chronico*
Paschali seu *Alexandrino*, p. 277. ed. Ducangii.

10 Salutem plurinam vobis di- mum papam martyrii cursu
cit universus simul martyrum perfectum fuisse.
chorus. Nuntio vobis Anthi-

Luciani coram Præside, antequam passus sit, habita Oratio ;
quam suæ intexuit Interpretationi Historicæ Ecclesiasticæ
15 *Eusebii Rufinus*, lib. ix. cap. 6. tom. i. p. 515. ed. *Cac-*
ciarii.

In occulto non est, quod nos Christiani quem colimus,
Deus unus est, per Christum nobis annunciatus et per
Spiritum sanctum nostris cordibus inspiratus. Non enim,
20 sicut vos putatis, humanæ alicujus persuasionis errore
constringimur, nec indiscussa, ut alii, parentum traditione
decipimur. Auctor nobis de Deo, Deus est. Neque enim
posset sublimis illa majestas sensibus humanæ mentis il-
labi, nisi vel Spiritus sui virtute delata, vel Verbi ac Sa-
25 pientiae suæ interpretationibus indicata. Fateor, erravimus

etiam nos aliquando; et simulaera quæ ipsi finximus, Deos, cœli ac terræ putabamus auctores; sed redarguebat eos fragilis (for. fragili) substantiæ suæ a nobis præstita consecratio; in quibus tantum venerationis inerat, quantum decoris manus contulisset artificum. 5

Verum omnipotens Deus ille, quem non nostris manibus fictum, sed cujus nos decebat esse figmentum, errores miseratus humanos Sapientiam suam misit in hunc mundum, carne vestitam, quæ nos doceret Deum, qui cœlum fecisset et terram, ^anon in manufactis sed in æternis atque 10 invisibilibus requirendum. Vitæ etiam nobis leges, ac disciplinæ præcepta constituit, servare parsimoniam, paupertate gaudere, mansuetudinem colere, studere paci, puritatem cordis amplecti, patientiam custodire. Sed et omnia hæc quæ nunc adversum nos geritis, ventura nobis esse 15 prædixit; ^beducendos nos ante reges, et ante tribunalia iudicium statuendos, ac veluti victimam jugulandos. Inde est denique, quod et ipse qui erat immortalis, utpote Verbum et Sapientia Dei, morti se præbuit, quo nobis in corpore positus patientiæ præberet exemplum. Sed nec nos 20 sua morte decepit, quibus post tertium diem resurrexit; non ut ista, quæ nunc falso conscribuntur, continent Acta Pilati, sed innocens, immaculatus, et purus ad hoc solum mortem suscepit, ut eam vinceret resurgendo. Quæ autem dico, non sunt in obscuro gesta loco, nec testibus 25 indigent. Pars pene mundi jam major huic veritati adstipulatur; urbes integræ; aut si in his aliquid suspectum videtur, contestatur de his etiam agrestis manus, ignara figmenti. Si minus adhuc creditur, adhibebo vobis etiam loci ipsius, in quo res gesta est, testimonium. Adstipu- 30 latur his ipse in Hierosolymis locus, et Golgothana rupes sub patibuli onere disrupta: antrum quoque illud, quod avulsis inferni januis corpus denuo reddidit animatum;

^a Act. vii. 48.

^b Mat. x. 18, 19.

quo purius inde ferretur ad cœlum. Aut si adhuc vobis minus digna videntur hæc, quæ in terris substantiam gerunt, accipite etiam e cœlo adstipulatorem fidelem. Solem vobis ipsum horum produco testem, qui cum hæc fieri per
 5 impios videret in terris, lumen suum meridie abscondit in cœlo. Requirete in annalibus vestris; invenietis temporibus Pilati, Christo patiente, fugato sole interruptum tenebris diem. Quod si terræ, si cœlo, si sanguini eorum a quibus veritatem per tormenta perquiritis, fidem non ac-
 10 commodatis, quomodo meis verbis allegationibusque credetis?

B. Luciano quæ adscripta est Expositio Jobi cap. ii. comm. 9. et 10. apud Anonymum in Commentario in Lib. Jobi Latine tantum excuso, a Joach. Perionio olim converso.

15 *Accepi etiam, inquit Anonymus Commentator, aliam intelligentiam a sanctis viris, de beati Job uxore, quam Luciani martyris, cui Christus charus fuit, esse dicebant: eamque oblivione obruendam non judicavi. Dicebant illi, ut beatus LUCIANUS explanans docebat, hominem Dei Job, qui*
 20 *justus esset, et reprehensione careret, atque ab omni re mala se abstineret, non solum eis qui ipsi adversi erant, molestum non fuisse, sed propinquis ac suis etiam consuluisse, quemadmodum etiam fidelis primus ejus pater Abrahamus, et liberis et uxori, ut et in Deum religiosi,*
 25 *et inter se justii essent. Qui ergo fieri poterat, ut illa (Jobi uxor) quæ a tali præceptore rationem religionis didicisset atque exercuisset, oblivione obrueret ea, quæ præclare decreta et statuta essent, nulla de causa, cum ei præsto esset noctu et interdium præceptor; quo semper audito, in*
 30 *se recentem religionis habet (for. haberet) confirmationem et justitiam (for. justitiæ) ejus, qui res rationibus nostris consulens administrat? Quæ eadem non poterat, mutatis suis consiliis et rationibus, dare consilium viro, ut in Deum*

diceret. Indignum est enim de tali fœmina absurdum aliquid suspicari. Quid ergo efficiunt verba hæc, ^c *Dic verbum aliquod contra Deum, et morere? Hoc afferebant*, (sc. sancti viri, supra commemorati) mulierem, quia virum reprehensione carere vidisset, et tamen concessu Dei in tot tantasque calamitates incidisset, verereturque ne quis ex iis quæ videbantur, judicans ea quæ ei evenirent, contraria ejus recte factis existimaret, id quod etiam tres amici fecissent: qui cum nihil sinistri ab eo gestum esse scirent, tamen ex iis quæ cernerent, ea quæ illi accidissent, judicassent, quod ¹⁰ ignorarent Dei, qui eum edidisset, consilium; ne quid hujusmodi accideret ei hæc dixisse: Vir, scio te Dei auxilium expectare: sed fortasse interea salutem distulit; causam non possum dicere. Permulti autem homines, qui (for. qui *delendum est*) te sine stirpe, sine domo, sine veste ¹⁵ esse, omnibusque bonis destitutum, et liberos illos pulchros ac bonos, quos magno labore procreavimus, non libidinis causa, sed propagandi generis nostri, repente deletos, vident: tu vero ipse *tinearum pabulum factus es*, et pro pristinis opibus ac bonis et valetudine, in tua carne ²⁰ vermium multitudo scatet, et pro regiis, ne sub tecto quidem, sed *sub dio habitas*: ego vero uxor tua, pro præclaro illustri que lare pauper effecta sum, ^d *præteriens loca ex loco, et domos mutans*, rerum ad vitam necessariorum gratia, ob eamque causam pudore affecta, *solem mihi opto occidere*, ²⁵ *ut nox adventu suo calamitates meas occulat et tegat*. Ut igitur ego ipsa tantum rideor, non ferens risum procacium: sic tu qui miserum spectantibus spectaculum propositus es, noli causa damni esse infirmis, quasi non sis curæ Deo, nec ipse simili tibi conjunctus sit; collecta contractaque ³⁰ mente tua te in famulatum Dei, qui te in lucem protulit, trade, ut tibi celerem mortem inferat, quo facilius morte ipsa et suspicionem quam de Deo habes (for. habent) tollas, et tibi dolores, et mihi calamitates reddas faciasque

c Job. ii. 9.

d Job. ii. 9, secund. LXX.

leviores. Hæc enim illa verba declarant, *Dic verbum aliquod contra Deum, sive, benedic Domino et morere, pro, Roga Deum, vel, precare Deum, ut morte longos illos magnosque dolores mitiget.* Qui ait ad illam, ^f *Ut quid tanquam una*
 5 *de stultis mulieribus locuta es?* Itaque amentiam ejus accusat, et levem sermonem mulierum similem, non impietatem aut scelus. Ignoras enim, inquit, O mulier, gravitatem dolorum, gratiasque quas pro doloribus ago, majorem mihi mercedem conciliare et quærere. Amisi armenta, boves,
 10 jumenta, servorum ac liberorum multitudinem, nihil tamen eorum, cum in lucem prolatus sum, mihi suppetebat: sed qui me effecit, usuramque vitæ mihi largitus est, is et bona et omnia, quæ ad vitam pertinent dedit: et nunc qui dedit, etiam abstulit. Absurdum est autem danti quidem gratias
 15 agere, detrahenti autem succensere, et mortem timide ignaveque optare: et divitiis acceptis, ac valetudine, lætari cum voluptate, paupertatem autem et morbum ignaviam existimare (for. cum ignavia extimere.) Neque enim nostrum est, uxor, ad ea quæ suavissima sunt currere: graviter
 20 autem labores acerbeque ferre. Debent enim ii, qui sui potestatem non habent, sed a Deo gubernantur, ferre fortiter, quæ dat Deus, qualiacunque etiam sint ea quæ incidunt. Nihil enim sine ejus providentia, aut boni nobis suppetit, aut mali nobis evenit, cum ipse omnia vel decreto
 25 suo vel permissu, nostræ in se charitatis comprobandæ causa faciat. Moneo igitur te, O uxor, ne ejusmodi mihi des consilium, quod imminuere fortitudinem meam potest, sed id potius, quod possit augere virtutem meam; atque constantia in subeundis laboribus, patientiaque in perferendis
 30 malis et morbis, præceptorem me spectantibus agendi gratias reddere, ut et cum locupletes sumus, et cum valemus, Deo gloriam tribuamus: et cum pauperes sumus, et cum ægrotamus, eum laudemus, non nunc modo, sed etiam in

f Job. ii. 1c.

perpetuum, animi constitutione, et laborum (for. labiorum) sacrificio. p. 523. *Operum Origenis Latine per Genebrardum*, Paris. 1604.

De Epistolis S. Luciani Suidas in voce, pag. 459. *ed. Kusteri.*

—Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ τὴν καθαρότητα τῶν θείων δογμάτων 5
παρὰ τούτῳ τις ἂν μάλιστα τῶν κατ' ἐκείνου τὸν χρόνον γενομένων
ἐπ' ἄκρον εὔροι φυλαττομένην. ἐξέθετο γὰρ καὶ ἐπιστολὰς ἀμέλει
γενναιοτάτας, ἐξ ὧν φωράσαι τις ἂν εἶ μάλα ῥαδίως, ἣν ὁ ἀνὴρ
περὶ τῶν θείων ἔσωξε γνώμην.

Interprete Æmilio Porto.

10

Neque vero tantum hoc præstitit, (Test. Veteris editionem,) sed etiam divinatorum decretorum puritatem apud hunc ex omnibus illius ætatis viris maxime summoque studio conservatam invenias. Nam

et epistolas edidit, profecto præstantissimas, ex quibus quivis facillime deprehendat, quænam fuerit hujus viri de rebus divinis sententia.

15

ANNOTATIONES

IN S. LUCIANUM MARTYREM.

P. 5. l. 6. Ἀσπάζεται ὑμᾶς &c.] Præmisit Chronici auctor: Τῷ αὐτῷ ἔτει, (304. post Christum natum) πολλοὶ μὲν πανταχόσε, καθὼς ἔφαμεν, διαθλήσαντες ἐτελειώθησαν. οὐδὲν δὲ ἦττον, καὶ κατὰ τὴν Νικομηδέων πόλιν ἐν ἧ ὁ βασιλεὺς ἐποιεῖτο τὰς διατριβὰς, τότε Δωρόθεος καὶ Γοργόνιος σὺν ἑτέροις, ἅμα πλείοσι τῆς βασιλικῆς ὑπηρεσίας οὔσιν, ἐτελειώθησαν, καὶ χορὸς ἅμα πολλὸς μαρτύρων ἀνεδείχθη. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Ἀνθίμος τῆς αὐτῆς Νικομηδέων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς ἐτελειώθη· ἕτεροι δὲ πυρὶ, πλείονες δὲ καὶ ἐν τῇ θαλάσῃ ἐβρίπτοντο, οὐκ εὐτονούντων τῶν δημίων εἰς τοσοῦτον ἀπειρότατον πλῆθος ἐξαρκεῖν. Περὶ τούτου τοῦ ἀπείρου πλῆθους τῶν μαρτυρησάντων Λουκιανὸς πρεσβύτερος Ἀντιοχεῦσι γράφων ἐδήλον· ἈΣΠΑΖΕΤΑΙ ὑμᾶς &c. *Eodem anno, multi ubique, uti diximus, haud minori constantia toleratis suppliciis, mortem obierunt. Sed et in Nicomediensium urbe, cum in ea moraretur imperator, Dorotheus et Gorgonius cum aliis non paucis ex imperatoris obsequio, vitam finierunt; simulque ingens martyrum chorus apparuit. Nec diu post Anthimus ipsius Nicomediensium ecclesie episcopus capite plexus interiit; alii igne damnati, complures in mare præcipitati sunt, cum ad tantum ac infinitum pœne numerum conficiendum tortores deficerent. De hac innumera martyrum multitudine Lucianus presbyter ad Antiochenos scribens ita meminit: SALUTEM plurimam vobis &c. Addit auctor Chronici, Καὶ τὰ μὲν κατὰ Νικομηδεῖαν ταῦτα, καὶ τούτων ἔτι πλείονα. Trium illorum martyrum Dorothei, Gorgonii, Anthimi mentionem*

facit Eusebius lib. viii. *Hist.* cap. 6. Hieronymus autem de ipso Luciano, ut vidisti, scribit, *De Viris Ill.* cap. 77. hunc passum esse Nicomediae sub persecutione Maximini, hoc est, sex vel septem post annos, quam martyrio coronatus Anthimus esset. *Εὐαγγελίζομαι* pro *συναγγελίζομαι* in nuperam suam *Chronici Paschatis* editionem revocavit cl. Dindorfius. Idem supra fieri, serius jussum est.

P. 5. l. 13. *Luciani—Oratio &c.*] De Luciani martyrio Eusebii hæc sunt, lib. ix. *Hist.* cap. 6. Λουκιανός τε ἀνὴρ τὰ πάντα ἄριστος, βίῳ τε ἐγκρατεῖ, καὶ τοῖς ἱεροῖς μαθήμασι συγκεκροτημένος, τῆς κατ' Ἀντιοχείαν παροικίας πρεσβύτερος, ἀχθεὶς ἐπὶ τῆς Νικομηδέων πόλεως, ἔνθα τῆνικαῦτα βασιλεὺς (Diocletianus) διατρίβων ἐτύγχανε, παρασχών τε ἐπὶ τοῦ ἀρχοντος τὴν ὑπὲρ ἧς προύστατο διδασκαλίας ἀπολογίαν δεσμοτηρίῳ παραδοθεὶς κτίννεται. Quem locum vetus interpres Rufinus ita vertit, aut potius interpolavit: *Lucianus quoque vir moribus, continentia, et eruditione præcipuus, Antiochenus presbyter, cum ad tribunal judicis fuisset adductus: Cur, inquit ad eum præses, vir rationalis et prudens sequeris sectam, cujus non potes reddere rationem? aut si est, aliqua audiamus. Tum ille, data sibi facultate dicendi, hujusmodi orationem de fide nostra habuisse dicitur.* In occulto non est &c. Eusebius porro in lib. viii. cap. 13. hæc de Luciani apologia habet—ἐν τῇ Νικομηδείᾳ, καὶ αὐτὸς, βασιλεὺς ἐπιπαρόντος (in urbe) τὴν οὐράνιον τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν λόγῳ πρότερον δι' ἀπολογίας, εἶτα δὲ καὶ ἔργοις ἀνακηρύξας. Neque ulla idonea causa mihi quidem esse videtur, (quamvis alii diverse senserint, ut e. g. Tillemontius *Mem. Eccl.* tom. v. in *Luciano* pag. 203. ed. Bruxell.) cur non haberi Rufino fides debeat, qui hanc præclaram orationem, cum moribus ac ratiociniis sæculi illius apprime convenientem, martyri Luciano attribuit. Fieri enim potest, ut ipsam ex actis martyrii ejus Rufinus descripserit, quod plus semel monuit Fabricius, cujus sententiæ favent verba, supra apud eundem interpretem ipsi orationi præcedentia; *Tum ille data sibi facultate dicendi orationem de fide nostra habuisse dicitur.* Ceterum statuit cl. Lardnerus *De Hist. Eccl. Fide*, Part. II. lib. i cap. 58. Hieronymi verba jam allata, *Feruntur*

ejus de fide libelli, ad hanc potius apologiam pertinere censenda esse, aut ad alios quosdam tractatus breves pro religione Christiana a Luciano scriptos, quam ad symbolum sive confessionem fidei, de qua posthac dicendum, quippe cum Rufinus, ejus ætatis scriptor, qua floruit Hieronymus, titulo *Orationis pro Fide* hanc insigniverit coram præside apologiam. At vix bene conveniet vel librorum, vel libellorum, de fide titulus huic breveculæ apologiæ. Trithemius quoque *De Scriptor. Eccles.* num. L. de Luciano habet, *Scriptis inter cætera de Fide nostra libr. iii.* Qua vero auctoritate nixus librorum numerum addiderit, nescio. Ibi notavit hoc quidem Aub. Miræus, “ Librorum numerus apud Hieron. cap. 77. videtur excidisse.” Certe si libri isti ab Hieronymo ita numerati essent, neque ad symbolum illud, neque ad hanc apologiam coram præside, pertinere possent.

P. 5. l. 17. quem colimus, Deus unus] Tertullianus *Apol.* cap. 17. init. *Quod colimus, Deus unus est.*

Ibid. l. 22. de Deo] Dum Cacciari in edit. postrema Rufini Romæ anno 1740 impressa *de cælo*, sed renitente reliqua oratione, habet, ex tribus vetustissimis editionibus, MStoque membraneo Collegii S. Magdal. Oxonii, et ex alio meo valde antiquo, alteram lectionem *de Deo* revocavi.

P. 6. l. 3. fragilis] Omnes habent *fragilis*, sed corrigendum *facili* videtur.

Ibid. l. 16. ante reges] *Ante reges* tum nostri MSS. libri tum vetust. Reg. Apud editos *ad reges*. PET. TH. CACCIARI. *ad reges MS.* Magdal. meusque.

Ibid. l. 22. acta Pilati] Horum *actorum*, quæ quidem a gentilibus sub hoc tempus conficta sunt, mentionem fecit Eusebius lib. ix. *Hist.* cap. 5. aliique. Erant autem teste Eusebio, *πάσης ἐμπλεα κατὰ τοῦ Χριστοῦ βλασφημίας.*

Ibid. l. 25. testibus] In vett. Cod. Reg. *testimoniis*. CACCIARI.

Ibid. l. 26. Pars pene mundi jam major] Præstitisse aliis multitudine etiam his temporibus Christianos, scriptum extat apud Porphyrium, qui eos alicubi nominavit *τοὺς πλείονας*, ut me jam olim fecit certiore eruditissimus Porsonus. Confer Valesii adnotat. ad Euseb. *H. E.* iv. 17.

Ibid. l. 31. ipse in Hierosolymis locus] At vero his Lu-

ciani temporibus *Ælia* urbs vulgo appellata est. Τῇ νῦν Αἰλίᾳ scribit Eusebius *H. E.* ii. 12. idemque fortasse invenit nomen Rufinus in suo exemplari; sed ejus quidem ætate recruderat vetus illud *Hierosolymæ* nomen. Ceterum in *MS. Collegii S. Magdal. Oxon.* super scriptum est, *ipse qui in H. est locus.*

P. 6. l. 31. Golgothana rupes sub patibuli onere disrupta] S. Cyrillus medio hoc sæculo quarto sanctæ urbis episcopus fine *Catechesis* 13. hæc testatus est; Ὁ Γολγοθᾶς οὗτος ὁ ἅγιος ὁ ὑπερανεστῶς, καὶ μέχρι σήμερον φαινόμενος, καὶ δεικνύων μέχρι νῦν ὅπως διὰ Χριστὸν αἱ πέτραι τότε ἐρράγησαν τὸ μνήμα τὸ πλησίον ὅπου ἐτέθη, καὶ ὁ ἐπιτεθείς τῇ θύρᾳ λίθος, ὁ μέχρι σήμερον παρὰ τῷ μνημείῳ κείμενος. Quam autem rupem referunt Lucianus, Cyrillus, alii, tum temporis disruptam ac divisam fuisse, quando auctor naturæ passus est, illam haud quovis instrumento, sed vi terræ motus divulsam fuisse, cl. Maundrellus ostendit in *Itinerario* suo, p. 73. In hac quoque rupe seissa unam tantum speluncam extitisse, tradit Eusebius in libro nunc redivivo *Theophania* sua, quam ex codice Syriaco primus edidit, et Anglice vertit, vir cl. Samuel Leeus, p. 811. §. 62. Habet *MS. Magdal.* sed *meo* dissentiente, *Golgotha*, et *honore* pro *onere*, et paulo post, *creditur reddere pro reddidit.*

P. 7. l. 1. Aut si adhuc vobis minus digna videntur, &c.] Si oratori potius quam martyri jam moribundo hæc convenire videntur, meminisse debemus, disertissimum fuisse testante id Hieronymo Lucianum.

Ibid. l. 6. in annalibus vestris] Locum hujus similem, qui apud Tertullianum extat in *Apologia* cap. 21. spectare ad publica quædam acta, non ad Phlegontis, vel alius cujusquam auctoris, opus, arbitratur clariss. Lardnerus in *Collect. Testimon. Judaic. et Ethnic.* Anglice conscript. vol. ii. cap. 13. pag. 131. Mox l. 9, *requiritis* pro *perquiritis* *MS. Magdal.*

Ibid. l. 10. credetis] Subjungitur istud apud Rufinum: *Et cum pene jam his verbis auditoribus suadere cepisset, arripi jubetur in carcerem, ibique, quasi absque tumultu populi, necari.*

P. 7. l. 12. *B. Luciano quæ adscripta est Expositio &c.*] Cum monuisset Sixtus Senensis, *Biblioth. Sanctæ* lib. iv. p. 281, insertam fuisse Latinis Origenis editionibus, etsi Origenis non sit, sed Ariani alicujus, *expositionem quandam libri Jobi*, quasi παραφραστικῶς historicum ejus sensum edisserentem, inque hoc opusculo extare *Luciani martyris expositionem* in verba illa uxoris Jobi, quæ capite secundo extant; longiuscula istæc, utpote quæ partim saltem deberi Luciano videntur, ex Genebrardiana *Operum Origenis* editione desumpsi.

P. 8. l. 1. absurdum aliquid suspicari] Fortasse Græce scriptum fuerat ἀτοπόν τι ὑπονοεῖν. *Gloss. Vet.* ἀτοπος. *Facinorosus, Flagiciosus.* ἀτόπημα. *Flagitium, Facinus.* His congruenter infra ait auctor; Itaque amentiam ejus accusat (Job) et levem sermonem mulierum similem, *non impietatem aut scelus.* pag. 9. Juliani autem Halicarnassensis, qui sæculo Christi sexto Commentarium scripsit in Jobum, extat hæc ῥήσις in Nicetæ *Catena* in Jobum pag. 93. Τινὲς δὲ ὑπὲρ τῆς γυναικὸς ἀπολογούμενοί φασι, ὅτι ὡς εὐσεβῆς, καὶ ὑπ' αὐτοῦ πάλαι παιδευθεῖσα, συμβουλευεὶ δι' εὐχῆς αὐτὸν λοιπὸν ἐπισπάσασθαι θάνατον, ἵνα μὴ τινες ἐπ' αὐτῷ σκανδαλιζόμενοι βλασφημῶσιν· ὅθεν καὶ ὁ Ἰωβ ἄνοιαν αὐτῆς γυναικῶδη καταγινώσκει, οὐ μὴν δὲ ἀσέβειαν· ἐμοὶ δὲ τοῦτο οὔτε ἀρέσκει, ἀλλ' ἀποδοκιμάζω τὴν τοιαύτην ἐξήγησιν. Prioribus addo, τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων, 1 *Thess.* ii. 2.

Ibid. l. 23. *præteriens loca ex loco, et domos mutans*] *Comm.* 9. in *Græcis*, καὶ γὰρ πλανωμένη καὶ λάτρις, τόπον ἐκ τόπου, καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας. vel ut *Alex.* καὶ ἐγὼ πλανῆτις καὶ λάτρις τόπον ἐκ τόπου περιερχομένη, καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας.

P. 9. l. 2. *benedic Domino*] Ita nonnulli Hebræa vertere maluerunt.

Ibid. l. 18. ignaviam existimare] Legendum puto, *cum ignavia extimere.* *Glossæ Vett.* habent, *Extimere* ἐκφοβοῦμαι; quod fortasse verbum in Græco codice Perionius interpres invenit.

P. 10. l. 5. οὐ μὴν δέ, &c.] Verba Suidæ, quæ huic testimonio præeunt, in nota Fabricii ad Hieronymi *De Viris Ill.* collocantur. Celebris vero est quæstio de Luciano cum

Arianis consensu, de qua re nonnihil dicturus sum. Certe, ut ait Cavius *Hist. Lit.* in voce *Lucianus*, in illius gratiam trahenda sunt, quæ de eo habet Suidas. In hac quoque Apologia Christo asseritur Divinitas. Ex una autem epistolarum ab Hieronymo et Suida hic memoratarum breve quoddam ἀπόσπασμα, solum quod restat, sumpsit, idemque posuit ante Luciani Apologiam a Rufino Latine versam.

EXTAT apud Athanasium *De Synodis*, n. 23. p. 735. ed. Benedictinæ, Hilarium *De Synodis*, n. 28. pag. 1168. ed. Benedictin. Socratemque *Hist. Eccl.* ii. 10. *Confessio* quædam *Fidei* in Antiocheno Concilio, anno 341. occasione Encæniorem celebrato, una cum duabus aliis formulis prolata, quam, auctore Sozomeno *Hist. Eccl.* iii. 5. aiebant Ariani se reperisse scriptam manu ipsius Luciani martyris. Ἐλεγον δὲ ταύτην τὴν πίστιν ὀλόγραφον εὐρηκέναι Λουκιανού, τοῦ ἐν Νικομηδείᾳ μαρτυρήσαντος, ἀνδρὸς τὰ τε ἄλλα εὐδοκίμωνότατου, καὶ τὰς ἱερὰς γραφὰς εἰς ἄκρον ἠκριβωκότος· πότερον δὲ ἀληθῶς ταῦτα ἔφασαν, ἢ τὴν ἰδίαν γραφὴν σεμνοποιούντες τῷ ἀξιωματί τοῦ μάρτυρος, λέγειν οὐκ ἔχω. Hæc ille. Τῇ γνησιότητι quidem scripti favent cum alii, tum vero Cavius et Basnagius; neque inesse ei quidquam videtur, quod a Luciani temporibus, vel ab orthodoxa fide, abhorreat; nisi si forte aliquis sensus, ut verbis Sozomeni utar, mihi incompertus, in verbis ejus latet. Sin vero phrasis aliqua existere videtur, haud satisfaciens fortasse temporibus, quæ secuta sunt, S. tamen Hilario opusculum placuisse haud oblivisci debemus. Benigne quoque præter Cavium Basnagiumque de hac fidei formula sensit Baronius in *Notis ad Martyrol. Romanum*, in quo Martyrologio ad Jan. 7. inter alia scriptum est, *laudes Luciani sanctum Joannem Chrysostomum celebravisse*; quæ quidem Homilia adhuc servatur. Quum vero tres illi Athanasius, Hilarius, Socratesque formulam istam Luciano haud adscripserint; solusque Sozomenus Arianorum præsulum narrationem, de qua tamen dubitat, memoraverit, vix equidem ausim cum cl. Bullo symbolum istud afferre tanquam a Luciano indubitanter

scriptum; etsi auctor *Dialogorum de S. Trinitate* inter Athanasii atque Theodoretii opera editus, qui vergente ad finem sæculo quarto fortasse floruit, idem scriptum Luciani esse, particula ejus adducta, crediderit. Sed *γνησιότητι* ejus maxime opponas, quod adnotavit editor Benedictinus ad *Hilarium*, ubi supra: “Quædam (inquit) ex ipsa confessione, Athanasius, ut mox ostendemus, adscribit, tanquam ab Acacio et Eusebio in Encæniis prolata, Acacius vero plura ejusdem verba Asterio attribuit. Neque obscure innuit Hilarius, eos ipsos, qui Synodo intererant, formulæ hujus extitisse auctores.” Denique, quod magni momenti est, cum auctor ille *Dialogorum de Trinitate* ei quædam addidisse hæreticos, se posse probare dicat, Dial. III. ipso init. quænam tamen fuerint, haud ostendat, eo minus valebit in illius gratiam testimonium ipsum istud, quod corruptionem opusculi simul asserat. Sed vero, quidquid de hac re statuitur; quoniam abunde constat, Lucianum ipsum, dum viveret, suspitionibus orthodoxorum obnoxium fuisse; (videnda est enim inter alia ad hanc rem spectantia epistola Alexandri episcopi Alexandrini ad cognominem suum Constantinopolitanum de eodem hoc Luciano, velint nolint quidam docti, conscripta, quam Theodoretus lib. i. *Hist.* cap. 3. servavit;) dumque præterea novimus eum, cum mortuus esset, ab Arianis certatim sibi vindicatum fuisse; haud dubito, quin nonnulla ei inter disserendum de rebus divinis prodita essent, quæ cum regula fidei minime consentirent. Ex qua vero catholica communione excidisse eum testatus est Alexandriae episcopus, in illam postea receptum fuisse Lucianum, atque in eadem immortuum esse, honor ei ut sancto martyri ab omnibus fere tributus satis ostendit.

S. PETRUS ALEXANDRINUS.

S. PETRUS ALEXANDRINUS.

BÆDA *Venerabilis in Martyrologio, ad Novemb. xxv.*
pag. 449. *ed. Smithi.*

NATALE S. Petri Episcopi Alexandrini: qui cum esset omnibus adornatus virtutibus, in Scripturis quoque divinis nullius priorum inferior, vere sacerdos et hostia Deo, subito capitur atque ex Maximini præcepto capite obtruncatur: cum quo simul et alii plures ex Ægypto trucidantur. Scriptum in Historia Eccles. libro nono (Rufinianæ Interp. Eusebii).

GUL. CAVIUS, *Hist. Lit.* tom. i. p. 160.

PETRUS, si non ortu, saltem institutione et officio Alexandrinus, scriptorum omnium hujus ævi (quarti) agmen ducit, et quidem merito. Erat enim, teste Eusebio (lib. ix. cap. 6.) *θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα, divinum Episcoporum decus*, Christianæ religionis doctor eximius: cum ob totius vitæ sanctimoniam, tum ob sacrarum literarum studium ac peritiam venerabilis. Ad pietatem juxta et sacras literas a Theona episcopo formatus est, cui deinde ipso anno sæculari Christi 300. in sede Alexandrina successit. Elapso fere in episcopali munere triennio exorta est persecutio a Diocletiano anno 303. excitata: ex quo per

reliquum vitæ tempus ob ingruentem tempestatem arctiore disciplina sese exercuit Petrus, communicæ ecclesiarum utilitati pro virili prospexit. Sub hac persecutione diu eum in carcere detentum fuisse necesse est; si modo vera sint, quæ de dissidio illum inter et Meletium Lycopolitanum in Thebaide episcopum ^aex incertis, ut opinor, si non fictis, Meletianorum actis Epiphanius refert. (Hæres. 68.) Mihi quidem in re incerta divinanti probabile videtur, Petrum sub Diocletiano vel Galerio Maximiano in custodia traditum, postmodum vinculis absolutum, demum sub Maximino passum esse. Certe luculenter tradit Eusebius, (loc. cit.) qui hac ipsa tempestate in Ægypto versabatur, ibi etiam in carcerem detrusus, Petrum nullum ob crimen comprehensum, præter omnium expectationem subito et absque ulla probabili causa solo Maximini jussu capite truncatum esse. ^bHoc ei contigit anno persecutionis nono, episcopatus sui duodecimo, Christi 311.

^a Epiphaniæ istæc dubiæ esse fidei ante docuerant Baronius et Petavius, hic in Notis ad Epiphanium, ille in Annalibus. Plures autem eorundem actorum errores indicare jam licuit ex *Epistola Episcoporum ad Meletium* infra subjuncta, quæ a Scipione Maffei primum edita est.

^b De S. Petri episcopatus mortisque annis inter recentiores fere omnes convenit. De festo ejus, quod a veteribus memoratur, consulas Bedam aliosque Martyrologos. Ceterum inter alios viros insignes Paulum senem Petri martyris discipulum Alexandriæ vitam adhuc egisse commorante in illa urbe Rufino, sexaginta post Petri mortem annos, ipse tradidit idem Rufinus in *Invectiva Secund. in Hieron.* p. 286. ed. Froben. tom. iv. *Op. S. Hieron.*

S. P E T R I,

EPISCOPI ALEXANDRINI, ET MARTYRIS,

QUI SÆCULO VERGENTE AD FINEM TERTIO, ET
INEUNTE QUARTO, FLORUIT,

5

RELIQUIÆ.

Ex Libro De Pœnitentia.

Τοῦ Ἁγίου Πέτρου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ
Μάρτυρος Κανόνες φερόμενοι ἐν τῷ περὶ Μετα-
νοίας αὐτοῦ Λόγῳ.

10

ΚΑΝΩΝ Α.

ΕΠΕΙ τοίνυν τέταρτον ἤδη πάσχα ἐπικατέλιψε τὸν
διωγμὸν, αὐτάρκως ἔχει τοῖς μὲν προσενεχθεῖσι, καὶ
φυλακισθεῖσι, βασάνους τε ἀνηκέστους ὑπομνηκόσι
καὶ ἀφορήτους μάστιγας, καὶ πολλὰς ἐτέρας δεινὰς
15 ἀνάγκας, ὕστερον δὲ προδιδόμενοις ὑπὸ τῆς ἀσθενείας
τῆς σαρκός· εἰ καὶ μὴ ἐξ ἀρχῆς παρεδέχθησαν διὰ τὴν
παρακολουθήσασαν μεγίστην πτώσιν, ὅμως διὰ τὸ
πολλὰ αὐτοὺς ἠθληκέναι καὶ ἐπὶ πολὺ ἀντιμάχασθαι·

Versio Latina Gentiani Herveti, ab Harduino recognita et emendata.

20 Sancti Petri Archiepiscopi A-
lexandrini et Martyris Can-
ones qui feruntur in Ser-
mone ejus de Pœnitentia.

lati quidem sunt, in custodiam-
que conjecti, tormenta que non
sufferenda, et intolerabilia fla-
gella, et multas alias graves
necessitates sustinuerunt, post-
ea autem sunt a carnis imbe-
cillitate prodiiti: etiamsi non
initio suscepti sunt propter
gravem lapsum consecutum;

ΚΑΝΩΝ Ι.

25 Quoniam autem quartum
pascha persecutionem jam ap-
prehendit, satis est iis qui de-

οὐ γὰρ κατὰ προαίρεσιν εἰς τοῦτο ἐηλύθασιν, ἀλλὰ καταπροδοθέντες ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκός· ἐπειδὴ καὶ ^aτὰ στίγματα τοῦ Ἰησοῦ ἐνδείκνυνται ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν, καὶ ἤδη τινὲς τρίτον ἔτος ἔχουσι καταπενθοῦντες· προσεπιτιμηθῆναι αὐτοῖς ἀπὸ τῆς προσε- 5
λεύσεως καθ' ὑπόμνησιν ἄλλας τεσσαράκοντα ἡμέρας·
^b ἃς καίπερ νηστεύσας ὁ κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, μετὰ τὸ βαπτισθῆναι, ἐπειράσθη ὑπὸ τοῦ διαβόλου· εἰς ἃς καὶ αὐτοὶ κατὰ περισσὸν διαγυμνασθέντες εὐτονώτερόν τε ^cνήψαντες γρηγορήσουσιν 10
εἰς προσευχὰς τοῦ λοιποῦ, καταμελετῶντες τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Κυρίου πρὸς τὸν πειράζοντα αὐτὸν ἵνα προσκυνήσῃ αὐτῷ, ^dὑπάγε Σατανᾶ· γέγραπται γὰρ, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. 15

KANON B.

Τοῖς δὲ μετὰ τὸ φυλακισθῆναι μόνον, καὶ ὑπομεμνηκέναι τὰς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὡς ἂν ἐν πολιορκίᾳ,

tamen quia multum decertarunt, et diu restiterunt: non enim sponte ad ea devenerunt, sed a carnis imbecillitate prodi: nam et stigmata Jesu in suis corporibus ostentant, et anno jam tertio deflent: eis ex quo die de suo adventu commonuerint alii quadraginta dies injungantur: quos cum jejunasset Dominus noster Jesus Christus, postquam baptizatus fuerat, tentatus est a diabolo: in quibus et ipsi cum valde ex-

ercitati fuerint, et constantius jejunaverint, vigilabunt in orationibus deinceps, meditantes quod dicitur a Domino ad eum qui illum tentat, ut ipsum adoret: *Abi retro Satana: scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli ser-* 20
vies. 25

CANON II.

Iis autem qui postquam solum in custodia traditi, et in 30
carcere, tanquam in obsidione

^a Galat. vi. 17.

^c 1 Pet. v. 8. Coloss. iv. 2.

^b Matt. vi. 2.

^d Matt. iv. 10.

θλίψεις τε καὶ δυσωδίας· ὕστερον δὲ χωρὶς πολέμου
 βασάνων γενομένοις αἰχμαλώτοις, κατὰ πολλὴν πτω-
 χεῖαν δυνάμεως καὶ κατὰ τινα τυφλότητα τεθραυσμέ-
 νοις· ἐπαρκέσει ἐνιαυτὸς πρὸς τῷ ἑτέρῳ χρόνῳ· ἐπεὶ
 5 ὅλως καὶ αὐτοὶ ἐπιδεδώκασιν ἑαυτοὺς ὑπὲρ τοῦ ὀνό-
 ματος θλιβῆναι· εἰ καὶ ἀπήλαυσαν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ
 τῆς παρὰ τῶν ἀδελφῶν πολλῆς ἀναπαύσεως· ἅπερ
 πολλαπλασίονα ἀποδώσουσι, ποθοῦντες λυτρωθῆναι
 ἀπὸ τῆς πικροτάτης αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου, μεμνη-
 10 μένοι μάλιστα τοῦ λέγοντος, °Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ,
 οὗ ἔνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέ-
 σταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς
 ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, κη-
 15 ρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν καὶ ἡμέραν ἀνταπο-
 δόσεως.

ΚΑΝΩΝ Γ.

Τοῖς δὲ μὴδ' ὅλως μὴδὲν τι τοιοῦτο πεπονθόσι μὴδὲ
 ἐνδειξαμένοις καρπὸν πίστεως, ἀλλ' αὐτομολήσασι

afflictiones gravesque fœtores
 20 passi sunt, postea autem sine
 bello tormentorum, captivi
 facti sunt nimia virium inopia,
 et quadam cœcitate confracti,
 placet annum ad aliud tem-
 25 pus adjungi: nam ipsi quo-
 que se omnino pro lege Christi
 affligendos dedere, sicque et-
 iam a fratribus in carcere mul-
 tam consolationem assecuti
 30 sunt: quæ quidem multiplicata
 reddent, liberari cupientes ab
 acerbissima captivitate dia-
 boli: ejus maxime recordantes,

qui dicit: *Spiritus Domini su-
 per me, propter quod unxit me:
 evangelizare pauperibus misit
 me: sanare contritos corde, præ-
 dicare captivis remissionem, et
 cæcis visum, dimittere confrac-
 tos in remissionem, prædicare
 annum Domini acceptum, et
 diem retributionis.*

CANON III.

Iis autem qui nihil hujus-
 modi passi sunt, nec fidei fruc-
 tum ostenderunt, sed ad vitium
 transfugerunt, a metu et timi-

e Is. lxi. 1, 2.

πρὸς τὴν κακίαν, προδομένοις ὑπὸ δειλίας καὶ φόβου·
 νῦν δὲ εἰς μετάνοιαν ἐρχομένοις· ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ
 ἀρμόζον, τὴν τῆς ἀκάρπου συκῆς παραβολὴν παρα-
 θέσθαι, ὡς ὁ Κύριος λέγει· Ἔσκη ἔιχε τις πεφυτευ-
 μένην ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ, καὶ ἦλθε ζητῶν καρπὸν 5
 ἐν αὐτῇ, καὶ οὐχ εὔρεν. εἶπε δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργόν,
 ἰδοὺ τρία ἔτη ἀφ' οὗ ἔρχομαι ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ συκῇ
 ταύτῃ, καὶ οὐχ εὐρίσκω, ἔκκοψον αὐτήν· ἵνα τί καὶ
 τὴν γῆν καταργεῖ; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ, Κύριε
 ἄφες αὐτήν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος, ἕως ὅτου σκάψω τὰ 10
 περὶ αὐτήν, καὶ βάλλω κόπρια· καὶ μὲν ποιήσῃ καρπὸν·
 εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν. ἦν πρὸ
 ὀφθαλμῶν λαβόντες, ἐνδειξάμενοί τε καρπὸν ἄξιον
 τῆς μετανοίας ἐν τῷ διαστήματι τοῦ τοσοῦτου χρόνου
 μάλλον ὠφεληθήσονται. 15

ΚΑΝΩΝ Δ.

Τοῖς γὰρ παντάπασιν ἀπεγνωσμένοις καὶ ἀμετα-
 νοήτοις, ἡ δέρμα τε Αἰθίοπος ἀμετάβλητον κεκτημένοις,

ditate proditi : nunc autem ve-
 niunt ad pœnitentiam : necesse
 est et conveniens infrugiferæ
 ficus parabolam proponere :
 Arborem ficu habebat quidam
 plantatam in vinea sua, et venit
 quærens fructum in illa, et non
 invenit. Dixit autem ad cultore-
 rem vineæ : Ecce anni tres sunt
 ex quo venio, quærens fructum
 in ficulnea hac, et non invenio :
 succide ergo illam, ut quid
 etiam terram occupat ? At ille
 respondens, dicit illi : Domine,

dimitte illam hoc anno, usque
 dum fodiam circa illam, et 20
 mittam stercus : et si quidem
 fecerit fructum : sin autem, in
 futurum succides eam. Qua
 ante oculos accepta, et ostenso
 digno fructu pœnitentiæ, in 25
 tanto temporis intervallo magis
 juvabuntur.

CANON IV.

Iis enim qui sunt omnino
 desperati, et pœnitentiam non 30
 agunt, et pellem Æthiopsis im-

† Luc. xiii. 6—9.

‡ Jer. xiii. 23.

καὶ ποικίλματα παρδάλεως, λεχθήσεται τὸ τῆς ἐτέρας
 συκῆς· ^hΜηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα·
 διὸ καὶ παραχρῆμα ξηραίνεται. ἀποπληροῦται γοῦν ἐπ'
 αὐτοῖς καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ εἰρημένον, ⁱΔιε-
 5 στραμμένον οὐ δυνήσεται ἐπικοσμηθῆναι, καὶ ὑστέ-
 ρημα οὐ δυνήσεται ἀριθμηθῆναι. εἰ μὴ γὰρ πρότερον
 τὸ διεστραμμένον διορθωθῆ, ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸ ἐπι-
 κοσμηθῆναι· καὶ εἰ μὴ πρότερον τὸ ὑστέρημα ἀναπλη-
 ρώθῃ, ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸ ἀριθμηθῆναι. ὅθεν καὶ
 10 ἐπὶ τέλους συμβήσεται αὐτοῖς τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ
 προφητοῦ Ἡσαίου· ^kΚαὶ ὄψονται γὰρ, φησὶ, τὰ κῶλα
 τῶν ἀνθρώπων τῶν παραβεβηκότων ἐν ἐμοί. ὁ γὰρ
 σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ
 σβεσθήσεται. καὶ ἔσονται εἰς ὄρασιν πάσῃ σαρκί· ἐπεὶ
 15 καὶ, ὡς προλέλεκται ὑπ' αὐτοῦ· ^lΟἱ δὲ ἄδικοι οὕτω
 κλωδωνισθήσονται, καὶ ἀναπαύσασθαι οὐ μὴ δυνή-
 σονται. οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσιν, εἶπεν ὁ Θεός.

mutabilem possident, et pardi
 varietates, dicetur quod alii fi-
 20 cui dictum est: *Jam non am-
 plius in aeternum ex te fructum
 quisquam manducet: et ideo sta-
 tim quoque exaruit.* In his enim
 impletur quod ab Ecclesiaste
 25 dictum est: *Quod perversum est
 non poterit exornari, et defectus
 numerari non poterit.* Nisi enim
 quod perversum est prius rec-
 tum fuerit, fieri non potest ut
 30 id exornetur: et nisi prior de-
 fectus expletus fuerit, fieri non

potest ut id numeretur: unde et
 in fine eis eveniet, quod a pro-
 pheta Isaia dicitur: *Et vide-
 bunt, inquit, cadavera virorum
 qui praevaricati sunt in me: ver-
 mis eorum non morietur, et
 ignis eorum non extinguetur, et
 erunt usque ad satietatem visioni
 omni carni.* Quandoquidem, ut
 et ab ipso praedictum est: *Im-
 pii quasi mare fervens, quod
 quiescere non potest. Non est
 pax impiis, dicit Dominus.*

^h Marc. xi. 14.

^k Is. ipso fine.

ⁱ Eccles. i. 14.

^l Is. lvii. 20, 21.

ΚΑΝΩΝ Ε.

Τοῖς δὲ καθυποκρικαμένοις, κατὰ ^m τὸν ἐπιληπτει-
 σάμενον Δαβὶδ ἵνα μὴ ἀποθάνῃ, οὐκ ὄντα ἐπιληπτου
 καὶ μὴ γυμνῶς ἀπογραψαμένοις τὰ πρὸς ἄρνησιν,
 ἀλλὰ διαπαίξασι κατὰ πολλὴν στενοχωρίαν (ὡς ἂν 5
 παιδία βουλευτικὰ ἔμφρονα ἐν παιδίοις ἄφροσι) τὰς
 τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλάς, ἥτοι ὡς διελθόντες βωμοὺς,
 ἥτοι ὡς χειρογραφῆσαντες, ἥτοι ὡς ἀνθ' ἑαυτῶν βα-
 λόντες ἐθνικούς· εἰ καὶ τισιν αὐτῶν συνεχώρησάν
 τινες τῶν ὁμολογησάντων, ὡς ἤκουσα, ἐπεὶ μάλιστα 10
 κατὰ πολλὴν εὐλάβειαν ἐξέφυγον αὐτόχειρες γενέσθαι
 τοῦ πυρὸς, καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως τῶν ἀκαθάρτων δαι-
 μόνων· ἐπεὶ τοίνυν ἔλαθεν αὐτοὺς ἀνοία τοῦτο πρά-
 ξαντας· ὅμως ἐξάμηνος αὐτοῖς ἐπιτεθήσεται τῆς ἐν
 μετανοίᾳ ἐπιστροφῆς. οὕτω γὰρ μᾶλλον καὶ αὐτοὶ 15
 ὠφελήθησονται, καταμελετῶντες τὸ προφητικὸν ῥητὸν,
 καὶ λέγοντες· "Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη

CANON V.

Iis autem qui simularunt, sic-
 ut et David, qui se epilepti-
 cum fingebat, ne moreretur,
 quamvis revera epilepticus non
 esset; et non nude negationem
 inscripserunt, sed in multis an-
 gustiis, tanquam pueri consilio
 et prudentia præditi, inter pue-
 ros insipientes inimicorum in-
 sidias ludificati sunt; velut qui
 ad altaria accesserint, vel tam-
 quam qui libellum dederint, vel
 qui pro se ethnicos summise-

rint: etiamsi nonnulli eorum
 qui confessi sunt, ut audiui,
 aliquibus eorum condonave- 20
 runt: quoniam maxima cau-
 tione vitarunt, ne ipsi suis
 manibus ignem ferrent, et dæ-
 mones impuros suffrent: cum
 latuerit eis stultitia illius qui 25
 fecit: eis semestre imponetur
 in pœnitentia conversionis. Sic
 enim ipsi quoque magis juva-
 buntur, prophetæ dictum me-
 ditantes, et dicentes: *Parvulus* 30
natus est nobis, et filius datus
est nobis, et factus est principa-

m 1 Reg. xxi. 13.

n Is. ix. 6.

ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὄμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ
 ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλήs ἀγγελος. ὅπερ, ὡs ἴστε,
 ° ἐν τῷ ἔκτῳ μηνὶ τῆs συλλήψεωs τοῦ ἐτέρου παιδίου
 P τοῦ προκηρύξαντος πρὸ προσώπου τῆs εἰσόδου αὐτοῦ
 5 μετάνοιαν εἰs ἀφεσιν ἀμαρτιῶν, συνελήφθη καὶ αὐτὸ
 κηρύξαι μετάνοιαν. καὶ γὰρ καὶ τῶν ἀμφοτέρων
 ἀκούομεν ἐν πρώτοις κηρυττόντων οὐ μόνον περὶ με-
 τανοίας, ἀλλὰ καὶ περὶ βασιλείας οὐρανῶν, ἣτις κα-
 θὼs μεμαθήκαμεν, ^q ἐντὸs ἡμῶν ἐστὶ, ^r τῷ ἐγγὺs ἡμῶν
 10 εἶναι τὸ ῥῆμα ὃ πιστεύομεν ἐν τῷ στόματι ἑαυτῶν καὶ
 ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτῶν. περὶ ἧs καὶ αὐτοὶ ὑπομνησθέντες
 μαθήσονται ὁμολογεῖν ἐν τῷ στόματι ἑαυτῶν ὅτι
 Κύριος Ἰησοῦs· πιστεύοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτῶν, ὅτι
 ὁ Θεὸs αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν· ἅτε δὴ ἀκούοντες,
 15 ὅτι καρδίᾳ μὲν πιστεύεται εἰs δικαιοσύνην, στόματι δὲ
 ὁμολογεῖται εἰs σωτηρίαν.

ΚΑΝΩΝ 5'.

Τοῖs δὲ δούλους Χριστιανοὺs ἀνθ' ἑαυτῶν ὑποβε-

tus ejus super humerum ejus, et
 20 *vocabitur nomen ejus magni con-*
silii angelus : qui, ut scitis, in
 sexto mense conceptionis al-
 terius infantis, qui prædicavit
ante faciem adventus ejus pœni-
 25 *tentiam* in remissionem pecca-
 torum, conceptus est et ipse
 ad prædicandam pœnitentiam.
 Etenim utrosque audivimus in
 primis prædicantes non solum
 30 de pœnitentia, sed et de regno
 cœlorum : quod quidem, ut di-

dicimus, intra nos est, quod
 prope nos sit verbum quod cre-
 dimus in ore nostro, et corde
 nostro : quod Dominus est Je-
 sus ; credentes in corde suo,
 quod Deus ipsum suscitavit ex
 mortuis : utque audiant, quod
corde creditur ad justitiam, ore
autem confessio fit ad salutem.

CANON VI.

Iis autem qui servos Chris-
 tianos pro se submiserunt ;

° Luc. i. 36.

q Luc. xvii. 21.

P Act. xiii. 23.

r Rom. x. 8, 9, 10.

βληκόσιν, οἱ μὲν δούλοι ὡς ἂν ὑποχείριοι ὄντες, καὶ τρό-
 που τινὰ καὶ αὐτοὶ φυλακισθέντες ὑπὸ τῶν δεσποτῶν,
 καταπειληθέντες τε ὑπ' αὐτῶν, καὶ διὰ τὸν φόβον
 αὐτῶν εἰς τοῦτο ἐληλυθότες καὶ ὀλισθήσαντες· ἐν
 ἐνιαυτῷ τὰ τῆς μετανοίας ἔργα δείξωσι, μαυθάνοντες 5
 τοῦ λοιποῦ, ὡς δούλοι Χριστοῦ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ
 Χριστοῦ καὶ φοβεῖσθαι αὐτόν· ἀκούοντες μάλιστα
 ὅτι ἕκαστος εἰάν τι ποιήσῃ ἀγαθόν, τοῦτο κομίζεται
 παρὰ Κυρίου, εἴτε δούλος εἴτε ἐλεύθερος.

ΚΑΝΩΝ Ζ.

10

Οἱ δὲ ἐλεύθεροι ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἐξετασθήσονται ἐν
 μετανοίᾳ, καὶ ὡς ὑποκρινάμενοι, καὶ ὡς καταναγκά-
 σαντες τοὺς ὁμοδούλους θύσαι, ἅτε δὴ παρακούσαντες
 τοῦ ἀποστόλου τὰ αὐτὰ θέλοντος ποιεῖν τοὺς δεσπό-
 τας τοῖς δούλοις, ἀνιέντας τὴν ἀπειλήν, εἰδότες, φησὶν, 15
 ὅτι καὶ ὑμῶν καὶ αὐτῶν ὁ Κύριός ἐστιν ἐν οὐρανοῖς,
 καὶ προσωποληψία παρ' αὐτῷ οὐκ ἔστιν. εἰ δὲ ἕνα

servi quidem, ut qui ipsi sub
 manu essent, et quodammodo
 ipsi quoque in dominorum es-
 sent custodia, minisque ab ip-
 sis territi, et propter eorum
 metum, eo compulsi et lapsi :
 anno opera pœnitentiæ osten-
 dent, deinceps discentes, ut
 servi Christi, facere Christi
 voluntatem, et eum timere, au-
 dientes maxime, quod unusquis-
 que, si quid boni fecerit, hoc fe-
 ret a Domino, sive servus, sive
 liber.

CANON VII.

Liberi autem tribus annis
 in pœnitentia examinabuntur, 20
 tum quod dissimulaverint, tum
 quod effecerint ut servi sacrifi-
 carent : ut qui Apostolo non
 obedierint, qui vult dominos ea-
 dem facere quæ servi, remitten- 25
 tes minas : Sciens, inquit, quia
 et illorum et vester Dominus est
 in cælis, et personarum acceptio
 non est apud Deum. Si unum
 autem omnes habemus Domi- 30

s Ephes. vi. 8.

t Ephes. vi. 9.

κύριον ἔχομεν οἱ πάντες ἀπροσοπόληπτον, ἐπεὶ ^υΚαὶ πάντα καὶ ἐν πᾶσίν ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἔν τε Βαρβάρους καὶ Σκύθαις, δούλοις καὶ ἐλευθέροις, σκοπεῖν ὀφειλοῦσιν ὃ κατειργάσαντο θηλήσαντες τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν σῶσαι, 5 οἱ τοὺς συνδούλους ἡμῶν ἐλκύσαντες ἐπὶ εἰδωλολατρείαν δυναμένους καὶ αὐτοὺς ἐκφυγεῖν, εἰ ^χτὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα ἦσαν αὐτοῖς παρασχόντες, ὡς πάλιν ὁ ἀπόστολος λέγει.

ΚΑΝΩΝ Η.

10 Τοῖς δὲ παραδεδομένοις καὶ ἐκπεπτωκόσι, τοῖς τε αὐτοῖς προσεληλυθόσιν εἰς τὸν ἀγῶνα ὁμολογοῦσιν εἶναι Χριστιανοῖς, ἐμβεβλημένοις τε ἐν τῇ φυλακῇ μετὰ βασάνων· εὐλογόν ἐστιν ἐν ἀγαλλιάσει καρδίας 15 συνεπισχῦειν καὶ κοινωνεῖν ἐν πᾶσιν, ἔν τε ταῖς προσευχαῖς καὶ τῇ μεταλήψει τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ λόγου· ἵνα εὐτονώτερον ἀγωνισάμενοι καταξιωθῶσι καὶ αὐτοὶ ὑποῦ βραβεῖου τῆς ἄνω κλήσεως. ^zΚαὶ γὰρ ἐπτάκις, φησὶ, πεσεῖται ὁ

20 num, *apud quem non est personarum acceptio*, quoniam et omnia et in omnibus est Christus, in Barbaris et Scythis, servis et liberis, debent considerare quod fecerunt, volentes suam ipsorum animam salvare: qui conservos nostros traxerunt ad idololatriam, qui poterant et ipsi effugere, si jus et æqualitatem ipsis præbuissent, ut 30 rursus dicit Apostolus.

CANON VIII.

Iis autem qui proditi sunt,

^υ Coloss. iii. 11.

^χ Coloss. iv. 1.

^γ Phil. iii. 14.

^z Prov. xxiv. 16.

Ibid. l. 16. καὶ ὑμῶν καὶ αὐτῶν] Sic *codd. quinque Bodl.* et *Æcolampadii Versio Latina cetus.* Vulgo ἡμῶν pro ὑμῶν, contra pugnantibus tum *codicibus omnibus Bodl.*, præter unum 205. tum *sacro textu*. Sed interea particulam καὶ ante αὐτῶν nescit *cod. 158.* quæ in illo 205. super scripta est, neque ab Herveto in *codice Tiliano* inventa esse videtur. nec legitur etiam in *Sacro textu*. Exhibet *codex 625.* καὶ αὐτῶν καὶ ὑμῶν, neque aliter in *codice* legitur *Alex.* aliisque nonnullis *Novi Test.* manuscriptis.

P. 31. l. 1. ἔχομεν] In *editis* ἔχομεν, sed alterum ἔχομεν *septem Bodleiani scripti*; dum *Rawlinsonianus* ille 625. a vocibus οὐκ ἔστιν ad Canonis usque finem verba omisit. Nunc firmatur ἔχομεν *Synopsi utraque Græcorum*.

CANON VIII.

P. 31. l. 11. ὁμολογοῦσιν] Καὶ, quod in *editis* huic verbo ὁμολογοῦσιν præfixum est, recte omittunt *sæc Bodleiani scripti*, Hervetusque interpres. Interea, forsán explicatiónis gratia, habent *codd.* 26. et 625. εἰθ' οὕτως τε ἑαυτοῖς προσεληλυθόσιν pro τοῖς τε αὐτοῖς π. Neque enim aliter canonem exponunt commentatores vel vetusti vel recentiores. Habent ἑαυτοῖς quoque *tres* præterea *scripti*; nec diversa ratione vox adhibetur initio Canonis proxime sequentis. Extat in *Pedalio* καὶ ὁμολογοῦσιν ἑαυτοῖς. In *altera Synopsi* προδεδομένοις pro παραδεδομένοις.

Ibid. l. 16. τῇ παρακλήσει τοῦ λόγου] Zonaras: τοὺς τοιοῦτους εὐλογον κρίνει ὁ ἅγιος—διὰ λόγου παρακαλεῖν, ἥτοι διεγείρειν αὐτοὺς εἰς τὴν μαρτυρίαν, ἵνα πρὸς τὸν ἀγῶνα εὐτονώτεροι γένωνται. Apostolus habet τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως. Heb. xii. 22. Paulo post vitiosam mutaverat lectionem κληρώσεως in κλήσεως Beveregius, firmantibus omnibus, quibus usus sum, codicibus.

Ibid. l. 18. ἐπτάκις] Balsamo: τὸ ἐπτάκις, ἀντὶ τοῦ πολλάκις.

P. 32. l. 2. μετανοίαν ἐνεδείξαντο] Habet Zonaras in *Scholio*, ἀνεδείξαντο ἂν τελειοτάτην μετανοίαν. Balsamo vero ἐνεδείξαντο ἂν τελειοτάτην μ. In *cod.* 625. scribitur ἐνεδείκνυτο. Forsán excidit ἂν post μετανοίαν.

CANON IX.

Ibid. l. 5. Καὶ τοῖς δὲ ὡς ἂν ἐξ ὑπ' ὕπνου &c.] Optime more suo Zonaras: Οἱ ἄρτι τοῦ ὕπνου ἐξανιστάμενοι, καὶ μᾶλλον εἰ ὁμοῦπνοι εἶεν, οὐ καθεστήκοτα τὸν λογισμὸν ἔχουσιν, ἀλλὰ τεταραγμένον καὶ ἀκατάστατον τοιοῦτοις παρέκασεν ὁ ἱερομάρτυς οὗτος τοὺς παραπηθῶντας εἰς τοὺς ἀγῶνας, ἥγουν τοὺς μὴ εὐτάκτως ἀλλὰ θρασέως καὶ ἀπερισκέπτως εἰσωθούντας ἑαυτοὺς εἰς τὸν ἀγῶνα, ὠδίνοντα, καὶ μέλλοντα ἐλκῦσαι, ἀντὶ τοῦ μήπω εἰς φανερόν ἐκραγέντα, ἀλλὰ μελετώμενον, καὶ μέλλοντα, ἥτοι βραδύνοντα, ἐλκῦσαι τοὺς ἀγωνιζομένους, οἵτινες πειρασμὸν ἐπισπῶνται, ἥγουν εἰς ἑαυτοὺς ἔλκουσι πειρασμὸν, μᾶλλον δὲ καὶ ἄλλοις πιστοῖς ἀνάπτουσιν ἀνθρακας ἁμαρτωλῶν, τὰς ἐκ τῶν τυράννων δηλοῦσιν κολάσεις. Ideo solent culpari

a sanctis doctoribus Christiani sese quasi ingerentes persecutioni, etiamsi, perinde atque illi in hoc Canone commemorati, victoriam postea reportassent; pravo enim ardore inducti omnes isti in arenam descendere videbantur; itaque ferme gregi τῶν βιαθανάτων a veteribus adnumerati.

P. 32. l. 9. ἀνθρακας ἀμαρτωλῶν] *Editi* ἀνθρακα habent pro ἀνθρακας, hoc autem, refragantibus licet *MSS. Bodl.* ex Zonaraque et Balsamone contextui reposui.

Ibid. l. 14. τὰς πολλάκις γινομένας ἀναχωρήσεις] De fuga temporibus vexationum licita erudite agit Joan. Forbesius in libello *De Cura et Residentia Pastoralis* capp. 36—42. Immo Petrum ipsum, antequam pro Christo mortem obiret, ab urbe Alexandria, perinde ac prius fecerat magnus Dionysius, ob sævientem persecutionem fugisse, tradit Sozomenus, lib. i. *Hist.* cap. penult. cujus quidem narrationi fidem addunt episcopi Ægyptii in *Epistola* sua ad Meletium, quam a Scipione Maffeo primum editam mox allaturus sum. *Sed forsitan dices*, (sic Meletium, qui ordinationes Alexandriæ fecerat, sancti episcopi compellant) *egentibus gregibus ac desolatis*, pastore non subsistente, *ad hoc perveni*. Sic vetus Latina epistolæ diu perditæ *Interpretatio* a Maffeo, ut dixi, edita. Atque Origenis monitis similia sunt, quæ jubet hoc loco Petrus; Origenes enim diu ante Petrum Christi præcepto pariter nixus scripserat, κἀν φεύγη δέ τις χριστιανὸς, (inquit) οὐ διὰ δειλίαν φεύγει· ἀλλὰ τηρῶν ἐντολὴν τοῦ διδασκάλου, καὶ ἑαυτὸν φυλάττων καθαρὸν ἑτέρων ὠφεληθησομένων τῇ αὐτοῦ σωτηρίᾳ. lib. viii. *Contra Celsum* n. 44. p. 774. *ed. Delaruan.* Ferreolusque, qui extremo sæculo tertio, vel ineunte hoc quarto, martyr erat, memor eorum quæ jussa a Christo de fugienda persecutione fuerant, e custodia elapsus Vienna discessisse dicitur. *Acta Martyr. Ruinart.* p. 464. *ed. Amst.* Proxime post τοῦ οἰκείου οἰκοδεσπότου *Pedalium* An. legend. τοῦ οἰκείου δεσπότου?

P. 33. l. 2. ἀλλ' ἐξεδέξατο] *Vulgo* ἐδέξατο, sed ex *codd.* quinque locum restitui. Ita infra in lin. 4. pag. 34. ἀλλ' ἐκδέχασθαι habes. Nunc inveni ἐξεδέξατο in *Pedaliō*.

Ibid. l. 11. ἀλλ' οὐχί,] *Vulgo* ἀλλ' οὐχ hic et infra. Sed

ἀλλ' οὐχὶ ex scriptis nonnullis *Bodleianis* sumpsit. Jam firmat hanc lectionem *Pedalium*.

P. 33. l. 14. ἀπὸ τόπων εἰς τόπους] *Editi* ἀπὸ τόπου εἰς τόπον. Sed alteram præstant lectionem *quatuor codd. Bodl. et MS. Coislin.* quin et alius *codex Bodl.* 196. τόπους pro τόπον habet, illeque 205. ἀπὸ τόπων εἰς τόπων (sic). Addidissem, Petrum ipsum sic locutum esse in Fragmento, si Alexandrini præsulis ῥήσιν esse ducerem particulam illam *Mystagogiæ* Petro adscriptæ; ὡς (leg. ὄσους) δὲ καὶ ὁ μέγας Διονύσιος (Alex.) κατακρυπτόμενος ἀπὸ τόπων εἰς τόπους &c. *Concilior.* tom. v. ed. Labb. p. 652.

Ibid. l. 16. καὶ ὅταν] In *editis* καὶ ὅθεν, sed ὅταν, ut notavit cl. Gallandius, in Bernardi Nanii senatoris Veneti *codice*, atque in *textu S. Matthæi*, legitur. Idem dant *quinque codd. Bodleiani et MS. Coislin.* cum *Æcolampadii Hæreticæ Versionibus*. Habet καὶ ὅτε *utraque Sylloge Græcorum*.

Ibid. ἐν τῇ πόλει ταύτῃ] Sic pro *vulgato* ἐκ τῆς πόλεως ταύτης *sex Bodleiani et unus Coislin.* idem præ se ferente *Evangelii textu*.

P. 34. l. 1. ὅπως μὴ καὶ πλείονων θανάτων &c.] Zonaras ad Canon. III. *Ἀncyranῆ Concilii*: Νόμος μαρτυρίου, φησὶν ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, μήτε ἐθέλοντας εἰς τὸν ἀγῶνα χωρεῖν, φειδοῖ τῶν διωκόντων, καὶ τῶν ἀσθενεστέρων.

Ibid. l. 8. ἀχθεὶς ἐν τῷ συνεδρίῳ] Velim rescribere εἰς τὸ συνέδριον, quod habet Sacer textus, καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον.

Ibid. l. 12. ὁ πρόκριτος τῶν ἀποστόλων Πέτρος] Ita postero tempore Didymus quoque Alexandrinus in Opere haud ita pridem e scriptis edito, *De Trinitate*, lib. ii. cap. 18. pag. 283. Πέτρος ὁ πρόκριτος τῶν ἀποστόλων. Vid. et lib. ii. cap. x. p. 331. Athanasio quoque Petrus ὁ κορυφαῖος est in Fragmento *Comment. in Psalm.* xv. comm. 3. Attamen, nisi si in eundem sensum accipiantur Clementis Alexandrini verba in libello, qui inscriptus est, *Quis dices salvetur*, Τοιγάρτοι τούτων ἀκούσας, ὁ μακάριος Πέτρος, ὁ ἐκλεκτός, ὁ ἐξαίρετος, ὁ πρῶτος τῶν μαθητῶν (conf. *S. Mat.* x. 2.), ὑπὲρ οὗ μόνου καὶ ἑαυτοῦ τὸν φόρον ὁ Σωτὴρ ἐκτελεῖ, &c. p. 57. ed. Potteri,

haud memini ego scriptoris cujusquam vetustioris Alexandrino Petro, apud quem S. Petrus disertim appellatus fuerit ὁ πρόκριτος τῶν ἀποστόλων, sive, *dux ac princeps apostolorum*, ut locutus est Auctor incertæ ætatis, sed forsitan Cypriano σύγχρονος, in libro *De Baptismo Hæreticorum* ad operum Cypriani calcem, p. 26. ed. Felli. Id vero præstitit hic et infra in Canone XIII. Alexandrinus episcopus, pro sententia veterum, qui apostolo Petro hanc prærogativam, seu dignitatis præcellentiam, ex ipsa Sacra Scriptura haud dubie demonstrandam, contulisse videntur; salva tamen apostolici collegii auctoritate, quæ ex *Actorum* cap. viii. comm. 14. stabilitur.

P. 34. l. 19. ἀπεκείρατο] Sic *Bodleiani sex manuscripti* et *Coislinianus* pro edito ἀπετμήθη, quod supra habes lin. 12.

Ibid. κατέλεξε] H. e. recensuit, enumeravit. Sic verissime *codices omnes Bodleiani* pro edito κατέληξε. Veterem interpretem Joan. Œcolampadium video vertisse, *Qui et laudum suarum catalogum iis finit; quod in Damaseo &c.* sed κατέληξε invenisse ille quidem videtur. Neque differt a ceteris *Petalium*, sed κατέλεξε præstat altera Græcorum *Σημopsis*, quæ Venetiis anno 1787 edita est.

P. 35. l. 4. διδάσκει] Nanii cod. φυλάττειν. Paulo post ἐμμένειν τῇ πίστει omissa præpositione. Mox δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν, ut in textu Act. xiv. 20. GALLANDIUS. Habent φυλάττειν duo quoque *codd. Bodl.* 196. et 715. Dumque itidem omittebant, ἐν ante πίστει alii *duo codd. Bodl.* 158. et 3385. et *Coislinianus* insuper *MS.* hos libros atque *Sacrum textum* secutus sum, sicut in addendo ἡμᾶς ante εἰσελθεῖν. Nunc mecum ἡμᾶς addente consentire Græcorum *Σημopsis* video; quæ vero ἐν non omittunt.

CANON X.

Ibid. l. 14. ἔτι ἐν τῇ λειτουργίᾳ εἶναι] Confer cum his narrationem Epiphaniï de Meletianis hæc. lxxviii. n. 2. et 3. HARDUIN. Acta illa apud Epiphanium, etsi falsæ sunt et fallaces merces, cum his Petri Alexandrini, uti monet Harduinus, conferri debent, sicut aliud præterea antiquitatis

ὑπόλειμμα, quod post Harduini mortem edidit, ut paulo supra dixi, Scipio Maffei; ad quam quidem episcoporum Ægyptiorum ad hunc Meletium epistolam nonnihil de clero pœnitente in S. PHILEÆ Fragmentis afferemus.

P. 36. l. 1. ἐξαντήσας] Hoc pro ἐξανύσας in contextum admittere coegit me auctoritas saltem *septem scriptorum Bodl.* aliorumque *duorum codd. Coisliniiani et Naviani*, quem posteriorem memoravit Gallandius.

Ibid. l. 10. ἐπιδικαζόμενοι τῆς λειτουργίας] *De ministerii exercitio jure agentes, seu, contendentes.* Hæ enim voces, contra quam vertunt interpretes, inter se conjungendæ sunt.

Ibid. l. 14. ἐπὶ τῇ παραλόγῳ αὐτῶν πράξει] Zonaras: Παράλογον πράξιν, οὐ τὸ αὐτομολῆσαι μόνον καλῶν, ἀλλὰ μάλλον τὸ καταλιπεῖν τὸ ποίμνιον τοῦ Κυρίου, καὶ μὴ παραμένειν αὐτῷ καὶ στηρίζειν τοὺς ἀδελφοὺς κλονομένους ἐν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ. Ut vero in Canone superiore dandam laicis communionem esse Petrus sanxerat, ita hic laicam quidem communionem clericis concedit, etsi sua sponte sese persecutoribus obtulissent.

Ibid. l. 15. περπερευσάμενοι] Zonaras: Περπερείαν δ' ἐνταῦθα τὴν οἴησιν, καὶ τὴν ἀλαζονείαν καλεῖ ὅτι ἐξ ἀλαζονείας, ἐθάρβησαν ἑαυτοῖς, καὶ τὸν ἀγῶνα ὑπέλυσαν καὶ ἑαυτοὺς ἐμωμήσαντο, ἀντὶ τοῦ διὰ τὴν πτώσιν μῶμον ἐπένεγκαν ἑαυτοῖς, οὐκέτι δύνανται λειτουργεῖν. διὸ φροντιζέτωσαν, λέγει, μάλλον ἐν ταπεινοφροσύνῃ, πῶς ἐκτελέσουσι τὴν ὁμολογίαν δηλαδὴ, παυσάμενοι τῆς κευδοξίας. τὸ γὰρ λειτουργίαν ζητεῖν, διὰ κευδοξίαν, φησὶ, γίνεται. De voce Paulina περπερευόμενοι, et conjunctis ejus, exposuerunt cum alii, tum cl. viri Bengelius ad Gregorii Neocæs. *Orat. ad Origenem* pag. 141. et J. F. Schleusner in *Lexico præstantissimo suo Novi Test.*

Ibid. l. 17. πῶς ἐκτελέσουσι] Recte interpretati esse videntur Zonaras et Balsamo, πῶς ἐκτελέσουσι, τὴν ὁμολογίαν δηλαδὴ, quo pertinent illa ad Canonis finem; neque enim recte posuit Beveregius, *quomodo in humilitate vitam peragant*, cum melius vertisset Hervetus, *quomodo in humilitate confessionem peragant.*

P. 37. l. 3. γινομένη] *Editi γινομένης.* Sed potior est lectio, quam præstant *Bodleiani novem omnes, et versio Her-*

veti, firmantibus ipsam Zonara et Balsamone in *Scholiis*. Ad hoc ἀμφοτέρα pro edito ἀμφοτέρον mihi dabant *quatuor ex iisdem codd.* et *Coislinianus*. Utramque emendationem nunc video firmare *Pedalium*, in quo tamen lectiones variae γινομένης et ἐπιτάσεως pro ἐπιστάσεως afferuntur. Communicatio concessa esse videtur, ut duo extrema devitarentur, temeritas ac timiditas.

P. 37. l. 4. τῆς ἐντεῦθεν ἀναλύσεως] Zonaras et Balsamon videntur hunc locum perperam interpretari, et τὴν ἐντεῦθεν ἀνάλυσιν de morte accipere. HARDUIN. Si τῆς ἀναλύσεως interpretationem improbet Harduinus, ejus censuræ haud assentiendum puto. Ait Zonaras; Ἄρκει γὰρ αὐτοῖς ἡ κοινωμία, ἣ γουον τὸ συγκοινωνεῖν αὐτοῖς τοὺς πιστοὺς, ἣτοι συνεύχεσθαι, ἣ καὶ τῶν θείων μυστηρίων μετάληψις· καὶ ταῦτα μετ' ἐπιστασίας, καὶ ἀκριβείας γενόμενα, καὶ ἵνα μὴ δόξωσι λυπέεσθαι μετὰ βίας περιδρασσόμενοι τῆς ἐντεῦθεν ἀναλύσεως, καὶ ἵνα μὴ λυπούμενοι, φησὶν, ἀπέλθωσιν ἐντεῦθεν ἀναλύοντες· ἀπὸ τοῦ σώματος δηλονότι ἐξερχόμενοι μετὰ βίας τῆς ἐκ τῶν κολάσεων καὶ τῆς ἐν ταῖς εἰρκταῖς κακοπαθείας· (Contra hic apud S. Petrum istud μετὰ βίας pro βιαίως positum putarim, hoc sensu, ne videantur ex dolore propter rigorem ecclesiasticum concepto, quo pertinet illud S. Pauli in Ep. 2. ad Cor. cap. ii. vitæ exitum vi arripuisse) καὶ ἵνα μὴ τινες πρόσφασιν σχῶσι τοῦ ἐκλυθῆναι, καὶ χαννωθῆναι πρὸς τὸν ἀγῶνα τῆς ὁμολογίας, καὶ διὰ τοῦτο ἐκπεσεῖν, τὴν ἐπιτίμησιν. Balsamonem audi vicissim; Ἄρκει αὐτοῖς ἡ μετὰ τῶν πιστῶν κοινωμία διὰ δύο γινομένη τινὰ, μετὰ ἐπιστασίας ἀκριβοῦς καὶ οἰκονομίας. εἰ γὰρ εἰπώμεν μὴ ἔχειν αὐτοὺς κοινωνικοὺς, τούτους τε λυπήσομεν, ὡς ἀποφαινόμενοι μετὰ βίας, ἣ γουον ἐπιτετιμημένους, ἐντεῦθεν ἀναλύσαι αὐτοὺς, ἣ γουον ἀποθανεῖν, καὶ τοὺς ἄλλους δὲ ἐκπεσόντας ἴσως καὶ βουλομένους ὑποστρέψαι εἰς τὸ ἀγαθόν, ἐκλελυμένους πρὸς τοῦτο καὶ ἀμελείς ποιήσομεν, προσφασίζομένους τὸ μὴ μέλλειν αὐτοὺς εἶναι κοινωνικοὺς τοῖς πιστοῖς, καὶ ὁμολογήσωσι τὴν πίστιν μετὰ τὴν ἔκπτωσιν—σημείωσαι οὖν ὅτι οὐδὲ ἡ διὰ Χριστὸν ὁμολογία ἀποκαθιστᾷ τὸν ἅπαξ ἐκ τοῦ κλήρου ἀποξενωθέντα διὰ τὴν ἔκπτωσιν. Sic interpretes Græci. Certe haud aliter exponendum est, τῆς ἐν-

τεῦθεν ἀναλύσεως, quam de illa apostoli ἀναλύσει a Petro modo laudata.

P. 37. l. 9. ἐμπαίξειν αὐτῷ] Pro *accusativo* dandi casum fide nixus *sar codicum Bodd.* et evangelistæ *textus* reposui.

CANON XI.

Ibid. l. 13. Οἱ γὰρ πρῶτοι παραπηδήσαντες] Scilicet ii de quibus dictum est Can. IX. hoc est laici. HARDUIN. Interpretatus vero est Tillemontius, *Mémoires Ecclesiast.* tom. v. pag. 192. ed. Bruxel. de illis qui ineunte atque incipiente quasi ardore vexationis, spectaculo martyrum inflammati, pugnae sese commiserant, neque ideireo a Petro culpati. Sed minus firmum hoc mihi quidem videtur; atque, laicos tantum his verbis designari, non inter hæc excusari item clericos, eo magis cum Harduino credendum, quod consuetudo ecclesiastica laicos a clero in his causis distingueret, quidquid de ipso hoc S. Petro clericos lapsos in pristinum ordinem recipiente scriptum extet apud Epiphanium, *Hæres. Meletianorum*, n. 2. et 3. Pro lapsis Deum orare, etiam ante reconciliationem cum ecclesia factam, hoc Canone permissum ac pene jussum est, quod quidem Balsamonis docet interpretatio;—αὐτοῖς τε δοθῆναι ἄφεσιν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξαιτήσομεν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐκπεπτωκόσι, καὶ μετὰ ταῦτα, τὴν πλάνην ἀνακαλεσαμένους καὶ ὁμολογήσασι τὴν εὐσεβείαν, συγκοινωνήσομεν.

Ibid. ἐν τῷ βράσματι] Balsamo: ἤγουν ἐν τῇ ἀκμῇ τοῦ διωγμοῦ ἰστάμενοι.

Ibid. l. 18. ἐμβλέποντες] Sic *quinque codd. Bodd.* pro *edito* βλέποντες.

Ibid. ὑποσυρομένους] Ἀντὶ τοῦ κλεπτομένου, ἀπατωμένους, καὶ ἀρνούμενους τὴν εὐσέβειαν. Hoc Zonaras.

P. 38. l. 1. ὑπερθερμαινόμενοι] Ex uno *codice* 625. *Rawlinsoniano* in Biblioth. Bodleiana servato hoc restituere verbum pro *edito* ὑποθερμαινόμενοι ausus sum. Πυρούμενοι τὴν καρδίαν interpretantur Zonaras et Balsamo, et *incitati* Latine vertit Gentianus Hervetus. Vox ὑπερθερμαινόμενοι alteri ὑπερραιόμενον, quæ proxime sequitur, quasi ἀντίστροφος esse videtur.

P. 38. l. 5. ἡττᾶν] Verbum perperam reddit Hervetus supra. ἔσπευδον, inquit optimus interpres Zonaras, καταπολεμήσαι τὸν αὐτοὺς ὑποσύρουτα πονηρὸν, ἵνα μὴ καυχᾶται, ὡς ἡττῶν τοὺς εὐσεβεῖς. *Pedalium* νικᾶν, quod interpretamentum est, pro ἡττᾶν præstat.

Ibid. l. 6. τῶν ξυστήρων] Ξυστήρ, *Rasorium*. Vet. Gloss.

Ibid. l. 8. καταφλέξεις] Sic omnes *Bodleiani* pro edito καταφλόξεις. Mox, ubi plures numero codices δίσφους habent pro edito δίσφης, utrum scribas, nil refert. Præstat φλέξεις *utraque* Græcorum *Synopsis*.

Ibid. l. 11. ὑπεξουσιούσω] Conjeceram reponendum ἐπαξιούσω. Nunc extat in *Pedalio*, sed mendose, ὑπαξιούσω.

P. 39. l. 4. καὶ ἀναστάσει νεκρῶν] Conferendus hic unicus locus, si modo ad tempora sua Petrus spectaret, cum celebribus illis Irenæi lib. ii. *adv. Hæres.* c. 31 et 32. vel 56. et 57. atque Theophili Antioch. *ad Autolyicum*, lib. i. c. 19. Addas utiliter de hac re gravissima Origenem in *Comment. in Proverb.* pag. 5. ed. Benedictin.

Ibid. l. 5. ἐν ὀνόματι Χριστοῦ] Cum ut plurimum abesse articulus τοῦ ab hac formula videretur, cum *sex* codicibus scriptis ipsum omisi.

Ibid. l. 9. μαρτυρημένων] Vel istam scripturam, vel μαρτυρουμένων, exhibent plurimi *codd. Bodleiani* pro edito μαρτυρουμένων, excepto tamen *MSto* illo 205. Habet vero *cod. Rawlinson.* μαρτυρημένων, itidem *cod.* 26. nam με diverso atramento adlinitum est.

Ibid. εὐπολιτεύτων] Sic pro edito ἀπολιτεύτων, *codd. quinque* ex octo *Bodleianis*, in *cod.* enim 158. vox deficit. Sed vero ἀπολιτεύτων in hunc modum explicare Balsamo aggressus est; μεμνημένοι τῶν πρὸ τῆς ἐκπτώσεως ἀγώνων αὐτῶν, ὧν ὑπήνεγκαν διὰ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ μετὰ ταῦτα ἀγαθοῦ μεταμέλου τούτων, καὶ ὅτι μαρτύρηται ἀπολιτεύτους λογίζεσθαι ἑαυτοὺς διὰ ἁμάρτημα· at frustra. Ad *Pedalium*, in quo extant μαρτυρουμένων ἀπολιτεύτων γενομένων, adnotatum est, Ἐν ἄλλοις οὐχ εὑρίσκεται τὸ, ἀπολιτεύτων γενομένων, ἀλλὰ μόνον τοῦτο, ἔτι τε καὶ μαρτυρημένων ἐν τῷ βίῳ αὐτῶν. Fortasse enim ex margine advectum olim est hoc interpretamentum, εὐπολιτεύτων γ.

P. 39. l. 12. μετὰ τῶν ἄλλων καθηκόντων] Balsamo ait; Ἦγουν μετὰ τῶν ὀφειλουσῶν γίνεσθαι εὐποϊῶν περὶ τούτους, ἢ ἡστέας δηλονότι, ἐλεημοσύνης καὶ μετανοίας. Zonaras hæc eadem ait facienda esse ab ipsis lapsis, non ab aliis causa videlicet lapsorum. Sed fortasse cetera beneficia conjuncta cum ipsorum reconciliatione, quæ per Christum effecta est, hic significantur.

CANON XII.

P. 40. l. 1. ἀπὸ πάσης κακίας] Sic pro edito ὑπὸ π. κ. *MStus Nanii* a Gallandio commemoratus, *Bodleiani omnes*, Zonarasque et Balsamo in *Scholiis*. Ait Zonaras; Τὸ δὲ ἀνεροχλήτους γένεσθαι ἀπὸ πάσης κακίας, ἢ τὸ μὴ ὀχληθῆναι εἰς ἄρνησιν τῆς εὐσεβείας ἐστίν· ἢ ἕπερ πάσαν κακίαν νικᾷ. ἢ κακίας τὰς κακώσεις ὠνόμασε τὰς ἐκ τῶν κολάσεων. Nunc invenio ἀπὸ in *Pedalio* extans.

Ibid. l. 9. παρ' ἐκείνοις τῷ Θεῷ] MS. Nanii παρ' ἐκείνων τῷ Θεῷ. Μοχ τὰ γὰρ ἀργύρια. Desunt autem ibid. sequentia καὶ καταπατήσαντες. Et paullo post μετὰ πλησμονῆς, omisso καί. GALLANDIUS. Quod ad illud τῷ ante Θεῷ attinet, ipsum ex omnibus *codicibus meis* restitui. Pro παρ' ἐκείνοις habent alii παρ' ἐκείνους. Ego putabam παρ' ἐκείνο, quod reperisse videtur Hervetus, reponi hic debere. Extat παρ' ἐκείνον in *codice Rawlinsoni Bodleiano*. Nullus autem καὶ καταπατήσαντες agnoscit *codex Bodleianus*, quod tamen invenerit in *Tiliano codice* Hervetus. Neque hunc nec reliquos habet canones *codex 86*.

Ibid. l. 15. μετὰ πλησμονῆς ἀπελυθέντας] *Vulgo* μετὰ καὶ πλησμονῆς. Sed ex auctoritate *scriptorum Bodl.* atque *Nanianum codicis* particulam καὶ omisi. In *Pedalio* quidem illam extare nunc video. Verum ibi adnotatum est, ἐν ἄλλοις οὐ κείται. Nunc vero mihi videtur τὸ μετὰ πλησμονῆς exponi debere *cum abundantia*, seu, *divitiis*. Vertit *codicis Tiliani* interpretes *cum multis pecuniis*, voces tamen nesciente *cod. Bodleiano 158.* atque *Ceolampadio altero* ante Græca edita interprete. Exposuit quidem τὸ ἱκανὸν Petrus Alex. in *Actis Apostolorum*, tanquam si ob Jasonem suosque liberandos *multam pecuniam* accepisse dicerentur, qui eos

ad magistratum traxissent. Sed quanquam in evangelio S. Matthæus habet *συμβουλίον λαβόντες ἀργυρία ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις*, xxviii. 12. rectius tamen fortasse apud S. Lucam interpretandum τὸ ἱκανὸν est, uti fieri solet, per formulam forensam, *satis accipere*, vel, *satis dandum sibi curare*, h. e. *prædes sistendos*, aut, *pecuniam deponendam*, jubendo. *Vulgata* habet, *et accepta satisfactione a Jasonē*. Certe Tertullianus haud censebat, Jasonem suosque pecuniæ debuisse liberationem suam, interrogans, *quo exemplo* usi fuerint adversarii *in redemptionem traditionis? apostoli persecutionibus agitati quando se pecunia liberaverunt?—quando Onesiphorus aut Aquila aut Stephanus hoc modo eis in persecutione succurrerunt? De Fuga in Persecut. cap. 12.*

CANON XIII.

P. 41. l. 7. *πάλιν συνήρπασαν*] *Πάλιν ex quinque scriptis Bodleianis, et vetere interprete Ecolampadio, addidi, quod scribæ prætermiserant, oblitī injuriæ in Pauli discipulos, quæ in Canone XII. commemorata erat.*

Ibid. l. 9. *βουλομένον*] *Supplendum puto καὶ Παύλον ante βουλομένον. Habet cod. 26. οὐ βουλομένον, et cod. 158. καὶ βουλομένον, Ecolampadiusque, et volentem. Et præstare nunc video καὶ βουλόμενον Pedalium. Verso ordine leguntur verba in cod. illo 625. nam pro præsentī lectione συνεκδήμους Παύλου βουλομένον, in eo scriptum est συνεκδήμους οὐ βουλομένον Παύλου.*

Ibid. l. 16. *προσέχουσι τῷ λέγοντι*] *Nanii Cod. MS. προσέχουσι, τῷ λέγοντι πεισθήτωσαν. Recte. Sic enim legendum suadet mox subsequens ὑπομνησθήτωσαν. Huic geminus locus extat infra sub finem Canonis XIV. GALLANDIUS. Contra mihi videtur adscititium esse πεισθήτωσαν aliis præterea MSSis ignotum, neque sejungendam puto esse hanc sententiam a sequentibus, ὑπομνησθήτωσαν καὶ &c.*

Ibid. l. 18. *καὶ περὶ τοῦ*] *Deest præpositio in eodem MS. GALLANDI. A quatuor itidem codicibus Bodl. abest. Mox, cum deessent in editionibus verba τοῦ φονώδους Ἡρώδου καὶ πάσης τῆς προσδοκίας τοῦ λαοῦ, hæc consentientibus præter*

unum 205. *omnibus MStis Bodleianis, MStoque Nani, et vetere Ecolampadii interpretatione*, contextui adjeci. Mox φησὶ post γενομένης, non ut in editis post ἀγγέλου vel post κυρίου, collocavi, *omnibus Bodleianis* obtemperans *MSSStis, Ecolampadio, Hervetoque Tiliiani codicis* interpreti. Video abesse, nec male, a *Pedalio* præpositionem περί, sita autem in eo esse verba quæ adjeci, ante participium ῥυσθέντος interjecta: necnon ibi legi γενομένης ἡμέρας φησὶ τάραχος ἦν.

P. 41. l. 18. τοῦ προκρίτου τῶν ἀποστόλων Πέτρον] Vid. notam supra ad Canon. IX.

P. 42. l. 8. ἀπαχθῆναι] Nan. MS. ἀποκτείναι. Textus Act. xii. 10. ἀπαχθῆναι. GALLAND. Vulgo ἀπαρχθῆναι. Sed ἀπαχθῆναι ex Petri Canonum *seu manuscriptis* restitui. Habet autem ἐπαχθῆναι *cod.* 158. et ἀχθῆναι *cod.* 625. Solus habet *cod.* ille 205. *vulgatum* ἀπαρχθῆναι. In *Pedalio* quidem extare nunc video ἀπαρχθῆναι; sed ibi adpositum est, εἰ ἄλλοις ἀπαχθῆναι. Mox lectionem nostram *γερόμενον* pro *vulgata γινόμενον seu Bodleiani*.

Ibid. l. 15. ἐξέφυγεν] MS. Nan. ἐξέφυγε. μεθ' ὧν καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ γεννηθὲν παῖδιον κ. τ. λ. sub finem Canonis. Reliqua intermedia desunt in codice. Neque sane Balsamon et Zonaras ea legisse videntur. GALLAND. De Balsamonis Zonaræve lectione ex ipsorum Commentariis non constat; neque raræ sunt in canonum codicibus scriptis id genus sacri textus omissiones. In *MSSStis* vero *Bodleianis* atque *ceteribus Latinis interpretibus Ecolampadio et Herveto* totus locus comparet.

P. 43. l. 5. προσκυνῶσι τῷ παιδίῳ] Vulgo π. τὸ παῖδιον. Sed aliter evangelii textus et *quatuor Petri MSSSti Bodl.*

Ibid. l. 7. καιριώτατα καὶ πρεπωδέστατα δῶρα] Hanc pro *vulgata* lectione καιριώτερα καὶ πρεπωδέστερα δ. e *seu scriptis Bodleianis* restitui. Porro alius codex, nempe *Rawl.* ille numero 625. designatus, καιριώτατα habet; vertitque *Tiliiani codicis* interpretes Hervetus, *maxime opportuna et magnifica dona*, et *Ecolampadius, convenientissima et decentissima donaria*. Mox pro illo τὸν Ἀσσύριον βασιλέα, ita scribente Petro, ac si typice significetur apud Esaiam Herodes, ex-

hibet *cod.* 158. Ἡρώδην τὸν βασιλέα. Nunc in *Pedalio* superlativa ista invenio.

P. 43. l. 10. ἡξίωσαν] Sic *quinque Bodl.* pro edito ἡξιώθησαν. Habere et *Pedalium* ἡξίωσαν nunc vidi.

Ibid. l. 13. ἐνθεν] Sic *sex Bodleiani* pro edito ὅθεν.

Ibid. l. 19. τὸν πατέρα αὐτοῦ Ζαχαρίαν ἐφόρευσε] Cædem Zachariæ Joannis Baptistæ patris, cujus quidem rei historia, nisi pura puta fabula est, fabulis atque erroribus ab antiquo adjectis certe fœdata, ante Alexandrinum hunc præsullem memoravit Origenes cum aliis locis, tum *Comment. in Matt.* tom. x. cap. 18. et tom. xvi. cap. 54. Eandemque historiolum, a S. Hieronymo *Comm. in Mat.* cap. 23. improbatam, vel oppugnant, vel tuentur, inter alios Casaubonus *Exerc. adv. Baronium*, ii. 17. Montacutius *Apparat. ad Orig. Ecclesiasticas*, x. 9. pag. 352. Tillemontiusque tom. i. *Mem. Eccl.* vit. S. Joan. Baptist. not. v.

P. 44. l. 3. ἐφ' ὧν] Hoc pro *vulgato* ἀφ' ὧν in *omnibus scriptis Bodl.* extat. Ait Gallandius, *MS. Nani* habere ἐφ' ὧ, et ἔσχον pro ἔχουσι, quod quidem ἔσχον præ se ferunt *codd. Bodl.* 158. et 625. *Rawl.* sed ἔχουσαν *codd.* 715. et 3385. Exhibet itidem in *quo* Œcolampadius. Nunc firmatur ἐφ' ὧν *Pedalio*. Similiter adhibetur ἀνθ' ὧν in *Act. Apost.* xii. 23.

CANON XIV.

Ibid. l. 6. χάμον] Χάβος et χάμος *capistrum, frenum*. Vid. Meursii *Glossar. Græc. Barb.* v. Χάβος. Scribitur χαμόν in *utraque* horum *Canonum edit. Parisiensi*, Beveregii *Synodico* et Græcorum *utraque Synopsi*.

Ibid. l. 7. ὡς καὶ τὰς χεῖρας αὐτῶν καὶ η̅ναι προσαγοµένας ἀκουτῖ] *MS. Nan.* ὡς καὶ—προσαγόµενοι ἄκουτες. *GALLAND.* *Vulgo* abest ὡς, quod ex *Cod. Bodl.* 3385 restitueram. Itidem in *cod.* 158. positum est, quemadmodum et in *Naniano* teste Gallandio legitur, προσαγόµενοι ἄκουτες, et in *quinque* aliis meis *MSStis προσαγοµένων*, vertitque Œcolampadius, et *vincitis manibus adducantur involuntarii*. Sed *προσαγοµένας* invenisse videtur *Tiliano* in *codicæ* *Hervetus*. Ante *προσαγοµένας* addit *Pedalium* *participium καρτερήσαντες*

fortasse ex antecedente voce καρτερῶς inter scribendum ortum. In eo ὤς non extat.

P. 44. l. 10. ἐν τῇ Λιβύῃ] MS. Nanii ἐν τῇ Λιβύῃ habere Gallandius notavit; vulgo enim abest articulus, quem scripti dant Bodleiani omnes præter Rawlinson. 625.

Ibid. l. 11. συμμαρτυρούντων αὐτοῖς] Αὐτοῖς addidi, quod vulgo abest, sex usus MStis. Habet Œcolampadius quoque, maxime cum et reliqui fratres de illis testentur. Ad ditum αὐτῶν in cod. 196. Nunc invenio in Pedalio αὐτοῖς.

Ibid. l. 13. δύνανται εἶναι ἐν τῇ λειτουργίᾳ] Hoc non est, quemadmodum locum vult quidam interpretari, liturgiæ, sive, dyptichis ecclesiasticis, insertum esse. Contra recte exponit Balsamo, κληρικούς μὲν ὄντας, εἶναι καὶ πάλιν ἐν τῷ οἰκείῳ βαθμῷ ὁ κανὼν διορίζεται. Itidem agens de clericis laicisque, post nonnulla ab illis similiter acta, Canon Ancyrani Concilii tertius laicos quoque permittit, qui hujusmodi necessitati subjecti essent, προάγεσθαι εἰς τάξιν, et προχειρίζεσθαι. Denique cum dicit de clericis ipse Petrus in Canone suo X. eos qui, ut fidem suam Christianam confiterentur, officium sacrum sponte reliquissent, et postea lapsi essent, ὅτι οὐκ ἔστιν εὐλογον ἐν τῇ λειτουργίᾳ εἶναι, perinde est ac si Latine dixisset, ministerio sacro minime possunt fungi, οὐ δύνανται λειτουργεῖν.

Ibid. l. 16. εἰς μάτην] Gloss. Vet. Eis μάτην. Gratis. In vacuum.

Ibid. l. 18. παρὰ συλλειτουργῶν πάλιν ἤκουσα] MS. Nan. παρὰ συλλειτουργῶν πάλιν ἤκουσα, ταχθήσεται ἐν τοῖς ὁμολογηταῖς. GALLAND. In editis est πάλιν ταχθήσονται, neque enim in iis legitur πάλιν ante ἤκουσα, quod tamen in omnibus scriptis meis Bodleianis inveni. Porro ταχθήσεται in eisdem scriptis extat, adduntque similiter codices particulam δὲ, quam locum refingens restitui. Nunc quoque ex Herveti Interpretatione mihi constat, extitisse in codice Tiliano πάλιν cum ἤκουσα conjunctum, non cum ταχθήσεται; atque ibi ταχθήσεται, non ταχθήσονται, repertum esse. Similia præbet Œcolampadii quoque Interpretatio. Tandem invenio extantia in Pedalio πάλιν ἤκουσα, et ταχθήσεται.

P. 45. l. 4. πρᾶυπαθείαν] Quo melius lectio vera textus

sacri eruatur, notandum esse duxi, hanc lectionem *πραῦπαθείαν*, quam nonnullæ Canonum Petri editiones in *πραότητα* mutaverunt, in omnibus eorundem *libris scriptis*, quos ego in Bodleiana bibliotheca inveni, extare. Porro eandem esse lectionem *codicis Bibliorum Alexandrini*, atque *aliorum MSS.* testatus est Griesbachius ad locum.

P. 45. l. 7. *μαρτύρων.*] Operæ pretium esse putavi, cum brevior solito sit Zonaræ ad hunc quidem Canonem commentarius, totum eum hic subjungere. Οἱ τοὺς ἁγίους κολλάζοντες μάρτυρας μετὰ βασάνους πολλὰς ἐπὶ τιῶν βία τοῖς στόμασιν αὐτῶν ἐνέχουν οἶνον ἐκ τῶν σπονδῶν, ἢ καὶ ἐκ τῶν εἰδωλοθύτων κρεῶν ἐνέβαλον εἰς τὸ στόμα αὐτῶν, καὶ ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἐπιτιθέυτες λιβανωτὸν, εἰλκον αὐτοὺς ἐπὶ τὸν βωμὸν καὶ τὰς χεῖρας αὐτῶν κρατοῦντες βία, τὸν λιβανωτὸν ἐπέχουν τῷ βωμῷ, ἢ καὶ ἄνθρακας μετὰ λιβανωτοῦ ταῖς παλάμαις αὐτῶν ἐπετίθουν, ἵνα μὴ φέροντες τὴν ὕδνην τὴν ἐκ τῆς καύσεως, ἐπιχέωσι τὸν λιβανωτὸν σὺν τοῖς ἄνθραξι τῷ βωμῷ· κατεῖχοντο γὰρ παρ' αὐτῶν. τοὺς τοιοῦτους φησὶ, δύνασθαι εἶναι ἐν τῇ λειτουργίᾳ, ἢ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς ὁμολογηταῖς τετάχθαι. οὐ γὰρ οικεῖα προαιρέσει ἢ τῶν σπονδῶν ἐγένεσαντο, ἢ τὸν λιβανωτὸν ἐπέβαλλον τῷ βωμῷ· ἀλλ' ἢ βία, τοῦ λογισμοῦ αὐτῶν τῇ πράξει μὴ συγκατατιθεμένου· ὥσπερ καὶ οἱ τῇ τῶν βασάνων ἀνάγκῃ παραλυθέντες τὸν τόνον τοῦ σώματος, ὡς μήτε κινήθηναι δύνασθαι μήτε φθέγγασθαι, καὶ ἀντιστήναι τοῖς βία εἰς τὰ στόματα αὐτῶν ἐκχέωσι τὸν οἶνον τῶν σπονδῶν, καὶ κέκινου τοῖς ὁμολογηταῖς συνταχθήσονται. ἐξῆς δὲ περὶ τῶν διανούντων τὸ τῆς συνειδήσεως μαρτύριον λέγει, καὶ κείνους τοῖς ὁμολογηταῖς συναριθμῶν.

CANON XV.

Ibid. l. 10. Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸ πάσχα] In MS. Reg. 2038. præfigitur hic titulus huic Canonì. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ κ. τ. λ. HARDUIN. Ipsa hæc verba præstant *codd. Boll.* 715. et 3385. et similia his *ceteri manuscripti*, tum vero horum Canonum Zonaræque editio Parisina anni 1621. Haud adjectus autem hic canon est in Joan. Œcolampadii *Latina Interpretatione* eorundem canonum, quæ ante Græce editos in *Micropresbytico* Basileæ anno 1558.

comparuerat. Nunc extare canonem cum titulo in *Pedagio* Græcorum video; innotuitque mihi ex brevi Chronici Paschalis seu Alexandrini fragmento, quod quidem nuper Romæ edidit cel. Angelus Maius in primo Volumine part. II. p. 222, *Collectionis* suæ *Vet. Scriptorum*, Tricentio cuiusdam Libri suum De Pascha misisse Petrum Alex. Verba sunt, Πέτρος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος ἐν τῷ περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ, ὃν Τρικεντίῳ τινὶ γράφει.

P. 45. l. 13. προστέταται] Ex *MS. Reg.* 2038. et aliis, ita ut in textu, locum legendum ac supplendum esse, monuit cl. Harduinus ad oram editionis suæ *Conciliorum*, pro *vulgatis*,—προσετέτακτο. τὴν μὲν γὰρ τετράδα κ. τ. λ. τὴν δὲ παρασκευὴν, ὅτι αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἔπαθε. κυριακὴν δὲ χαρμοσύνης, vel, quod in verbis ultimis etiam imperfectius est, τὴν δὲ παρασκευὴν χαρμοσύνης. Cotelerius quoque ad *Constit. Apost.* II. 59. id referente Gallandio, hunc Canonem ex *Regis MSS.* ante Harduinum sic restituerat. Immo vero verba eadem extitisse in *codice T'ili*, Hervetiana ejusdem interpretatio, quæ anno prodiit 1561. ostendit. Itaque sic se re habente, cum præterea *omnes Bodleiani manuscripti*, *codicisque* cujusdam *Coisliniani* quod penes me est apographum, fere eadem præsent, in textum verba demum recepi. Denique illud *προστέταται* agnoscunt *sex alii MSSi* præter *codicem Reg.* Zonaramque scholiastam. Nunc constat nobiscum convenire in omnibus *Pedagio*, nisi quod in eo extat, τὴν δὲ κυριακὴν pro τὴν γὰρ κ. ubi interea adnotatum est, ἐν ἄλλοις, τὴν γὰρ κ. Tum quæ posita ibidem est a Græcis Canonis expositio post voces κατὰ παράδοσιν habet, ἀποστολικὴν δηλαδὴ.

Ibid. τὴν μὲν τετράδα—τὴν δὲ παρασκευὴν] Verba valde affinia habet Auctor *Constit. Apost.* lib. V. cap. 15. Τετράδα δὲ καὶ παρασκευὴν προσέταξεν (Christus) ἡμῶν νηστεύειν, τὴν μὲν διὰ τὴν προδοσίαν, τὴν δὲ διὰ τὸ πάθος. vid. *Marc.* XIV. 1. Easdem fere causas observationis et cultus tetradis, parasceves, dieique itidem Dominicæ, memoraverunt Victorinus Martyr DE FABRICA MUNDI supra, vol. III. p. 456. Epiphanius *Epis. Cathol. Fidei* §. XXII. pag. 1104. ed. Petavii,

alibique Auctor modo memoratus *Constitutionum Apost.* lib. v. cap. 14. et lib. vii. cap. 23; ne alios dicam posteriorum temporum tractatores. Omnia vero de cultu atque antiquitate harum feriarum, Tertulliano et Clementi Alexandrino bene notarum, et in *πᾶσι κλίμασι τῆς οἰκουμένης*, teste Epiphonio in *Hæres.* lxxv. n. 6. p. 910. celebratarum, mihi præoccupavit Josephus Bingham. *Antiq. Eccles. Christ.* lib. xxi. cap. 3.

P. 45. l. 18. ἐν ᾗ οὐδὲ γόνατα κλίνειν παρελήφαμεν] Antiquissimi hujus ritus, sed in ecclesiis Latinorum nunc universim abrogati, “meminit” (verba Dallæi sunt *De Vero Usu Patrum* lib. ii. cap. ult.) “vetustissimus Questionum et Responsonum apud Justinum Scriptor, (Q. et R. Quæst. 115.) et rationem reddit probatque ex quodam Irenæi loco, et a temporibus apostolicis initium ejus petit. Tertullianus quoque meminit (*De Corona milit.* cap. 3.) et Epiphanius (in Panario in conclus. Operis, p. 1105. A.) et Hieronymus (*Dial. contr. Lucif.* p. 187.) et morem inter Ecclesiæ instituta recenset. Ipsa quin etiam, quod longe majus est, sanctissima Synodus universalis Nicæna diserto canone (Can. 20.) ritum illum “confirmavit.” Hæc Dallæus pag. 337. Interp. Latinæ, qui canonem quoque nonagesimum Concilii Quinisexti in hac parte adduxit. Adjicere nunc nobis licet Tertulliani Lib. *De Oratione* ex cod. MSto a Muratorio auctum, cap. 23. Conferas et Binghamum *Antiq. Eccl. Christ.* lib. xiii. c. 8. Veruntamen, ex eo quod omissus sit eanon Nicænus huc pertinens in codice suo MSto Canonum Latinorum, neque in *Arabica Paraphrasi* eorundem Canonum compareat, cl. Quesnelius colligit, morem istum apud Romanam saltem ecclesiam nunquam omnino receptum fuisse. Vide *Dissert.* xii. post *Leonis M. Opera* a Quesnelio collocatam, cap. v. Verum habet hunc canonem Nicænum Paraphrasis Arabica a Beveregio edita. Adi et Constantii Præfat. in *Epp. Rom. Pontif.* §§. lxxxii. et lxxxiii. Et certe Latinus scriptor Rabanus Maurus archiepiscopus Moguntinus, qui sæculo nono floruit, in *Institutione sua Clericorum* nobis præcipit, cum die Dominico, tum Pentecostes diebus,

nec jejunia agenda, nec genua esse flectenda, majorum traditione et universæ ecclesiæ more usuque appellatis. Vid. capp. LXX et LXXI.

P. 45. l. 18. παρειλήφμεν] Ait Zonaras: Σημειωτέον οὖν τὸ παρειλήφμεν, καὶ τὸ κατὰ παράδοσιν ἡμῶν προστέτακται. κἀντεῦθεν γὰρ φαίνεται, ὅτι τὸ ἐπὶ μακρὸν κρατήσαν ἔθος, ἀντὶ νόμον λελόγισται. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος καὶ τὰς αἰτίας προστίθησιν δι' αἷς ἀπηγόρευται κλίνειν ἐν Κυριακῇ γόνυ, καὶ ἀπὸ τοῦ πάσχα μέχρι τῆς πεντηκοστῆς. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ξς'. ἀποστολικὸν κανόνα, καὶ ξθ'. Locus S. Basilli M. est in libro *De Spiritu S.* capite 27. qui sic incipit; Ὁρθοὶ μὲν πληροῦμεν τὰς εὐχὰς ἐν τῇ μῆτρί τοῦ σαββάτου· τὸν δὲ λόγον οὐ πάντες οἴδαμεν. οὐ γὰρ μόνον ὡς συναναστάντες Χριστῷ, καὶ τὰ ἄνω ζητεῖν ὀφείλουτες, ἐν τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ, τῆς δεδομένης ἡμῶν χαρίτος διὰ τῆς κατὰ τὴν προσευχὴν στάσεως ἑαυτοὺς ὑπομνήσκομεν· ἀλλ' ὅτι δοκεῖ πως τοῦ προσδοκωμένου αἰῶνος εἶναι εἰκὼν· διὸ καὶ ἀρχὴ οὖσα ἡμερῶν &c. tom. iii. p. 56. ed. Benedictin. Agunt *Canones*, qui *Apostolorum* appellantur, in Zonaræ Commentario hic memorati, de Dominica feriisque quarta et sexta.

DE DIVINITATE, &c.

P. 46. l. 2. Πέτρον τοῦ ἀγιωτάτου &c.] Tres, quæ sequuntur, ῥήσεις in *Concilio* extant *Ephesino* Act. I. pag. 508. tom. iii. *Concil.* ed. Labbæi, et Latine in *Concil. Chalced.* Act. I. p. 286. tom. iv. *Concil.* perinde atque apud veterem interpretationem Marci Mercatoris *Excerptorum Ephesini Concilii* in edit. Baluzii p. 175. Prolatas illas ῥήσεις atque adductas fuisse Ephesi, una cum aliis quibusdam patrum undecim locis, a S. Cyrillo Alexandrino, testatus est sexto existente sæculo Hypatius Ephesinus episcopus in *Collatione cum Acephalis*. Vid. tom. iv. *Concil.* p. 1766. Atque ante illud tempus pro veris agnitæ fuerant, ut ipsa *Concilii Ephesini Acta* taceam, a Vincentio Lirinensi in egregio suo *Commonitorio*, capite 42. Interea, ut obiter id notem, cum Julius Romanus episcopus unus ex iis patribus extitit, quos adduxerat Cyrillus, a Leontio Byzantino postea com-

pertum est, epistolam ad Prosdocium non Julii esse, sed potius Timothei Apollinaris discipuli, ὡς ἔστι, inquit Leontius, ἀπὸ πολλῶν ἀπογράφων καταμανθάνειν. *De Sectis*, act. 8. Unde factum est, ut a Petro Coustantio in editione *Pontificum Rom. Epistolarum* in Appendicem tantum Operis Ephesina ῥήσις Julii transmissa sit. p. 21. Ceterum docet cl. Villoisonus *Anecdott.* tom. ii. p. 247. ex *Catalogo* olim edito *Bibliothecæ S. Marci Venetiis*, subjungi in cod. 504. *Excerpta ex Petro episcopo Alexandrino et martyre ex libro De Divinitate.* Utrum illæ atque hæ ῥήσεις eædem sint, cl. Morellius in altero volumine *Bibliothecæ* suæ *MStæ* nos certiores fortasse faciet.

P. 46. l. 12. τέλειον] Reddit verba vetus Latinus Interpres, perinde ac si τελείας invenisset. Proxime ante ex ora edit. *Labb. Concil.* recepi οὐκ ἀπελείφθη *MSti Sequier.* lectionem pro οὐ κατελείφθη, et infra p. 47. δηλονότι pro δὴ τότε, et γεννώμενον pro γενόμενον.

P. 47. l. 1. "Ὁθεν καὶ ὁ εὐαγγελιστῆς &c.] Non tantum in Actu Primo *Concilii Ephesini* extat hæc quidem ῥήσις, sed et in Act. 7. a S. Cyrillo Alex. allata est in *Apologet. pro Duodecim Capitis.* Vid. tom. iii. *Concil.* p. 845.

P. 48. l. 3. 'Εκ τοῦ περὶ τῆς Σωτηρίας &c.] Græca hujusce Excerpti deprompsi ex exemplari *Leontii Byzantini* scripto, quod bibliotheca Bodleiana tenet; nam Latine tantum adhuc editum est *Leontii Contra Eutychianos et Nestorianos* opus.

Ibid. l. 4. φιλήματι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως;] In *Leontii* Interpretatione Latina, quam præstant multæ *Patrum Bibliothecæ*, osculo filium Dei tradis? exaratum est. Et codicem quidem Russicum *evangeliorum* commemorat cl. Matthæi, in quo extat τοῦ Θεοῦ pro τοῦ ἀνθρώπου. Sed vero Petrum revera invenisse τοῦ ἀνθρώπου, atque Latina, non Græca, esse corrupta, censebunt omnes, qui verba attentius consideraverint, quibus veram Christi humanitatem, simul atque Deitatem ejus, illam quidem ex Servatoris hoc dicto, hanc vero, ut argumentari mos fuit, ex miraculis ejus, vir sanctus probare aggressus est. Ceterum Angelo Maio ejusdem *Leontii* contra Monophy-

sitas opus nuper edente in Tomo VII. *Collectionis suæ Vet. Scriptorum* p. 134. constat Leontium verba posteriora in libro attulisse suo, Πέτρον μάρτυρος πάπα Ἀλεξανδρίας ἐν τῷ περὶ τῆς ἐνδημίας Χριστοῦ. Τὸ συναμφότερον τὸν δὲ δείκνυται, ὅτι Θεὸς ἦν φύσει, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος φύσει. In eodem vero egregiæ *Collectionis* volumine Imp. Justinianus in *Epistola sua contra Monophysitas* a Maio primum edita S. Petri ῥῆσιν post vocem παραδῶς afferens τὰ συναμφότερα pro τὸ συναμφότερον et πάντα ὅσα pro πάντα invenisse videtur. pag. 307.

P. 48. l. 17. *Ex Primo de Anima Sermone*] Duo istæ Fragmenta operis S. Petri, quod appellat *De Anima Sermonem* Procopius Gazæus in *Comment. in Genesin* cap. 3. nobis servavit Imp. Justiniani ad *Mennam Epistola*, in qua quidem epistola Origenianus de præexistentia animarum refutatur error. Ῥῆσις autem prior, cum initio tum fine aucta, in Leontii Byzantini *Sacrorum* libro secundo extat, ejus titulus, seu, pars prima, a cel. Maio in eodem supra-dictæ *Collectionis* volumine e codd. Vaticanis edita est. p. 74 &c. Confer pag. 85. Eandem vero Petri ῥῆσιν similiter auctam antea videram in editione Romana *S. Dionysii Alex.* e codice Vaticano num. 553. productam, ejus initio voces τοῦ Θεοῦ Χριστοῦ pro illis τοῦ δευτέρου, sed minus bene, positæ sunt.

P. 50. l. 13. *Tunicarum scortearum aliarumque rerum quarundam in Paradiso &c.*] Quæ hic memoratur allegorica interpretatio, tunicas in paradiso pelliceas corpora significare hominum docebat. Qui enim omnia illa de primis humani generis parentibus a Mose tradita trahit ad mysticam rationem Origenes, is litteris mandavit hanc tunicarum, quæ antiqua fuit, expositionem. De his autem rebus consulas doctissimum Huetium in *Origenianis* lib. ii. quæst. xii. §. 7. p. 237. Tantum notabo, similiter interpretatum Tertullianum fuisse Jacobi de Christo prophetiam, *Lavabit in vino stolam suam et in sanguine uce amictum suum*, in lib. iv. *adv. Marcion.* c. 40. Lavabit, inquit, in vino &c. *stolam et amictum carnem demonstrans, et vinum sanguinem.* Ceterum obiter monendum est, Procopianum *Commentarium*, unde hæc in textum descripsi, in

Octateuchum, seu potius *Heptateuchum*, Latine tantum extare, Tiguri 1555. Conrado Clusero interprete excusam. Cons. Cavii *Hist. Lit.* tom. i. p. 504. et 505. Sed tamen haud inveniri posse affirmaverim Procopiana istæ in *Catena in Octateuchum*, quam in duobus amplis voluminibus edidit Lipsiæ anno 1772. Græcus monachus Nicephorus, qui operis Procopiani codice Græco MSto in texenda *Catena* usum se testatus est.

P. 50. l. 20. Ephremius] In priore sæculi sexti parte floruit hic scriptor. Cons. Cavii *Hist. Lit.* vol. i.

P. 51. l. 12. episcoporum et martyrum epistola] Cum de istæ, tum de ipsius Petri epistola, ad S. PHILÆE Fragmenta mox dicetur. Ibi postquam producta est Episcoporum Epistola, posuit ante Petri illam verba sequentia auctor Fragmenti Maffeani de Schismate Meletianorum, *His agnitis, B. Petrus cum multa patientia populo scripsit Alexandrino epistolam hoc modo: PETRUS in fide Dei stabilitis, &c.*

NUNC sequitur aliud quoddam Fragmentum, in textu haud positum, hic vero, quoniam sola auctoritate scholiorum quorundam nixum est, inter annotationes meas collocatum, ne certis minus certa admiscerentur. Ex libro *S. Petri Alexandrini de Blasphemia*, prout se fert titulus, desumptum est, in usus meos ex codice illo bibliothecæ Coislinianæ 268. a cl. Boisonado descriptum, qui inter alia opuscula, teste Montfauconio pag. 312. *Catalogi, Isaaci Syri* continebat *Sermones*, cujus marginibus adscripta fuerunt Scholia ex multis patribus, quorum agmen claudebat S. Petrus Alexandrinus. Nullum alium Petrum præter martyrem nostrum in mente habuisse falsarium, si modo fallaces sint hæc merces, ostendit mentio, quæ fit Paphnutii confessoris. Paphnutius enim confessione Christi nobilis, dum apud patres Nicænos versatus erat, clericorum, qui ante ordinationem conjuges fuissent, coactæ abstinentiæ bonis avibus obstitit, rem narrantibus historicis ecclesiasticis, qui post Eusebium floruerunt. Nomen ejus inter episcopos Ægyptios, qui Nicæno concilio intererant, in Catalogo illo quem cl. Morellius nuper edidit, comparet, quod quidem eo magis

memorandum est, quod Valesius in notis ad Socratis *H. E. I.* 10. illa de Paphnutio audet rejicere, sua ipsius verba sunt, praesertim cum inter episcopos, qui Nicæno concilio subscripserunt, nullus eo nomine reperiat. Quod tamen auctore Paphnutio apud concilium Nicænum haud constitutum est, illud prius stabiliverat in Hispania concilium Eliberitanum.

Τοῦ ἁγίου Πέτρου Ἀλεξανδρείας, περὶ Βλασφημίας.

Ὅπως δέ σε καὶ ἀπὸ διηγίσεως μεγάλης προσπέσω, ὅτι περ οὐ τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶν ἡ τοιαύτη δυσσεβῆς ἔννοια, ἀλλὰ τοῦ ποιηροῦ δαίμονος, ἄκουσον ψυχοφελλοῦς ἀποφθέγματος. ποτὲ γὰρ καμοὶ (for. καμὲ) τοῦ τοιούτου διανοχλοῦντος λογισμοῦ, ἀνεθέμην αὐτὸν τῷ Θεοῦ θεράποντι καὶ ὁμολογητῇ Παφνουτίῳ· ὅστις μοι διίσχυρίζετο λέγων· ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ ἦνικα πυρὶ καὶ βασιάνοις τὸ σῶμα ὑπὲρ Χριστοῦ κατεκαίετο, καὶ ἐξαιέτο (leg. ἐξεκαίετο), ὁ δαίμων ἔνδο θεύμου (for. ἔνδον θύμου) κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημίας ἐφθέγγετο. πρὸς δὲν ἐμβριμησάμενος μετὰ Θεοῦ εἶπον· ὦ ποιηρέ· τὸ σῶμα μου καὶ τὴν ψυχὴν μου δέδωκα εἰς θάνατον, ἵνα μὴ αὐτὸν ἀρνήσωμαι, ἢ βλασφημήσω· καὶ σὺ λογισμοῦς μοι βλασφημίας λαλεῖς; εἰ τὸν Θεόν μου βλασφημῶ, πῶς ὑπὲρ αὐτοῦ νῦν δι' ἐκχύσεως αἵματος μαρτυρῶ καὶ προσκυνῶ; ἀλλὰ πρόδηλον ὅτι ἡ μὲν καλὴ ὁμολογία καὶ μαρτυρία ἐμὴ τυγχάνει· ἡ δὲ κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημία σὴ, καὶ ἐπὶ σε ἐπιστρέφεται.

Sed haec haecenus. *Diatribam*, quam Petavius primus edidit in *Uranologio*, ac postea Ducangius ante *Chronicon Paschale* seu *Alexandrinum* posuit, etsi Petro Alexandrino episcopo et martyri in codicibus scriptis attributa fuerit, Petri tamen non esse, cum in ea adducatur Athanasius, liquet vel pueris, ait Cavius in *Hist. Lit.* qui nondum aere lavantur. Addi possent et alia τῆς νοθείας indicia. Pauca interea fragmentorum istorum Chronico Paschali praemissorum Is. Casaubonus in *Exercit.* xvi. *Anti-Baroniana* pp. 410. et 590. ed. Genev tanquam si revera S. Petri fuissent, ex MSto olim protulerat. Atque totam collocavit in S. Petri Reliquiis *Diatribam* Gallandius in tomo iv. suae *Bibliothecae Patrum*, omissa tamen S. Athanasii ῥήσει, qua

prodi dixerat Cavius parachronismum, dum ipse quoque Cavius partes quidem *Diatribæ* Petro assignavit. Cum vero testimonium ibi extiterit de autographo evangelii Joannis in ecclesia Ephesina servato, “ ejus loci ac testimoni-
 “ monii *γνησιότης*” (verba sunt cel. Ernestii in *Institut. Interpretis Novi Test.* part. II. cap. ii. §. 2.) “ in dubitationem
 “ haud levibus de causis adducitur a Scaligero, Petavio,
 “ Tillemontio, et nuper Garbello in Prolegom. Evangel.
 “ Blanch. p. 42. id opusculum ac testimonium juniori, de
 “ seculo sexto, Petro tribuentibus.” De Petri Diatriba tantum.

Ad hæc in Justiniani illa ad Mennam *Epistola*, ex qua duo fragmenta *Prioris de Anima Sermonis* supra deprompsi, extat præterea alia quædam *ρήσις* ex ejusdem S. Petri *Mystagogia*, quæ dicitur, sumpta. *Τοῦ αὐτοῦ* (Petri) *ἐκ τῆς Μυσταγωγίας*, ἧς ἐποιήσατο πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, μέλλων τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδέχεσθαι. *Διὰ τοῦτο παρακαλῶ, γρηγορεῖτε, ὅτι εἰς θλίψιν πάλιν μέλλετε εἰσελθεῖν. οἴδατε πόσους κινδύνους ὑπέμεινεν ὁ ἀναθρέψας με πατήρ μου καὶ ἐπίσκοπος Θεῶνας ἀπὸ τῶν μαινομένων εἰς τὰ εἰδῶλα, οὗ καὶ τὸν θρόνον διαδεξάμεν, εἶθε δὲ καὶ τὸν τρόπον. ὡς (for. ὅσους) δὲ καὶ ὁ μέγας Διουύσιος κατακρυπτόμενος ἀπὸ τόπων εἰς τόπους, πρὸς τούτῳ καὶ Σαβελλίου θλίβοντος. τί δὲ εἶπω Ἡρακλᾶν καὶ Δημήτριον τοὺς μακαρίους ἐπισκόπους, οἷους πειρασμοὺς ὑπέστησαν ὑπὸ τοῦ μανέντος Ὀριγένους, καὶ αὐτοῦ σχίσματα βαλλόντος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τὰ ἕως σήμερον ταραχὰς αὐτῇ ἐγείραντα.* Hæc vero cum suspicatus essem ex *Actis Martyrii S. Petri* descripta fuisse, ea demum, sed nonnihil immutata, apud Surium inveni in tomo vi. *Sanctorum Hist.* ad 25. Novembris, p. 579. ed. Colon. Actorum vero ibi collocatorum fidem nemo, opinor, his quidem temporibus in se recipiet. In illis quoque *Actis* extare in pag. 578. aliam S. Petri *ρήσιν* deprehendi, quam attulit Anastasius Sinaita in *Hodego* suo, sive *Via Duce adversus Acephalos*, p. 134. ed. Gretseri; Ἀρείος, καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, κεχωρισμένος ἔσται τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Sic enim in *Actis* apud Surium idem positum est, *Hic autem Arrius, pro quo rogatis, soli Deo mortuus est, et a facie illius hic et in futuro sæculo pro-*

jectus est. Acta quoque S. Petri Græca a Combesio Parisiis anno 1660. edita, his similia habere mihi compertum est. Quæ quidem acta fabulis referta esse, monuit Basnagius in *Annal. Politico-Eccles.* tom. ii. p. 622. Neque de actis martyrii S. Petri Alex. usquam facit mentionem in opere Martyrologico suo Ruinartus. Immo eorundem τὴν νοθείαν satis superque demonstratam video a Natali Alexandro *Hist. Eccl. Sæc. iv.* Diss. 9. p. 401. et a Cellierio, *Histoire Générale des Auteurs*, tome iv. p. 18. Quamobrem hoc quoque, quod Petro adscripsit Anastasius, juxta atque illa, quæ Justinianus, libens præterii.

At vero, cum in libro secundo *Rerum Sacrarum* Leontii et Johannis, quem, ut modo ostendi, cel. Angelus Maius in Vol. VII. præclaræ *Collectionis* suæ partim edidit, ῥήσις, quæ sequitur, ex Petri opere inscripto, *Διδασκαλία*, sumpta extet, ipsa addi ceteris Petri reliquiis, etsi oblitus ejus sum, debebat. Ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Πέτρου Ἀλεξανδρείας διδασκαλίας. Τάλας ἐγὼ οὐδὲ ἐμνήσθην ὅτι ὁ Θεὸς νοῦν ἐπιτηρεῖ καὶ ψυχῆς ἀκούει φωνήν· συνέγνω εἰς ἁμαρτίαν πρὸς ἑμαυτὸν λέγων· ἐλεήμων ἐστὶν ὁ Θεὸς καὶ ἀνέξεται μου· καὶ μὴ πληγείς παραχρήμα, οὐκ ἐπανσάμην, ἀλλὰ μᾶλλον κατεφρόνησα συγγνώμης, καὶ ἔδαπάνησα Θεοῦ μακροθυμίαν. p. 96.

S. PHILEAS.

S. PHILEAS.

S. HIERONYMUS, *Lib. De Viris Illustribus*,
cap. lxxviii. p. 169.

PHILEAS de urbe Ægypti, quæ vocatur ^aThmu-
is, ^bnobili genere, et non parvis opibus, suscepto
episcopatu, ^celegantissimum librum de Martyrum
laude composuit: et ^ddisputatione actorum habita
adversum judicem, qui eum sacrificare cogebat, pro
Christo capite truncatur; ^eeodem in Ægypto per-
secutionis auctore, quo Lucianus Nicomediæ.

^a Hodie Damiata. vide Jac. Golium ad Alfraganum p. 292.
Ejusdem urbis mentio infra c. 99. FABRICIUS.

^b Euseb. viii. 9. Φιλέας τε τῆς Θμουϊτῶν ἐκκλησίας ἐπίσκοπος,
διαπρέψας ἀνὴρ ταῖς κατὰ τὴν πατρίδα πολιτείαις τε καὶ λειτουργίαις, ἔν
τε τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις. FABRICIUS.

^c Hæc est Epistola Phileæ ad Thmuitas ex qua amplum et
insigne fragmentum servavit Eusebius viii. 10. FABRICIUS.

^d In Actis Passionis Phileæ præses hic dicitur Culcianus.
Fuit autem Culcianus præses Thebaidis, ut docet Epiphanius.
Proinde Phileas passus est in Thebaide, non autem Alexandria,
ut quidam putant. Quos in errorem induxit Eusebii locus ex
cap. 10. ubi Phileæ epistola refertur, quam ille ad Thmuitas
scripsit Alexandria, paulo ante agonem martyrii sui. Verum, ut
dixi, Culcianus præses Thebaidis, a quo damnatus est, manifesto
arguit illum in Thebaide passum fuisse. Ceterum acta illa

passionis Phileæ nuper edita sunt Antverpiæ. Quibus plane consentit codex MS. bibliothecæ Sancti Victoris. Interpolata sunt autem a quodam Gregorio, qui ex lib. VIII. historiæ ecclesiasticæ Rufini multa inseruit. Vera igitur acta incipiunt ab his verbis, *Imposito ergo Philea super ambonem, Culcianus præses dixit*, etc. In fine item quædam addita sunt ex Rufino de Philoromo martyre. VALESIIUS. Eusebii *Hist.* VIII. 9. Adnotat ad hunc Hieronymi locum E. S. Cyprianus, disputationem Phileæ de qua ibi Hieronymus, complexam judicis quæstionem ac responsionem Phileæ, Actis Martyrii, quæ prodierunt Antverpiæ, insertam esse. De Actis autem Phileæ cons. Adnotatt. infra.

^e Maximino A. 311. Confer Acta Sanctor. 4. Febr. tom. i. p. 459. seq. FABRICIUS. *quo Lucianus Nicomediæ. Supplend. capite truncatus est.* Vid. Hieron. supra pag. 4. ante S. LUCIANI Reliquias.

S. PHILEÆ

EPISCOPI THMUITANI ET MARTYRIS

RELIQUIÆ,

QUI

5 SCRIPSIT SUB SÆCULI QUARTI INITIUM.

Ἐκ τῶν Φιλέου πρὸς Θμουίτας γραμμάτων.

ΤΟΥΤΩΝ ἀπάντων ὑποδειγμάτων ἡμῖν καὶ ὑπο-
γραμμῶν καὶ καλῶν γνωρισμάτων ἐν ταῖς θείαις καὶ
ιεραῖς γραφαῖς κειμένων, οὐδὲν μελλήσαντες οἱ μακά-
10 ριοι σὺν ἡμῖν μάρτυρες, τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα πρὸς τὸν
ἐπὶ πάντων Θεὸν καθαρῶς τείναντες, καὶ τὸν ἐπ'
εὐσεβείᾳ θάνατον ἐν νῶ λαβόντες, ἀπρὶξ τῆς κλήσεως
εἶχοντο. τὸν μὲν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εὐ-
ρόντες ἐνανθρωπήσαντα δι' ἡμᾶς, ἵνα πᾶσαν μὲν
15 ἁμαρτίαν ἐκκόψῃ, ἐφόδια δὲ τῆς εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν
εἰσόδου ἡμῖν κατάθῃται. ^a οὐ γὰρ ἀρπαγμὸν ἠγάγατο

Interprete H. Valesio.

Ex Epistola Phileæ ad
Thmuitas.

20 Hæc igitur omnia exempla
ac signa, et pulcherrima docu-
menta in sacris literis exstare
cum scirent beatissimi qui no-
biscum versati sunt martyres ;
25 absque ulla cunctatione, oculo
mentis in supremum om-
nium Deum sincere defigentes,

et mortem pro pietate libenti
animo amplectentes, vocationi
suæ pertinaciter inhæserunt.
Quippe qui probe nossent Do-
minum nostrum Jesum Chris-
tum nostrâ causâ hominem id-
circo factum fuisse, ut et pec-
catum omnino exscinderet, et
ad vitam æternam contendenti-
bus nobis subsidia itineris
compararet. Non enim rapi-

^a Phil. ii. 6, 7, 8.

τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών· καὶ σχήματι εὔρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν ἕως θανάτου· θανάτου δὲ σταυροῦ. διὸ καὶ ^bζηλώσαντες τὰ μείζονα χαρίσματα οἱ Χριστοφόροι μάρτυρες, πάντα μὲν πόνον καὶ παντοίας αἰκισμῶν ἐπινοίας 5 οὐκ εἰσάπαξ, ἀλλ' ἤδη καὶ δεύτερον τινὲς ὑπέμειναν· πάσας δὲ ἀπειλὰς οὐ λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργοις τῶν δορυφόρων κατ' αὐτῶν φιλοτιμουμένων, οὐκ ἐνεδίδουν τὴν γνώμην, διὰ τὸ ^cτὴν τελείαν ἀγάπην ἔξω βάλλειν τὸν φόβον. ὧν καταλέγειν τὴν ἀρετὴν 10 καὶ τὴν ἐφ' ἐκάστη βασάνῳ ἀνδρείαν, τίς ἂν ἀρκέσειε λόγος; ἀνέσεως γὰρ οὔσης ἅπασι τοῖς βουλομένοις ἐνυβρίζειν, οἱ μὲν ξύλοις ἔπαιον· ἕτεροι δὲ ῥάβδοις· ἄλλοι δὲ μάστιξι· ἕτεροι δὲ πάλιν ἰμάσι· ἄλλοι δὲ σχοινίοις. καὶ ἦν ἡ θέα τῶν αἰκισμῶν ἐνηλλαγμένη, καὶ 15 πολλὴν τὴν ἐν αὐτῇ κακίαν ἔχουσα. οἱ μὲν γὰρ ὀπίσω τὸ χεῖρε δεθέντες, περὶ τὸ ξύλον ἐξηρτῶντο, καὶ μαγγάνοις

nam arbitratus est Christus esse se æqualem Deo; sed exinanivit seipsum, servi formam induens: et specie ipsa inventus quasi homo, humiliavit semetipsum usque ad mortem; et quidem mortem crucis. Proinde meliora charismata consectantes martyres qui Christum gestabant, omnes ærumnas, omnia tormentorum genera quæ excogitari potuerant, non semel, sed iterum ac sæpius nonnulli sustinuerunt. Et cum satellites non solum verbis minantes, sed etiam factis terrorem ipsis incutere certa-

tim niterentur, non tamen fracti sunt animo, eo quod perfecta caritas foras eiciebat 20 timorem. Quorum virtutem et in singulis tormentis fortitudinem, quæ tandem oratio possit percensere? Nam cum eos injuria afficere cuivis liceret, 25 alii fustibus, alii virgis, alii flagris eos verberabant; quidam loris; nonnulli etiam funibus cædebant. Eratque hujusmodi cruciatuum spectaculum 30 varium et multiplex plenumque malitiæ. Quidam enim illorum manibus post tergum revinctis ad stipitem suspen-

b 1 Cor. xii. 31.

c 1 Joan. iv. 18.

διετίνοντο πᾶν μέλος· εἴθ' οὕτως διὰ παντὸς τοῦ σώ-
 ματος ἐπήγουν ἐκ κελεύσεως οἱ βασανισταὶ, οὐ καθά-
 περ τοῖς φονεῦσιν ἐπὶ τῶν πλευρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ
 τῆς γαστρὸς καὶ κνημῶν καὶ παρεϊῶν τοῖς ἀμυντηρίοις
 5 ἐκόλαζον· ἕτεροι δὲ ἀπὸ τῆς στοᾶς μιᾶς χειρὸς ἐξηρ-
 τημένοι αἰωροῦντο, πάσης ἀλγηδόνος δεινότεραν τὴν
 ἀπὸ τῶν ἄρθρων καὶ μελῶν τάσιν ἔχοντες· ἄλλοι δὲ
 πρὸς τοῖς κίοσιν ἀντιπρόσωποι ἐδοῦντο, οὐ βεβηκόσι
 τοῖς ποσὶ, τῷ δὲ βάρει τοῦ σώματος βιαζομένων μετὰ
 10 τάσεως ἀνελκομένων τῶν δεσμῶν. καὶ τοῦθ' ὑπέμενον,
 οὐκ ἐφ' ὅσον προσδιελέγετο, οὐδ' αὐτοῖς ἐσχόλαζεν ὁ
 ἡγεμὼν, ἀλλὰ μονονουχὶ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας. ὅτε γὰρ
 καὶ ἐφ' ἐτέρους μετέβαινε, τοῖς προτέροις κατελίμπανεν
 ἐφεδρεύειν τοὺς τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ὑπηρετουμένους· εἰ
 15 που τὶς ἠπτηθεὶς τῶν βασάνων ἐνδιδόναι ἐδόκει. ἀφει-
 δῶς δὲ κελεύων καὶ τοῖς δεσμοῖς προσιέναι (for. προσ-
 δησαι), καὶ μεταταῦτα ψυχορραγοῦντας αὐτοὺς κατα-
 τιθεμένους εἰς τὴν γῆν ἔλκεσθαι· οὐ γὰρ εἶναι καὶ μέρος

debantur: ac deinde universa
 20 corporis membra machinis qui-
 busdam distendebantur. Post-
 hæc tortores jussu judicis uni-
 verso corpori; neque ut homici-
 cidis solet, lateribus duntaxat:
 25 sed etiam ventri, cruribus, ac
 genis cruciatus ferreis ungu-
 lis adhibebant. Quidam altera ma-
 nu ad porticum suspensi pen-
 debant; quibus articulorum
 30 membrorumque omnium dis-
 tensio quovis cruciату erat a-
 cerbior. Alii vultibus in se mu-
 tuo conversis ad columnas al-
 ligabantur, pedibus solum non
 35 contingentibus; adeo ut vin-

cula gravitate corporum adac-
 ta, acrius intenderentur. Atque
 id tolerabant non solum quam-
 diu Præses eos alloquebatur,
 aut audiendis ipsis vacabat; sed
 toto propemodum die. Nam ubi
 ad alios audiendos transierat,
 ministros officii sui relinque-
 bat, qui prioribus imminebant;
 si forte quis tormentorum acer-
 bitate victus a proposito de-
 sciscere videretur. Jubebatque
 eos absque ulla miseratione
 vinculis stringi, et postea cum
 jam animam exhalarent, humi
 abjectos trahi. Neque enim
 aiebat vel minimam nostri cu-

αὐτοῖς φροντίδος περὶ ἡμῶν· ἀλλ' οὕτω καὶ διανοεῖσθαι καὶ πράττειν, ὡς μηκέτ' ὄντων· ταύτην δευτέραν βασανον ἐπὶ ταῖς πληγαῖς τῶν ὑπεναντίων ἐφευρόντων. ἦσαν δὲ οἱ καὶ μετὰ τοὺς αἰκισμοὺς ἐπὶ τοῦ ξύλου κείμενοι διὰ τῶν τεσσάρων ὀπῶν διατεταμένοι ἄμφω 5 τὸ πόδε, ὡς καὶ κατ' ἀνάγκην αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ ξύλου ὑπτίους εἶναι, μὴ δυναμένους διὰ τὸ ἔναυλα τὰ τραύματα ἀπὸ τῶν πληγῶν καθ' ὅλου τοῦ σώματος ἔχειν ἕτεροι δὲ εἰς τοῦδαφος ριφέντες, ἔκειντο ὑπὸ τῆς τῶν βασάνων ἀθρόας προσβολῆς· δεινότεραν τὴν ὄψιν τῆς 10 ἐνεργείας τοῖς ὀρώσι παρέχοντες, ποικίλας καὶ διαφόρους ἐν τοῖς σώμασι φέροντες τῶν βασάνων τὰς ἐπινοίας. τούτων οὕτως ἐχόντων, οἱ μὲν ἐναπέθνησκον ταῖς βασάνοις, τῇ καρτερίᾳ καταισχύναντες τὸν ἀντίπαλον· οἱ δὲ ἡμιθνήτες ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ συγκλειόμενοι, μετ' 15 οὐ πολλὰς ἡμέρας ταῖς ἀλγηδόσι συνεχόμενοι ἐτελειοῦντο. οἱ δὲ λοιποὶ τῆς ἀπὸ τῆς θεραπείας ἀνακτίσεως τυχόντες, τῷ χρόνῳ καὶ τῇ τῆς φυλακῆς διατριβῇ, θαρσαλεώτεροι ἐγίνοντο. οὕτω γοῦν ἡνῖκα προσετέ-

ram habendam esse : sed cunctos sic de nobis sentire, sic erga nos agere debere, quasi non amplius homines essemus. Hunc scilicet secundum cruciatum post verbera inimici nostri excogitaverant. Quidam etiam post tormenta in nervo jacuerunt ; pedibus ad quatuor usque foramina divaricatis ; ita ut supini esse cogerentur, cum ob recentes plagarum cicatrices quas toto corpore gerebant, stare omnino non possent. Alii humi projecti jacebant præ nimia tormentorum acerbitate ; et multo gravius

quam dum cruciarentur spec- 20 taculum intuentibus præbebant, varia ac multiplicia tormentorum excogitata genera corporibus suis circumferentes. Quæ cum ita gererentur, alii 25 in ipsis tormentis expirabant, constantiâ suâ pudorem incutientes adversario. Alii semineces in carcerem trusi, paucis post diebus doloribus oppressi 30 vitam finierunt. Reliqui curantium remediis refocillati, tempore ipso ac diuturna carceris mora fidentiores evasere. Itaque cum postea juberentur 35 eligere utrum mallent, an con-

τακτο αἰρέσεως κειμένης ἢ ἐφαψάμενον τῆς ἐναγοῦς
 θυσίας ἀνενόχλητον εἶναι, τῆς ἐπαράτου ἐλευθερίας παρ'
 αὐτῶν τυχόντα· ἢ μὴ θύοντα, τὴν ἐπὶ θανάτῳ δίκην
 ἐκδέχασθαι· οὐδὲν μελλήσαντες, ἀσμένως ἐπὶ τὸν θά-
 5 νατον ἐχώρουν. ἤδεσαν γὰρ τὰ ὑπὸ τῶν ἱερῶν γραφῶν
 ἡμῖν προορισθέντα. ^d ὁ γὰρ θυσιάζων φησὶ θεοῖς ἑτέροις,
 ἐξολοθρευθήσεται· ^e καὶ ὅτι οὐκ ἔσονται σοι θεοὶ
 ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. Hæc attulit Eusebius in lib. viii. *Hist.*
 cap. 10.

10 tactis nefariis sacrificiis omni
 molestia liberari, et abominan-
 dæ absolutionis sententiam ab
 15 ipsis consequi; an vero sacri-
 ficare abnuentes capite dam-
 nari: omnes nihil cunctati,
 libenti animo ad mortem per-

rexerunt. Quippe probe no-
 rant quæ in sacris literis nobis
 præscripta sunt. Qui enim sa-
 crificat Diis alienis, ait scriptu-
 ra, exterminabitur. Et iterum:
 Non habebis Deos alienos præ-
 ter me.

EPISTOLA EPISCOPORUM ÆGYPTI AD MELETIUM.

Ex vetere Interpretatione Latina.

INITIUM EPISTOLÆ EPISCOPORUM.

20 HESYCHIUS, Pachomius, Theodorus, *Phileas*, Meletio
 dilecto et comministro in Domino, salutem: Simplici
 ratione incerta verba æstimantes, quæ de te audiebantur;
 quibusdam ad nos pervenientibus, nunciatur (for. nuncian-
 tur) aliena a more divino, et regula ecclesiastica, quæ a
 25 te conantur (vid. notam), immo magis fiunt, quæ nec au-
 ribus suscipere vellemus, considerantes in magnitudine
 audaciam et conatus incertos. Sed quoniam in præsentia

^d Exod. xxii. 20.

^e Exod. xx. 3.

advenientes multi his fidem imposuerunt, et contestari facta non dubitabant, nimis admirantes compulsi sumus has litteras conficere ad te. Qualem etiam commotionem et tristitiam communionem (for. communiter, Maffei) omnibus, et singillatim unicuique, præbuit a te facta ordinatio 5 in parœciis ad te minime pertinentibus, nec dicere etiam prevalemus. Pauca (for. Paucis) tamen te arguentes non cessavimus.

Lex est patrum et propatrum, quam nec ipse ignoras, constituta secundum divinum et ecclesiasticum ordinem; 10 nam cuncta (for. cunctis) pro Dei placito et zelo meliorum ab ipsis est constitutum et fixum, in alienis parœciis non licere alicui episcoporum, ordinationes celebrare. Quæ lex bene nimis magna est, et cum sapientia adinventæ. Quoniam primum oportet conversationem et vitam eorum, qui or- 15 dinantur, cum magna scrupulositate scrutari; deinde, ut omnis confusio et turbulentia auferatur; vix enim unusquisque parœciam regere poterit suam, et magna sollicitudine multisque cogitationibus ministros reperire, cum quibus omne tempus vitæ transegit, et in manibus 20 ejus sunt educati. Tu autem nihil horum considerans, nec futura contemplans, nec beatorum patrum nostrorum et Christo susceptorum (vide notam) per successiones legem; neque magni episcopi ac patris nostri Petri honorem, ex quo cuncti per spem, quam habemus in Domino 25 Jesu Christo, pendemus; nec nostris incarcerationibus et temptationibus, et cotidianis ac multiplicatis opprobriis, nec oppressionibus et angustiis apud omnes, placatus, omnia pariter evertere ausus es. Pro quibus quæ tibi excusationis occasio relinquetur? 30

Sed forsitan dices; egentibus gregibus ac desolatis, pastore non subsistente, ne multorum incredulitate multi subtrahantur, ad hoc perveni. Sed certissimum est, illos non egere: primum quia multi sunt circumeuntes et potentes visitare; deinde et si quid ab ipsis negligentius age- 35

batur, oportuerat ex populo properare, ac nos exigere merito. Sed sciebant se ministrorum non esse egenos, et ideo ad hos petendos non pervenerunt. Sciebant, quod momentes eos ab (for. de) hac inquisitione aut dimittebamus, aut cum omni scrupulositate fiebat, quod utile videbatur; fiebat 5 enim sub arguente, et in manibus probitate constituta cogitabatur. Tu autem tam viliter (for inutiliter, vid. not.) quorundam considerans deceptiones et inania verba, subreptus ad ordinationes prosiluisti. Si enim adstringebant circumstantes te, et compellebant, ignorantes ordinem 10 ecclesiasticum, oportuerat te sequentem regulam literis nos edocere, et ita, quod expedire videbatur fiebat (for. fieret, vel, fieri). Si forte quidam persuadebant tibi dicentes, de nobis finem esse factum; quod nec tibi ipsi erat ignotum, quod essent multi euntes et redeuntes ad nos, 15 qui poterant visitare; etsi hoc fuisset, oportebat te majoris patris expectare iudicium et hujus rei permissionem. Sed horum nihil cogitans, et aliud sperans, immo magis nostri curam non gerens, præpositos quosdam populo providisti; nam jam cognovimus et chrismata (for. schismata, Maffei) 20 fuisse, quod multis tua displicuit inrationabilis ordinatio.

Ad hæc nec beatissimi provisoris et induti Christum, omnium nostrum apostoli, Pauli verbum suasit morari, et propositum facile continere, qui scribens acceptissimo filio Timotheo dicit, ^f *Manus nemini cito imposueris, nec commu-* 25 *nicaveris peccatis alienis*; pariter suam erga illum demonstrans providentiam, et exemplum ac legem, qua cum omni scrupulositate et cautela eligantur ordinando. Adnuntias (for. ordinandi. Adnuntiamus, Maffei) imposterum tibi, ut regulæ tutum et salubrem terminum confirmare studetur. 30 (for. studeas, Maffei.)

FINIS EPISTOLÆ EPISCOPORUM.

Quæ sequuntur, posuit Scriptor Anonymus Ἀποσπασμάτων de Schismate Meletiano.

Hanc epistolam postquam suscepit et legit, nec rescripsit, nec ad eos perrexerat ad carcerem, nec ad beatum Petrum iit; omnibus autem his episcopis, presbyteris, ac diaconibus Alexandriae 5 apud carcerem martyrium passis, ingressus est statim Alexandriam. Erat autem in civitate quidam Isidorus nomine, moribus turbulentus, doctoris habens desiderium, et Arius quidam habitum portans pietatis, et ipse doctoris desiderium habens. Hi postquam cognoverunt cupiditatem Meletii, et quid esset, quod 10 requireret, succurrentes ei, invidentes scilicet pontificatum B. Petri, ut cognoscatur concupiscentia Meletii, presbyteros, quibus potestatem dederat B. Petrus de parœcia visitare Alexandriam, (for. visitanda Alexandrina), latentes Meletio demonstraverunt. Commendans eis occasionem Meletius separavit eos, et 15 ordinavit ipse duos, unum in carcere, et alium in metallo. His agnitis B. Petrus cum multa patientia populo scripsit Alexandrino Epistolam hoc modo.

INITIUM EPISTOLÆ DOMINI PETRI EPISCOPI
ALEXANDRIÆ.

20

Petrus in fide Dei stabilitis, dilectis fratribus in Domino, salutem. Quoniam cognovi Meletium nihil per utilitatem (supplet agere Maffei), cui nec beatissimorum episcoporum ac martyrum epistola placuit, sed insuper ingressum nostram parœciam tantum sibi adsumpsisse, ut etiam ex 25 mea auctoritate presbyteros, et quibus permissum erat egentes visitare, conaretur separare, et indicium (for. indicio) suæ cupiditatis in principatu (for. principatum), quosdam sibi ordinasse in carcere; modo illud observate, ne ei communicetis, donec occurram illi cum sapientibus 30 viris, et videam quæ sunt, quæ cogitavit. Valet. Hæc omnia primus edidit Veronæ e codice Veronensi vir cl. Scipio Maffei anno 1738. in Opere, cui tit. *Osservazioni Letterarie*, tom. iii. p. 11. et seq.

ANNOTATIONES

IN S. PHILEAM.

P. 87. l. 6. Ἀπὸ τῶν Φιλέου] Omnia, quæ de Philea ipso scripserat Eusebius, prius quam adduceret Phileæ epistolam, martyris, ut cum Tillemontio loquar, de martyribus agentis, operæ pretium est describere. Θαυμάσιοι μὲν οὖν καὶ οὗτοι (beati martyres ante commemorati) ἐξαιρέτως δὲ ἐκείνοι θαυμασιώτεροι, οἱ πλούτῳ μὲν καὶ εὐγενείᾳ καὶ δόξῃ, λόγῳ τε καὶ φιλοσοφίᾳ διαπρέψαντες· πάντα γε μὴν δεύτερα θέμενοι τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας, καὶ τῆς εἰς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστεως· οἷος Φιλόρωμος ἦν· ἀρχὴν τινα οὐ τὴν τυχοῦσαν τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν βασιλικῆς διοικήσεως ἐγκεχειρισμένος· ὃς μετὰ τοῦ ἀξιώματος καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς τιμῆς ὑπὸ στρατιώταις δορυφορούμενος, ἐκάστης ἀνεκρίνετο ἡμέρας· Φιλέας τε τῆς Θμουϊτῶν ἐκκλησίας ἐπίσκοπος· διαπρέψας ἀνὴρ ταῖς κατὰ τὴν πατρίδα πολιτείαις τε καὶ λειτουργίαις· ἔν τε τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις· οἱ καὶ μυρίων ὄσων πρὸς αἵματός τε καὶ τῶν ἄλλων φίλων ἀντιβολούντων, ἔτι μὴν τῶν ἐπ' ἀξίας ἀρχόντων, πρὸς δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ παρακάλουντος, ὡς ἂν αὐτῶν οἶκτον λάβοιεν, φειδώτε παιδῶν καὶ γυναικῶν ποιήσοιντο· οὐδὰμῶς πρὸς τῶν τοσοῦτων ἐπὶ τὸ φιλοζῶῃσαι μὲν ἐλέσθαι, καταφρονῆσαι δὲ τῶν περὶ ὁμολογίας καὶ ἀρνήσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεσμῶν ὑπήχθησαν· ἀνὸρ εὖ δὲ λογισμῶ καὶ φιλοσοφίᾳ, μᾶλλον·

δὲ εὐσεβεῖ καὶ φιλοθέῳ ψυχῇ, πρὸς ἀπάσας τοῦ δικαστοῦ τὰς τε ἀπειλὰς καὶ τὰς ὕβρεις ἐνστάτες, ἄμφω τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν. ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν μαθημάτων ἕνεκα πολλοῦ λόγου ἄξιον γενέσθαι τὸν Φιλέαν ἔφαμεν, αὐτὸς ἑαυτοῦ παρίτω μάρτυς· ἅμα μὲν ἑαυτὸν ὡς τίς ποτ' ἦν ἐπιδείξων· ἅμα δὲ καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ συμβεβηκότα μαρτύρια, ἀκριβέστερον μᾶλλον ἢ ἡμεῖς ἱστορήσων διὰ τούτων τῶν λέξεων. ΑΠΟ τῶν Φιλέου &c. *Et hi quidem admiratione profecto digni extiterunt. Lib. 8. Hist. Eccl. capp. 9 et 10. Verum ii maximam pro cunctis laudem atque admirationem merentur, qui opibus ac nobilitate pollentes, et ob eloquentiam ac philosophicæ studium non mediocrem gloriam consecuti, tamen veram pietatem et fidem in Dominum ac Servatorem nostrum Jesum Christum his omnibus præposuerunt. Hujusmodi fuit Philoromus: qui non vulgarem magistratum, Procuratoris scilicet summæ rei apud Alexandriam gererat; et pro dignitate ac prærogativa honoris Romani, stipatus militibus quotidie jus dicebat. Hujusmodi etiam fuit Phileas ecclésiæ Thmuitarum episcopus; vir cunctis in patria honoribus ac muneribus summa cum laude perfunctus, et in philosophicæ studiis admodum clarus. Qui cum innumeri cognati atque amici, quidam etiam ex magistratibus atque honoratis eos rogarent; cum judex ipse eos cohortaretur ut sui ipsorum misereri, et uxoribus ac liberis suis consulere vellent: nunquam his omnibus adduci potuerunt, ut vitæ suæ conservandæ causa, divinas leges de confessione et negatione nominis Christi latas contemnerent: sed civili ac philosophico animo, seu potius religiosa ac Deo dicata mente, aduersus omnes iudicis minas et contumelias ambo perstantes, securi percussi sunt. Verum quandoquidem Phileam in Græcorum disciplinis apprime versatum fuisse retulimus, ipse nunc prodeat, tum de seipso testimonium diciturus, quis et unde fuerit: tum martyria illa quæ per id tempus Alexandria contigerunt, accuratius quam nos relaturus his verbis. EX epistola Phileæ ad Thmuitas &c.*

Latine extant *Acta Sanctorum Phileæ et Philoromi* cum alibi tum apud Ruinartum in *Actis Martyrum* pag. 494. ed. Amstel. que quidem cum Eusebii narratione satis bene conveniunt Rufinique accessionibus. Verum "Acta illa"

Ruinartus ait “ quæ F. Franciscus Combesius Græce et “ Latine edidit in *Triumphis Lectis Martyrum* (Paris. “ 1660) non ita sunt antiqua, ut hic præferri debeant?” Affert autem annotans infra Valesius, quædam ex Symeonis Metaphrastis Actis MSS. eorundem sanctorum. Passum fuisse utrumque martyrem Alexandriæ, aliter atque censet Valesius, plerique statuunt; annoque 307, ut posuit Tillemontius, *Mem. Eccl.* vol. v. p. 194. ed. Bruxel. in *S. Petro Alex.* art. 9. Ceterum Gallandius tomo iv. *Bibliothecæ suæ Patrum* hoc Phileæ fragmentum una cum Valesii adnotationibus adjecit. Epistolam vero, quam idem vir cl. adposuit quatuor episcoporum ad Meletium, Hesyehii, Pachomii, (*Pachumium* nomen scribit Eusebius) Prodromi, Phileæque, ipsam una cum literis a Petro ad Alexandrinos super eadem re scriptis huic ipsi Phileæ fragmento conjungendam duxi. Tum post epistolam horum præsulum hoc scribit de Meletio collectionis historicæ auctor, *Omniibus autem his episcopis presbyteris ac diaconibus Alexandriæ apud carcerem martyrium passis, ingressus est statim Alexandriam.*

P. 87. l. 6. Ἀπὸ τῶν Φιλέων πρὸς Θμουίτας γραμμάτων] Hæc verba majusculis literis scribenda sunt ad distinctionem. Et in Regio quidem codice a reliquo textu modico intervallo separantur. In Medicæo autem libro locantur ad marginem: in Mazarino et Fuket. codice omittuntur. Est autem Thmuis urbs Augustaniæ. Hinc apud Epiphanium in hæresi Semiariana. Πτολεμαῖος ἐπίσκοπος Θμούως Αἰγουστονίκης. VALESIIUS. Omissa verba sunt in *codd. Savil.* seu *Bodl.* atque *Norfolc.* Sed ad oras aliorum in Burtoni usus collatorum posita sunt.

Ibid. l. 9. οὐδὲν μελλήσαντες] μελήσαντες ed. Steph. Scribe μελλήσαντες ut legitur in codice Med. Maz. Fuk. et Savil. Idem error supra in cap. 4. hujus libri ex eorundem codicum auctoritate a nobis emendatus est, et rursus infra in hac Phileæ Epistola. (p. 381. l. 4.) VALESIIUS.

Ibid. οἱ μακάριοι σὺν ἡμῖν μάρτυρες] Ex textu ejeci articulum οἱ ante σὺν ἡμῖν, quem nescit *cod. Bodl.* seu *Savil.* Nunc ei addit Burtonus *codd. Med. Maz. Fuket. Norf. Florentinosque.*

P. 87. l. 11. τὸν ἐπ' εὐσεβείᾳ θάνατον] ὑπὲρ εὐσεβείας *MS. Norfolk. mortem pro pietate vet. Interpres Rufinus. ἐπ' εὐσεβείας MS. Bodl.* Nunc huic Burtonus addit *Med. Maz. et Fuket.*

Ibid. l. 15. οὐ γὰρ ἀρπαγμὸν &c.] Videsis quæ ante scripsi ad Epistolam VIENN. et LUGDUNENSIVM, §. 17. vol. I. p. 364.

P. 88. l. 4. ζηλώσαντες τὰ μείζονα χαρίσματα] Apostoli verba sunt, Ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα. *Ep. 1. ad Cor. cap. xiii. comm. 31.*

Ibid. οἱ Χριστοφόροι μάρτυρες] Id est Christo pleni. Sic Ignatius Antiochenus episcopus dictus est θεοφόρος, id est Deo plenus. VALESIVS.

Ibid. l. 6. τινές] Ad edit. *Genev.* oram notatum est, "Christophoronus delet τινές." δις pro δεύτερον *Nicephorus.*

Ibid. l. 11. ἐκάστη βασάνῳ] ἐκάστῳ β. *MS. Bodl. et Niceph.* Addit Burtonus *codd. Med. Maz. Fuket. Norfolk.*

Ibid. l. 13. ἐπαίοντο] ἔπαιον *ed. Steph. et Nicephorus,* quod Valesius mutabat cum ἐπαίοντο, vel ex *scriptis suis,* vel ex *Rufino,* qui habet, *verberabantur,* certe confirmante *MS. Bodl.* Sed *MS. Norfolk.* mendose ἔπαινον. Hæc olim scripsi. Nunc constat, referente Burtono, extitisse in Valesii codicibus *Med. Maz. et Fuket. ἐπαίοντο.* Sed Burtonum secutus ἔπαιον revocavi, cum propter alia, tum quia verba illa ἔτεροι δὲ πάλιν ἴμασιν, hoc facinus *rursus* patratum esse, scilicet a vulgo, significant.

Ibid. ἔτεροι δὲ] οἱ δὲ *Niceph.* Mox apud *eund.* deest illud τὴν ἐν αὐτῇ lin. 16.

Ibid. ἔτεροι δὲ ῥάβδοις] Virgas illas quibus Martyres cæsi sunt Alexandriae, e citro et malo punica fuisse docet Symeon Metaphrastes in Actis MSS. Phileæ ac Philoromi. Sic enim ait de Philoromo: ταῦτ' ἔφη ἐπεὶ λέγων θρασύνεται τοῖς δημίοις ὁ ἑπαρχος, ῥάβδοις ῥοῶν καὶ κιτριῶν τέτταρσι πεπαρμένοις ἐν γῆ πάλοις, χεῖρας καὶ πόδας αὐτοῦ ἔξαρτήσαντες, τὸν νῶτον μαστίξατε. Atque huc pertinere existimo quod notat Philo in oratione adversus Flaccum, flagrorum discrimen fuisse Alexandriae, pro conditione ac dignitate reorum qui cæderentur. Aliis enim flagris et per alios cædebantur Ægyptii, aliis incolæ civitatis Alexandrinæ. Nam

Alexandrini virgis cædebantur ab Alexandrinis lictoribus, quos vocant Spathephoros. Atque hoc pœnæ discrimen nonnihil habuis sesolatii observat Philo, qui quidem spatias posuisse videtur pro virgis e citro seu malo punica.

V ALESIIUS.

P. 88. l. 17. *περὶ τὸ ξύλον*] Eculeum intelligo. Reis enim in eculeo suspensis latera ferreis unguis exarabantur.

V ALESIIUS.

P. 89. l. 4. *καὶ κνημῶν*] καὶ τῶν κ. *Nicephorus*.

Ibid. l. 4. *ἀμυντηρίοις ἐκόλαζον*] Eadem verba habet Metaphrastes in Actis Passionis Phileæ. Nicephorus emendat *ἀμυντηρίοις τὰς κολάσεις*. Recte ut apparet. *ἀμυντήρια* autem sunt unguæ, ut recte Rufinus vertit. Videntur tamen *ἀμυντήρια* aliquid plus esse quam unguæ. Nam Hesychius *ἀμυντήριον, ξίφος δίστομον* interpretatur, id est gladium utrinque acutum; et in hoc crudelitas iudicium notatur, qui non contenti simplicibus unguis, novaculis ad exaranda martyrum latera utebantur. V ALESIIUS.

Ibid. l. 8. *οὐ βεβηκόσι τοῖς ποσὶ*] Pro *βεβηκόσι* habet *βεβηκότες* *Niceph.* nec male. Nunc addit Burtonus *cod. utrumque Florentinum*. Olim dixi lucidius fore *βιαζόμενοι* quam *βιαζομένων*, nunc malim aliud quid verbum hic substituere. Καὶ posuerunt ante *ἀνελκομένων* iidem *codd. Florentini*.

Ibid. l. 14. *τοὺς τῇ ἐξουσίᾳ ὑπηρητομένους*] Apparitores seu officiales intelligit, qui Præfecto Augustali obsequabantur. De hoc enim loquitur Phileas in hac epistola, et *ἡγεμόνα* eum vocat. Porro *ἐξουσία* fere de majoribus iudiciis dicitur qui habebant jus gladii; quæ Latine potestas appellatur, ut ait Ulpianus. Quæ vox eo sensu sæpius occurrit apud Joannem Chrysostomum. Porro Præfectus Augustalis, eo quidem tempore erat Hierocles, quemadmodum scribit Epiphanius in hæresi Meletianorum. V ALESIIUS. Confer not. ejus ad EPIST. VIEN. ET LUGD. vol. I. p. 331. Paulo ante pro illo *προσδιελέγετο* habet *προσδιελέγετο* *MS. Bodl.* *προσδιελέγοντο* *Nicephorus*.

Ibid. l. 16. *τοῖς δεσμοῖς προσιέναι*] Nova et insolens mihi videtur hæc locutio. V ALESIIUS. Vertit Valesius *vinculis stringi*. Forsitan legendum est τ. δ. *προσδεῖσθαι*, Euse-

bius in lib. *De Martyr. Palæst.* cap. 2. apud *Hist. Eccl.* Romanum ait τῷ ἱκρίῳ προσδεῖσθαι, *alligatum esse ad stipitem.*

P. 89. l. 18. οὐ γὰρ εἶναι] ἦν pro εἶναι *Christophorsoni Lectt.* Sed mihi quidem a forma directa transire oratio videtur ad obliquam, sicut in vocibus proxime sequentibus. Haud enim satisfacit Valesii versio, *Neque enim ciebat vel minimam nostri curam habendam esse &c.* Ejus tamen expositioni verborum aliquatenus favere videtur oratio præsidis in Actis *Martyrum Tarachi, Probi et Andronici* a Valesio mox allatis ad voces ἐπὶ τοῦ ξύλου κείμενοι. Habent verso ordine φροντίδος αὐτοῖς MSS. *Bodl.* et *Norfolc.* *Nicephorus*que, qui tamen φροντίδα posuit. His MSSis addit *Burtonus codd. Maz. Med. Fuket. Paris. Florentinosque.*

P. 90. l. 1. οὕτω καὶ διανοεῖσθαι] Nostri codices *Maz. Med.* et *Fuk.* vocem addunt hoc modo οὕτω ἐδόκουν διὰν.—
VALESIIUS. οὕτω ἐδόκουν καὶ δ. *Christophorsoni Lectt.* Recepitque οὕτω ἐδόκουν *Heinichenus.* Nunc vero reliquos MSSos *Nicephorumque* vocem ἐδόκουν nescire refert *Burtonus*, additque *cod. Dresdensem in Supplemento Notarum Heinichenus.*

Ibid. l. 2. ταύτην δευτέραν βάσανον] Raptationem intelligit. Primus enim cruciatus erat verberum ac plagarum et unguarum. Secundus ut humi depositi traherentur et raptarentur in carcerem. VALESIIUS. ταύτην δ' ἐτέραν β. *Christophors. Lectt.*

Ibid. l. 3. πληγαῖς—οἱ καὶ μετὰ] λοιπαῖς οἱ ὑπεράντιοι ἐφεύρον, ἦσαν οἱ μὲν μετὰ *Christophors. Lectt.* et *Interp.*

Ibid. l. 4. ἐπὶ τοῦ ξύλου κείμενοι] Pessime *Langus* catas-tam vertit, hic enim τὸ ξύλον aliter sumitur ac supra. Nam supra quidem ponitur pro eculeo, ut ex *Rufino* monuimus. Hic vero pro nervo ponitur, id est compedibus ligneis. De qua significatione multa jam dixi in superioribus libris. Latini etiam lignum eo sensu dixerunt. De his compedibus intelligendus est locus in Actis *martyrum Tarachi, Probi, et Andronici.* *Cum verberatus esset, Præses dixit: mittite illi ferrum per quatuor loca nervorum, et dimittentes aliquam curam ei apponere.* Et in Actis *Luciani martyris.* *Synesius* in oratione de regno ἀλλ οὐγε μάλλον

κινήσεται τῶν ἐν τῇ ποδοκάκῃ, τῷ φαυλοτάτῳ τῶν ξύλων. Porro sicut in hac Phileæ epistola ξύλον modo pro eculeo sumitur, modo pro nervo: ita in Actis Theodori Martyris quæ habentur apud Surium die 9. Novembris, lignum duplici modo accipitur. VALESIIUS. Eusebius in lib. modo commemorato *De Martyr. Palæst.* cap. 1. voce de compedibus ligneis simili modo usus, *νυχθήμερον*, inquit, ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλου κεντήματα τοὺς πόδας παραταθέντες. Habet ἀντιτεταμένοι pro διατεταμένοι *Niceph.*

P. 90. l. 7. μὴ δυναμένους] Post vocem *δυναμένους* desunt voces ὀρθίους εἶναι, vel quid simile. W. LOWTH. Addunt *Christophorsoni Lectt.* et *Interp.* verba *κινεῖν ἑαυτούς*. Nihil interea opis ex vetere interprete *Rufino* habebis, qui Phileam vertendo ita breviiavit, immo interdum ita auxit, ut auctori non eadem constet facies. Nisi vero subaudiendum est *στήναι* cum *μὴ δυναμένους*, quemadmodum vertit Valesius, *μὴ δυναμένους* exponere licebit *incapaces, debiles*. Nunc refert Burtonus, ἀναστειν addi post *δυναμένους* in *codice Florent. priori* ad finem lineæ in margine a secunda manu.

Ibid. l. 10. προσβολῆς] Additur in *Christophorsoni Lectt.* et *Interp.* ἡμιθανεῖς καί. Confer lin. 15. Mox. *Lectt. eæd.* παρείχον pro παρέχοντες.

Ibid. l. 12. τῶν βασάνων τὰς ἐπινοίας] τὰς τῶν β. ἐπινοίας *Niceph.* Supra habes πάντα μὲν πόνον καὶ παντοίας αἰκισμῶν ἐπινοίας. p. 88. l. 5. Cum his autem Phileæ conferas Eusebiana illa de martyribus cap. 12. hujus lib. viii. διὰ τε τῶν ἀπορρήτων ἕτεροι μελῶν τε καὶ σπλάγχμων αἰσχροῦ καὶ ἀσυμπαθεῖς καὶ οὐδὲ λόγῳ ῥητὰς ὑπέμενον πάθας, ἃς οἱ γεναῖοι καὶ νόμμοι δικασταὶ τὴν σφῶν ἐπιδεικνύμενοι δεινότητα, ὥσπερ τινα σοφίας ἀρετὴν φιλοτιμότερον ἘΠΕΝΟΟΥΝ.

Ibid. l. 19. ἐγίνοντο] ἐγίνοντο *MSS. Bodl. et Norfolc.* ἐγένοντο *Niceph.* Nunc addit Burtonus *codd. Med. Maz. Fuket.* et utrumque *Florentinum*.

P. 91. l. 2. τῆς ἐπαράτου ἐλευθερίας] Libertatem vocabant, cum quis vinculis solveretur, et libere quo vellet abire sineretur. Quæ vox non raro occurrit apud Eusebium, eo sensu quem dixi. Sic Arator in libro i. Apostolicæ historiæ.

———— *damnatio justi*

Libertas est facta reis.

Id est absolutio et relaxatio. VALESIIUS. τῆς περὶ αὐτοῦ ἐ. habet *MS. Norfolc.* τῆς παρ' αὐτοῦ ἐ. *Niceph.* Desiderantur voces ἢ μὴ θύοντα in *MS. Bodl.*

Ibid. l. 4. οὐδὲν μελλήσαντες] οὐδὲ μελήσαντες *Niceph.* Sed cum Valesio *Stephanianam* lectionem μελήσαντες corrigente faciunt *MSS. Bodl. et Norfolc.* Lectionesque *Christophorsoni.* Nunc addit *codd. Reg. et Parisienses* Burtonus. Mox ἀπὸ pro ὑπὸ *Niceph.*

Ibid. l. 8. ἐμοῦ.] Quæ sequuntur, Eusebius subjunxit: Τοιαῦται τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου τε ὁμοῦ καὶ φιλοθέου μάρτυρος αἱ φωναί' ἄς πρὸ (τῆς addunt nonnulli *MSS.*) τελευταίας ἀποφάσεως ὑπὸ τὴν δεσμοτικὴν ἔθ' ὑπάρχων τάξιν, τοῖς κατὰ τὴν αὐτοῦ παροικίαν ἀδελφοῖς ἐπεστάλκει· ἅμα μὲν τὰ ἐν οἷς ἦν ἀνατιθέμενος· ἅμα δὲ καὶ παρορμῶν αὐτοῦς ἐπὶ τὸ ἀπρίξ ἔχεσθαι καὶ μετ' αὐτὸν ὅσον οὐπω τελειωθισόμενον, τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας. *Hæc sunt vere philosophi, nec minus Dei quam sapientia amatoris martyris verba, quæ ante extremam judicis sententiam, adhuc in custodia constitutus ad fratres ecclesie suæ scripsit; partim quo in statu versaretur exponens; partim eos adhortans, ut pietatem in Christum etiam post obitum suum jamjam imminuentem, mordicus retinerent.*

DUAS, quæ sequuntur, epistolas primus edidit ex vetusto codice manuscripto Capituli Veronensis Marchio Scipio Maffei in *Osservazioni Letterarie*, vol. III. p. 11—18. *Veronæ* 1738. In Apparatu Mansiano ad *Annales Baronii* postea repositæ sunt. Monuit autem Maffeus hæc reliquias, quæ apud nullum auctorem repertæ sunt, nominatim neque apud Athanasium neque apud Hilarium, e Græco antiquitus esse translatas; dum nonnulla verba, quæ vix Latina videntur, aut Græcismo attribuenda sunt, aut recte defendi possunt, ut vocabulum *scrupulositas*, quod apud Tertullianum extat, atque istud, *quæ a te conantur*, quod passivo sensu Columella posuit; et de verbis ejusmodi lectorem mittit ad Aulum Gellium *Noct. Att. lib. xv. c. 13.* Professus interea est Mamachius V. D. in *Epistola de*

Ratione Temporum Athanasii p. 17. non magis hisce vocabulis se, quam nexibus verborum, qui ferrei sane sunt, moveri, ut vix dignum fuisse horum interpretem arbitretur, qui octavo sæculo viveret. Ait præterea Maffeus compositas fuisse ineunte schismate Meletiano hæec epistolas, id vero constare ex ipsa epistola episcoporum; hoc foret anno 306. ut tempora computavit Baronius, approbante et Basnagio; Athanasium enim in *Epistola sua ad Episcopos Ægypti et Lybiæ* anno 361. conscripta narrare, tunc durasse schisma annos 55. Quippe contra Montfauconium ostendit Maffeus, respici ibidem ab Athanasio ad synodum tantum Nicænam, cum his verbis usus fuerit; οἱ δὲ πρὸ τριάκοντα καὶ ἕξ ἐτῶν ἀπεδείχθησαν αἰρετικοὶ, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀπεβλήθησαν ἐκ κρίσεως πάσης τῆς οἰκουµενικῆς συνόδου. Confer et Lardnerum *De Hist. Evangelii Fide* P. II. lib. 1. cap. 61. fine, qui de hoc loco idem statuit. Commemorari monet itidem Maffeus quatuor illos antistites, qui epistolam miserunt ad Meletium, ab Eusebio his verbis, Φιλέας τε καὶ Ἡσύχιος καὶ Παχύμιος καὶ Θεόδωρος, τῶν ἀμφὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκκλησιῶν ἐπίσκοποι· μυρίοι τε ἐπὶ τούτοις ἄλλοι διαφανεῖς, οἱ πρὸς τῶν κατὰ χώραν καὶ τόπον παροικιῶν μνημονεύονται. lib. viii. *Hist.* cap. 13. Narratque vir cl. ex Valesii ad Eusebium nota, in *Actis Græcis Passionis Petri Alexandrini*, quomodo in *Actis Latinis*, quæ Baronius adduxit, nominari Phileam, Hesyehium, Theodorumque, omnium confessorum qui tenebantur in carcere *signiferos et præceptores*. A Philea vero ipsam epistolam compositam fuisse, conjecturam fecit Maffeus, cum propter Eusebii de studio ejus in philosophicis disciplinis excolendis testimonium, epistolamque ejusdem Phileæ de martyribus conscriptam, tum quod ab Hieronymo inter scriptores ecclesiasticos ille censeatur; quodque præcipuum est, Phileam ait, qui primus semper alibi positus est, ultimo loco propter verecundiam seipsum hic nominavisse. Ex his quoque fragmentis ostendit vir cl. errasse Basnagium in *Annalibus* an. 311. n. 14. dum propter ordinem, quem hæc commemorando servavit Eusebius, Petri post obitum passos esse martyres hos constituit. Denique desumpta olim fuisse fragmenta istæc idem

ille opinatur ex plurimis epistolis, quas S. Hilarius collegerat adduxeratque in opere suo historico de Semi-Arianorum *Ariminensi Concilio*. Certe cum Arianis juncti postea sunt Meletii discipuli.

P. 91. l. 19. INITIUM EPISTOLÆ] Præfixum est istud epistolæ quoque Petri pro usitatiori forma, *Incipit Epistola*.

Ibid. l. 22. æstimantes] Vitium est in hac sententia, cum priori vix conjungenda. Mox *ad pro id* reposui. l. 23.

Ibid. l. 24. quæ a te conantur] Defendit ex Columella, ut modo dixi, Maffeus.

P. 92. l. 11. nam cuncta—meliorum] Hæc fortasse cum sequentibus conjungi debent, et *cunctis* pro *cuncta* reponi.

Ibid. ab ipsis est constitutum et fixum] Confert ista cum Canone xxxv. qui dicitur Apostolorum, Scipio Maffeus p. 20. Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾶν ἔξω τῶν ἑαυτοῦ ὄρων χειροτονίας ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεις καὶ χώρας. εἰ δὲ ἐλεγχθεῖη τοῦτο πεποιηκὸς παρὰ τὴν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας ἢ τὰς χώρας γνώμην, καθαιρεῖσθω καὶ αὐτὸς, καὶ οὗς ἐχειροτόνησεν. Porro inde constare ait legis antiquitatem, quod *per successiones*, ut infra positum est lin. 23. *beatorum patrum nostrorum*, hoc est, usque ab apostolis, transmissa fuerit.

Ibid. l. 14. bene nimis magna est] Quid connubium particularum Græcarum post hæc lateat, nescio.

Ibid. l. 19. reperire] H. e. ut ordinentur.

Ibid. l. 23. Christo susceptorum] Auctor fortasse scripserat Χριστοδόχων, et vertendum erat, *Christum suscipientium*, ut infra habes p. 93. l. 21. *induti Christum*. Vox Θεοδόχος apud auctores occurrit, et a Suicero in *Thesaurō Ecclesiastico Deum suscipiens* exponitur.

Ibid. l. 24. magni episcopi ac patris nostri Petri] Alexandrino papæ omnes Ægypti provinciæ subjectæ sunt.

Ibid. l. 32. pastore non subsistente] Videsis quæ de S. Petri fuga supra adnotavimus ad Reliquias ejus p. 61. Meletium Petri fugam causatum ordines sacros contulisse, narrat Sozomenus *Hist. Eccl.* I. 24.

Ibid. multorum incredulitate] An intelligitur lapsus multorum?

P. 92. l. 34. circumeuntes et potentes visitare] Meminit S. Petrus in Epistola, quæ sequitur, horum περιοδεύτων, presbyterorum, quibus permissum erat egentes visitare, scilicet Alexandriæ, ut scribit ille, qui hasce duas epistolas adduxit.

p. 94. Conferas et verba lin. 14. pag. 93.

P. 93. l. 3. Sciebant quod monentes eos de hac inquisitione &c.] Etsi, quænam esset hæc monitio, aut quid egissent martyres, obscurum puto; sequentibus tamen significari hujusmodi quid videtur, utile aliquid factum esse sed animadversioni patens apertumque, conjuncte cum operatione justa excogitatum. Verbum *arguentes* supra habes p. 92.

l. 7. *Arguo*, ἐλέγχω, *Glossæ Vet.* præstant. Deinde vocibus, *in manibus probitate constituta*, quæ sunt Græce, ἐν χέρσι δικαιοσύνη, justa operatio indicari videtur.

Ibid. l. 7. tam viliter] Pro *tam viliter* legere malim *inutiliter*. Supra habes, *fiabat, quod utile videbatur*. Mox apud Petrum occurrit, *nihil per utilitatem*.

Ibid. l. 28. ordinandi. Adnuntiamus] Sic correxit Maffeus. In MS. *ordinando adnuntias*.

P. 94. l. 12. ut cognoscatur concupiscentia Meletii] Petrus in *Epistola*, *Et indicium suæ* (for. *indicio*) *cupiditatis in principatu* (for. *principatum*), *quosdam sibi ordinasse in carcere*. Legendum vero ait, sed sine justa causa forsan, *Maffeus, et cognoscentes concupiscentiam Meletii*.

Ibid. l. 13. potestatem—de parœcia] H. e. potestas res ordinandi Alexandrinæ parœciæ. Sed fortasse legendum, *de parœcia visitanda Alexandrina*.

Ceterum, quo magis illustrentur istæc fragmenta, quæ pretiosa nominant fratres Ballerinii, *De Antiq. Collect. Canonum*, P. II. c. ix. 2. 26, narrationem Epiphianiam de schismate Meletiano afferam; quam tamen a Meletiano quopiam accepisse eundem patrem, plerique omnes cum Petavio existimant.

Epiphani Hæres. lxxviii. num. 1—4.

Μελητιανῶν τι τάγμα ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρα ὑπάρχει, ἀπὸ Μελητίου τινὸς ἐπισκόπου ἐν τῇ Θηβαΐδι γενομένου τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως. οὐ γὰρ τι μετῆλ-

λαπτειν ἢ πίστις αὐτοῦ ἐν καιρῷ τινι τῆς ἀγίας καθολικῆς ἐκκλησίας. οὗτος ὁ Μελήτιος σύγχρονος ἦν καὶ συνακμαστής τοῦ προειρημένου Ἰερακά τε, καὶ καθεξῆς διαδεξάμενος, ὃς ἦν καὶ τοῦ ἀγίου Πέτρου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου σύγχρονος. καὶ οὗτοι πάντες ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ ἦσαν τοῦ γενομένου ἐπὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ. ἢ δὲ κατὰ τὸν Μελήτιον ὑπόθεσις, τοῦτου ἔσχε τὸν τρόπον.

Σχίσμα ἐποίησεν, οὐ μὴν μετηλλαγμένως (for. μετηλλαγμένος) τὴν πίστιν γεγένηται. οὗτος ἐν καιρῷ τοῦ διωγμοῦ, ἅμα Πέτρῳ τῷ ἀγίῳ ἐπισκόπῳ καὶ μάρτυρι, καὶ τοῖς ἄλλοις μάρτυσι συλληφθεὶς ὑπὸ τῶν ἐπὶ τούτῳ (for. τοῦτο) ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐπιτεταγμένων τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἡγεμόνων τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου· Κουληιανὸς μὲν ἦν ἑπαρχος τῆς Θηβαΐδος, Ἀλεξανδρείας δὲ Ἰεροκλῆς· καὶ ὁ μὲν Μελήτιος ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ καθειργμένος ἦν, αὐτὸς τε καὶ οἱ προειρημένοι μάρτυρες, ἅμα τῷ προειρημένῳ Πέτρῳ τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπῳ. ἐδόκει δὲ καὶ ὁ Μελήτιος τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον προήκων, καὶ δευτερεύων τῷ Πέτρῳ κατὰ τὴν ἀρχιεπισκοπὴν, ὡς δι' ἀντιλήψεως αὐτοῦ χάριν, ὑπ' αὐτὸν δὲ ὦν, καὶ ὑπ' (ἐπ'. cor. *Petavius*) αὐτὸν τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἀναφέρων. τοῦτο γὰρ ἔθος ἐστὶ, τὸν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἀρχιεπίσκοπον πάσης τε Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος, Μαραιώτου τε, καὶ Λιβύης, Ἀμμωνιακῆς, Μαραιώτιδος τε καὶ Πενταπόλεως, ἔχειν τὴν ἐκκλησιαστικὴν διοίκησιν. ἐπεὶ οὖν συλληφθέντες οὗτοι πάντες μαρτυρίου χάριν ἐν τῇ φυλακῇ ἔπραττον· χρόνῳ δὲ ἱκανῷ ἐπέμειναν καθειργμένοι· ἄλλοι δὲ πρὸ αὐτῶν παραδοθέντες ἐμαρτύρησαν, καὶ τὸ τέλος τοῦ βραβεῖου ἀπέιληφان, καὶ ἐκοιμήθησαν. οὗτοι δὲ ὡς ἀκραίμονες καὶ μείζους ἐσύστερον ἐτηροῦντο.

Καὶ ἐπειδὴ (f. ἔπειτα) τινῶν μὲν μαρτυρησάντων, ἄλλων δὲ τοῦ μαρτυρίου ἐκπεσόντων, καὶ τὴν ἀθεμιτουργίαν τῆς τῶν εἰδώλων θρησκείας πραξάντων, οἱ (f. οἱ) κατ' ἀνάγκην καὶ θυσίαν (θυσίας cor. *Petavius*) ἐφήψαντο· παραπεσόντες οὖν, καὶ θύσαντες, καὶ παραβάντες, προσήλθον τοῖς ὁμολογηταῖς τε καὶ μάρτυσιν, ὅπως τύχῳσι ἐλέους διὰ μετανοίας, οἱ μὲν ἀπὸ στρατιωτῶν ὄντες, οἱ δὲ ἀπὸ κληρικῶν ὑπάρχοντες διαφόρου κλήρου, πρεσβυτερίου τε, καὶ δισκοκίας, καὶ ἄλλων, κίνησις ἐγένετο ἀναμέσου τῶν μαρτύρων, καὶ τάραχος οὐχ ὁ τυχῶν· τῶν μὲν λεγόντων τοὺς ἅπαξ παραπεσόντας, καὶ ἀρνησαμένους, καὶ ἐν ἀνδρειότητι μὴ παρα-

μείναντας, μηδὲ ἀγωνισαμένους, μὴ δεῖν ἀξιοῦσθαι εἰς μετάνοιαν, ἵνα μὴ καὶ οἱ ἔτι περιλειφθέντες ἔλαττον φροντίσαντες τῆς ἐπιτιμίας, διὰ τὴν τοιαύτην θάττον γενομένην αὐτοῖς συγχώρησιν, ἔκτραπῶσι, καὶ εἰς ἐπαρρησιθεΐαν, καὶ ἀθεμιτουργίαν Ἑλληνισμοῦ ἔλθωσι. καὶ ἦν εὐλογον τὸ παρ' αὐτῶν τῶν ὁμολογητῶν λεγόμενον. ἦσαν δὲ οἱ γοῦτο λέγοντες, Μελήτιος, καὶ Πηλεὺς, καὶ τινες ἄλλοι πλείους τῶν μαρτύρων, καὶ ὁμολογητῶν ἅμα αὐτοῖς. ζῆλον τοίνυν τὸν ὑπὲρ Θεοῦ ἀναδεδειγμένοι δῆλον ὅτι ἔπασχον (for. δηλονότι ὑπὴρξαν) ταῦτα λέγοντες. ἔφασκον δὲ, εἰ ἄρα (for. δεῖν ἄρα) μετὰ τὸ παύσασθαι τὸν διωγμὸν μετὰ χρόνον ἱκανὸν δίδοσθαι τοῖς προειρημένοις μετάνοιαν ἐν καιρῷ γενομένης εἰρήνης, ἐὰν ἐπ' ἀληθείας μετανοήσωσι, καὶ καρπὸν τῆς μετανοίας αὐτῶν ἐπιδείξωνται, οὐ μὴν ἵνα ἕκαστος δεξιωθῇ ἐν τῷ ἰδίῳ κλήρῳ, ἀλλὰ μετὰ χρόνου διάστημα συνάγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν τῇ κοινωσίᾳ, ἐν τῷ τάγματι, καὶ οὐκ ἐν κλήροις. καὶ ἦν φιλάληθες καὶ ζήλου πλήρες τοῦτο.

Ὁ δὲ ἀγιώτατος Πέτρος εὐσπλαγχνος ὢν, καὶ ὡς πατὴρ πάντων ὑπάρχων, ἐδέετο καὶ καθικέτευε λέγων, δεξώμεθα αὐτοὺς μετανοοῦντας, καὶ τάξωμεν αὐτοῖς μετάνοιαν εἰς τὸ παρακαθέζεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ μὴ ἀποστρέψωμεν αὐτοὺς, μήτε τὸν κληρὸν, ὡς ὁ εἰς ἡμᾶς ἔλθων λόγος περιέχει, μή ποτε εἰς (for. δι') αἰσχύνῃν, καὶ διὰ παρολκὴν τοῦ χρόνου οἱ ἄπαξ ὑπὸ ἀνανδρείας καὶ ἀσθενείας ὑπὸ διαβόλου ἐπισεισθέντες καὶ παρασαλευόμενοι τελείως ἔκτραπῶσι, καὶ μὴ ἰαθῶσιν, ὡς κατὰ τὸ γεγραμμένον, μὴ ἔκτραπῆναι τὸ χολὸν, ἰαθῆναι δὲ μᾶλλον. καὶ ἦν μὲν τοῦ Πέτρου ὁ λόγος ὑπὲρ ἑλέους καὶ φιλανθρωπίας, καὶ τοῦ Μελητίου, καὶ τῶν ἅμα αὐτῷ, ὑπὲρ ἀληθείας καὶ ζήλου. ἐντεῦθεν διὰ τοῦ προσώπου τῆς ἀπὸ ἀμφοτέρων δοκούσης εὐσεβοῦς ὑποθέσεως τὸ σχίσμα γεγένηται, τῶν μὲν τοῦτο φασκόντων, τῶν δὲ τοῦτο. ὅτε γὰρ οἶδεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος Πέτρος, ὅτι ἀντέστησαν τῇ βουλῇ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας οἱ περὶ τὸν Μελήτιον, ζήλω θεϊκῷ περισσοτέρως φερόμενοι, καταπέτασμα αὐτὸς ὁ Πέτρος ἐποίησε μέσον τῆς φυλακῆς, ἱμάτιον ἐκπετάσας, τουτέστι λωδίκιον, εἴτ' οὖν παλλίον, καὶ κηρύξας διακόνου (for. διὰ δ. Petav.), ὅτι οἱ τινὲς εἰσι τῆς ἐμῆς γνώμης, παρελθέτωσαν πρὸς με· καὶ οἱ τινες τῆς Μελητίου γνώμης τυγχάνουσι, πρὸς Μελήτιον. καὶ διηρέθη τὸ μὲν πλῆθος ἅμα Μελητίῳ, ἐπισκόπων τε, καὶ μοναχῶν, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ ἄλλων ταγμάτων. ὀλίγοι δὲ παντε-

λῶς ἅμα Πέτρῳ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ, ἐπίσκοποι τε καὶ ἄλλοι ὀλίγοι. καὶ λοιπὸν, οὗτοι κατιδίαν ἠῦχοντο, καὶ οὗτοι κατιδίαν, καὶ τὰς ἄλλας ἱερουργίας ὡσαύτως ἕκαστος ἰδίᾳ ἐπετέλει.

Γίνεται δὲ Πέτρον μαρτυρῆσαι, καὶ ἐτελειώθη ὁ μακάριος, διάδοχον καταλείψας Ἀλέξανδρον ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ. αὐτὸς γὰρ διαδέχεται τὸν θρόνον μετὰ τὸν προειρημένον Πέτρον. Μελήτιος δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἐξορισμῷ ὑπέπεσον, ὑπερορισθέντες ἐν τοῖς Φαινησίοις μετάλλοις. καὶ τότε λοιπὸν, οἱ συρόμενοι ὄντες ὁμολογηταὶ ἅμα Μελητίῳ, καὶ αὐτὸς Μελήτιος ἐν τῇ εἰρκτῇ, κατὰ (for. κᾶτα) τὴν ὁδοιορίαν, καθ' ἐκάστην χώραν, καὶ καθ' ἕκαστου τόπον διερχόμενος καθίστα κληρικούς, ἐπισκόπους τε, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ ᾠκοδόμει ἐκκλησίας ἰδίας· καὶ οὔτε οὗτοι τούτοις (cor. ἐκεινοῖς) ἐκοινώνουν, οὔτε ἐκεῖνοι τούτοις. ἐπέγραφον δὲ ἕκαστος ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ, οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ Πέτρου διαδεξάμενοι ἔχοντες τὰς οὐσας ἀρχαίας ἐκκλησίας, ὅτι ἐκκλησία καθολικὴ· οἱ δὲ ἀπὸ Μελητίου, ἐκκλησία μαρτύρων. ὅθεν καὶ ἐν Ἐλευθεροπόλει, καὶ ἐν Γάζῃ, καὶ ἐν Αἰλίᾳ παρελθὼν ὁ αὐτὸς Μελήτιος πολλοὺς οὕτως ἐχειροτόνησε. καὶ γέγονεν αὐτὸν χρονοτριβῆσαι ἐν τοῖς προειρημένοις μετάλλοις. ἀλλὰ μετὰ τὸν ἀπολύονται τῶν μετάλλων οἱ ὁμολογηταί, οὔτε τοῦ μέρους Πέτρου ἦσαν γὰρ ἔτι πολλοί· καὶ οἱ τοῦ Μελητίου. οὔτε γὰρ ἐν τοῖς μετάλλοις ἀλλήλοις ἐκοινώνουν, ἢ συνῆχοντο. γίνεται δὲ τὸν Μελητίου ἔτι διατρίψαι ἐν κόσμῳ χρόνον, ὡς τε συνακμάσαι καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ τοῦ Πέτρου διαδόχῳ, τὰ φίλα τε ἔχειν· ἐμερίμνα τε τὰ περὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ πίστεως. ἔφην γὰρ πολλάκις, ὅτι οὐδὲν εἶχεν παρηλλαγμένον. αὐτὸς γὰρ οὗτος ὁ Μελήτιος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενόμενος, κἀκεῖσε διατρίβων χρόνον, ἔχων ἰδίαν τὴν σύναξιν σὺν τοῖς ἰδίοις, τὸν Ἄρειον ἐφώρασεν ἀνεύγκας ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον. ὡς ἐνηχίθη δὲ τὸν Ἄρειον ἐν ταῖς αὐτοῦ ἐξηγήσεσιν ἔξω τοῦ προκειμένου τῆς πίστεως βεβηκότα· (ἦν γὰρ οὗτος ἐν Βαυκάλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ οὕτω καλουμένη Ἀλεξανδρείας πρεσβύτερος. καθ' ἐκάστην γὰρ εἰς πρεσβύτερός ἐστιν ἀποτεταγμένος. ἦσαν γὰρ πολλαὶ ἐκκλησίαι, νῦν δὲ πλείους, καὶ αὐτῷ ἢ ἐκκλησία ἐγκεχειριστο· κἄν τε ἄλλος σὺν αὐτῷ ἦν. ὦν ἔνεκα γενόμενοι ἐν τῷ τόπῳ λέξομεν κατὰ λεπτότητα, ὅτε χρεια περὶ τούτου ἔσται.) ἐπεὶ οὖν ἐφώρασε τὸν Ἄρειον σπουδαίως Ἀλέξανδρος, συγκαλέσας ἐπισκόπους καὶ σύνοδον, ἐξήτει ἀξιῶν περὶ πίστεως, καὶ ἀπαιτῶν τὸν Ἄρειον περὶ τῆς ἐν αὐτῷ ἐγκισ-

σηθείσης λύμης τῆς κακοδοξίας. ὁ δὲ Ἄρειος οὐ μὴν ἠρνήσατο, ἀλλὰ καὶ μετὰ τετριμμένον προσώπου ὡς εἶχεν, οὕτως ἀπεκρίνατο, καὶ ἔξεοι μὲν Ἀλέξανδρος αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας. ἔξεοῦται δὲ ἅμα αὐτῷ πλήθος πολὺν, οἱ ἀπ' αὐτοῦ κεκραμμένοι, παρθευουσῶν, καὶ ἄλλων κληρικῶν. p. 716. ed. Petavii.

Huc usque Meletiana apud Epiphanium servata. Quibus opponam, quæ de Meletio, seu Melitio, Athanasius, et deinceps historici Socrates et Sozomenus, scripserint; qui quidem auctores, maxime duo priores, juxta ac fragmenta Maffæana, Sanctique Petri Canones, cum Epiphanianis male conveniunt. Ait igitur Athanasius in *Apologia contra Arianos* num. 59. pag. 177. ed. Montfaucon. Πέτρος παρ' ἡμῖν πρὸ μὲν τοῦ διωγμοῦ γέγονεν ἐπίσκοπος, ἐν δὲ τῷ διωγμῷ καὶ ἐμαρτύρησεν. οὗτος Μελίτιον ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου λεγόμενον ἐπίσκοπον, ἐπὶ πολλαῖς ἐλεγχθέντα παρανομίαις καὶ θυσία ἐν κοινῇ συνόδῳ τῶν ἐπισκόπων καθείλεν. ἀλλὰ Μελίτιος οὐ πρὸς ἑτέραν σύνοδον κατέφυγεν, οὐδὲ ἐσπούδασεν ἀπολογήσασθαι τοῖς μετὰ ταῦτα, σχίσμα δὲ πεποίηκε, καὶ ἀντὶ Χριστιανῶν Μελιτιανοὶ μέχρι νῦν οἱ τῆς ἐκείνου μερίδος ὀνομάζονται, εὐθύς τε τοὺς ἐπισκόπους λοιδορεῖν ἤρξατο, καὶ πρῶτον αὐτὸν Πέτρον, καὶ τὸν μετ' αὐτὸν Ἀχιλλᾶν διέβαλε, καὶ μετὰ Ἀχιλλᾶν Ἀλέξανδρον. Athanasii ista secutus in hunc modum scribit Socrates lib. i. *Hist.* cap. 6. sub fin. *Συνανεμίγνυτο δὲ τοῖς Ἀρειανίζουσι Μελιτιανοί, οἱ μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς ἐκκλησίας χωρισθέντες. τίνες δὲ εἰσιν οὗτοι, λεκτέον· ὑπὸ Πέτρον τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, τοῦ ἐπὶ Διοκλητιανοῦ μαρτυρήσαντος, Μελίτιός τις μιᾶς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ πόλεων ἐπίσκοπος καθιρέθη, δι' ἄλλας τε πολλὰς αἰτίας, καὶ μάλιστα ὅτι ἐν τῷ διωγμῷ ἀρνησάμενος τὴν πίστιν, ἐπέθυσεν. οὗτος καθαιρεθεὶς, πολλοὺς τε ἐσχικῶς τοὺς ἐπομένους αὐτῷ; αἰρεσιάρχης κατέστη τῶν ἄχρι νῦν ἐξ αὐτοῦ κατὰ τὴν Αἴγυπτον Μελιτιανῶν καλουμένων. ἀπολογίαν τε οὐδεμίαν εὐλογον ἔχων τοῦ κεχωρισθαι τῆς ἐκκλησίας, ἠδίκησθαι μὲν ἔλεγεν ἑαυτὸν ἀπλῶς, ἐκακηγόρει δὲ καὶ ἐλοιδορεῖ τὸν Πέτρον. ἀλλὰ Πέτρος μὲν ἐν τῷ διωγμῷ μαρτυρήσας, ἐτελεύτησεν. ὁ δὲ μεταφέρει τὰς λοιδορίας ἐπὶ Ἀχιλλᾶν, ὃς μετὰ Πέτρον ἐπίσκοπος ἦν, καὶ αὐθις ἐπὶ τὸν μετὰ Ἀχιλλᾶν γεγεννημένον Ἀλέξανδρον. ἐν τούτοις δὲ καθεστῶτων αὐτῶν, ἐπιγίνεται τὸ κατὰ Ἄρειον ζήτημα· καὶ ὁ Μελίτιος ἅμα τοῖς*

αὐτοῦ, συναλαμβάνετο τῷ Ἀρείῳ, κατὰ τοῦ ἐπισκόπου συμφρα-
 τιάζων αὐτῷ. Sozomenus denique lib. i. *Hist.* cap. 15. hæc
 posuit. Ἦρξε δὲ τούτων τῶν λόγων Ἀρειος, πρεσβύτερος τῆς
 κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείας· ὃς ἐξ ἀρχῆς σπουδαῖος εἶναι περὶ
 τὸ δόγμα δόξας, νεωτερίζοντι Μελιτίῳ συνέπραττε. καταλιπὼν
 δὲ τοῦτον, ἐχειροτονήθη διάκονος παρὰ Πέτρου τοῦ Ἀλεξαν-
 δρέων ἐπισκόπου· καὶ πάλιν αὐτῷ παρ' αὐτοῦ τῆς ἐκκλησίας ἐξε-
 βλήθη, καθότι Πέτρου τοὺς Μελιτίου σπουδαστὰς ἀποκηρύξαντος,
 καὶ τὸ αὐτῶν βάπτισμα μὴ προσιεμένου, τοῖς γινομένοις ἐπέ-
 σκηπτε, καὶ ἡρεμεῖν οὐκ ἠνείχετο. ἐπεὶ δὲ Πέτρος ἐμαρτύρησε,
 συγγνώμην αἰτήσας Ἀχιλλᾶν, &c. Et deinceps in ejusd. lib.
Hist. suæ c. 24. de Meletio hæc habet Sozomenus. Ἐφάνη
 δὲ τοῦτο τῇ συνόδῳ (synodo Nicæna) δίκαιον, λογιζομένη τὸ
 προπετὲς καὶ ἔτοιμον εἰς χειροτονίαν Μελιτίου καὶ τῶν τὰ αὐτὰ
 φρονούντων· ὥστε καὶ Πέτρου τοῦ μαρτυρήσαντος, ἦνικα ἠγάγετο
 τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας, φεύγοντος διὰ τὸν τότε διωγμὸν,
 τὰς διαφερούσας αὐτῷ χειροτονίας ὑφήρπασε.

Jam vero adductis his scriptoribus, cum in *Epiphianianis*
 scriptum extet, Petrum se opposuisse Meletio nolenti cle-
 ricos, qui lapsi essent, pristinum in ordinem recipere, id
 censeo memorandum, hoc laxamentum S. Petro adscriptum
 non tantum consuetudini ecclesiæ universæ, sed etiam Petri
 ipsius adversari sententiæ, qui in Canone suo X. clericos
 lapsos, etsi certamen redintegraverint, a sacro ministerio
 arcendos esse statuit. Quod enim positum est in canone
 proxime sequente, id de laicis tantum interpretandum vi-
 detur. In hac vero Petri accusatione bene notanda sunt
 verba Epiphianiana, initium versus, ὃ κατ' ἀνάγκην καὶ θυσίας
 ἐφάψαντο, cum ille in Canone suo penultimo, non tantum
 absolvendos eos, sed etiam confessoribus adnumerandos
 statuatur, quorum manus vi tracti essent ab infidelibus ἀκοντὶ
 τῷ ἀνιέρῳ θύματι. Hi extitisse videntur tam clerici quam
 laici; atque inde fortassis Epiphianianus auctor S. Petro
 calumniam duplicem intendit ad clericorum et laicorum re-
 ceptionem pertinentem; cujus tamen benevolentiam erga co-
 actos sententiam in Canone suo tertio comprobarunt et am-
 plexi sunt Ancyrani Concilii patres. Τοῦτο δὲ ὁμοίως, in-
 quiunt, ἐπὶ τε τῶν ἐκ τοῦ κλήρου καὶ τῶν ἄλλων λαϊκῶν, scilicet

recipi illos jussum est *velut extra delictum constitutos*. Ad hoc ex fragmentis Maffeanis constat, causam finxisse sibi schismaticarum suarum ordinationum Meletium, diminutum numerum ministrorum sacrorum, non, quod *Epiphaniana* quidem volunt, præproperam lapsorum ad communionem receptionem. Adde, quod cum Meletio extra carcerem posito expostulaverunt martyres et episcopi et ipse Petrus, non incarceratum Meletium Petrus vinctus a se separavit. Majorem quoque confessorum numerum a partibus Meletii stetisse, id vehementer dubitandum est. Denique clericos ordinatos fuisse a Meletio post Petri obitum Epiphaniana referunt, quod jam factum esse vivo Petro liquido constat. Verumtamen, cum teste fragmento Maffeano Meletius quosdam *sibi ordinaverit in carcere atque in metallis constitutos*, inde fortasse orta est historiola de ecclesia martyrum, quæ ecclesiæ catholicæ opposita fuerit. Atque fatendum quidem, non confirmari hocce Maffeano fragmento, quod de Meletii idololatria Athanasius, et post eum Socrates alique scriptores, tradiderint, nempe hunc a Petro depositum fuisse, cum multis aliis de causis, tum quod idolis sacrificasset. Nam, ut monet Maffeus pag. 26. *Osservaz.* cum nihil omnino in epistola sua Petrus ei objecerit præter *principatus cupiditatem*, vix et ne vix quidem credendum est, tum temporis sacrificasse Meletium, magis vero postea ab eo patratum esse hoc delictum.

Ceterum post sopitas a Concilio Nicaeno has lites, jam moriturus Meletius Joannem quendam in suum locum subrogasse fertur; quo facto Meletiani cum Arianis conjuncti ecclesiam turbare perrexerunt; uti narrant Sozomenus in lib. ii. *Hist. suæ* capp. 21—23. et Epiphanius in posteriore parte *Hæres.* lxxviii. quæ *Meletianorum* est. Philastrius refert, Meletianos orthodoxos licet, communicasse eum hæreticis pariter ac cum ecclesia catholica; *quorum cum cognovisset indifferentiam exsortes eos suæ communionis effecit ecclesia catholica.* De *Hæresibus* cap. 90. Etiam quinto ecclesiæ sæculo idem adhuc perstitisse schisma, liquet ex Theodoretæ *Hæret. Fab.* lib. iv. cap. 7.

CONCILII ANCYRANI
CANONES.

CANONES SYNODI ANCYRANÆ,
QUÆ APUD ANCYRAM GALATIÆ METROPOLIM
POST INITIUM SÆCULI QUARTI HABITA EST.

Κανόνες τῶν ἐν Ἀγκύρα συνελθόντων μακαρίων πα-
5 τέρων οἵτινες προγενέστεροι μὲν εἰσι τῶν ἐν Νικαίᾳ
ἐκτεθέντων κανόνων, δευτερεύουσι δὲ διὰ τὴν τῆς
οἰκουμένης συνόδου ἀϋθεντίαν.

KANON A.

ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ τοὺς ἐπιθύσαντας, εἴτα ἀναπα-
10 λαίσαντας, μήτε ἐκ μεθόδου τινὸς, ἀλλ' ἐξ ἀληθείας,
μήτε προκατασκευάσαντας καὶ ἐπιτιγδεύσαντας, καὶ
πείσαντας, ἵνα δόξωσι μὲν βασάνοις ὑποβάλλεσθαι,
ταύτας δὲ τῷ δοκεῖν καὶ τῷ σχήματι προσαχθῆναι·
τούτους ἔδοξε τῆς μὲν τιμῆς τῆς κατὰ τὴν καθέδραν
15 μετέχειν, προσφέρειν δὲ αὐτοὺς ἢ ὀμιλεῖν, ἢ ὄλως
λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν, μὴ ἐξεῖναι.

Ex Vet. Interpretatione Dionysii Exigui.

[Canones Beatorum Patrum, qui Ancyrae convenerunt, qui
20 quidem canonibus Nicænis antiquiores sunt, sed postpositi sunt propter auctoritatem Synodi Œcumenicæ.]

CANON I.

25 Presbyteros immolantes, et iterum luciamen adeuntes, si

hoc non per illusionem aliquam, sed ex veritate fecerint, ut iterum teneri viderentur, aut tormentis subjici, quo facinus pati viderentur inviti: hos ergo placuit honorem quidem sedis retinere; offerre autem illis, et sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiiis fungi, non liceat.

ΚΑΝΩΝ Β.

Διακόνους ὁμοίως θύσαντας, μετὰ δὲ ταῦτα, ἀναπα-
λαίσαντας, τὴν μὲν ἄλλην τίμην ἔχειν, πεπαῦσθαι δὲ
αὐτοὺς πάσης τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας, τῆς τε τοῦ
ἄρτου ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ κηρύσσειν. εἰ μέντοι 5
τινὲς τῶν ἐπισκόπων τούτοις συνίδοιεν κάματόν τινα
ἢ ταπεινώσιν πραότητος, καὶ ἐθέλοιεν πλείον τι διδό-
ναι ἢ ἀφαιρεῖν, ἐπ' αὐτοῖς εἶναι τὴν ἐξουσίαν.

ΚΑΝΩΝ Γ.

Τοὺς φεύγοντας καὶ συλληφθέντας, ἢ ὑπὸ οἰκείων 10
παραδοθέντας, ἢ ἄλλως τὰ ὑπάρχοντα ἀφαιρεθέντας,
ἢ ὑπομείναντας βασάνους, ἢ εἰς δεσμοπήριον ἐμβλη-
θέντας, βοῶντάς τε ὅτι εἰσὶ Χριστιανοὶ, καὶ περισχε-
θέντας, ἥτοι εἰς τὰς χεῖρας πρὸς βίαν ἐμβαλλόντων τῶν
βιαζομένων, ἢ βρῶμά τι πρὸς ἀναγκὴν δεξαμένους, 15
ὁμολογοῦντας δὲ δι' ὅλου, ὅτι εἰσὶ Χριστιανοὶ, καὶ τὸ
πένης τοῦ συμβάντος ἀεὶ ἐπεδεικνυμένους, τῇ πάσῃ
καταστολῇ καὶ τῷ σχήματι καὶ τῇ τοῦ βίου ταπει-

CANON II.

Diaconi similiter qui immo-
laverunt, honorem quidem ha-
beant: cessent vero ab omni
sacro ministerio, sive a pane,
sive a calice offerendo, vel præ-
dicando. Quod si quidam epi-
scoporum consēci sunt laboris
eorum et humilitatis, et man-
suetudinis, et voluerint eis ali-
quid amplius tribuere, vel adi-
mere, penes ipsos erit potestas.

CANON III.

Qui fugientes comprehensi

sunt, vel a domesticis traditi,
vel ademptis facultatibus susti- 20
nuere tormenta, aut in custo-
diam trusi, proclamaverunt se
Christianos esse, et eo usque
adstricti sunt, ut manus eorum
comprehēdentes, violenter at- 25
traherent, et funestis sacrificiis
admoverent, aut aliquid polluti
cibi per necessitatem sumere
cogerentur; confitentes jugi-
ter se Christianos esse, et luc- 30
tum rei, quæ contigit, incessa-
biliter ostendentes omni de-
jectione et habitu et humilitate

νότητι· τούτους ὡς ἕξω ἀμαρτήματος ὄντας, τῆς κοι-
 νωνίας μὴ κωλυέσθαι. εἰ δὲ καὶ ἐκωλύθησαν ὑπό-
 τινος, περισσοτέρας ἀκριβείας ἔνεκεν, ἢ καὶ τινων ἀ-
 γνοία, εὐθὺς προσδεχθῆναι. τοῦτο δὲ ὁμοίως ἐπὶ τε τῶν
 5 ἐκ τοῦ κλήρου καὶ τῶν ἄλλων λαϊκῶν. προσεξετάσθη
 δὲ καὶ κεῖνο, εἰ δύνανται καὶ λαϊκοὶ, τῇ αὐτῇ ἀνάγκῃ
 ὑποπεσόντες, προάγεσθαι εἰς τάξιν. ἔδοξεν οὖν καὶ
 τούτους, ὡς μηδὲν ἡμαρτηκότας, εἰ καὶ ἡ προλαβοῦσα
 εὐρίσκειτο ὀρθὴ τοῦ βίου πολιτεία, προχειρίζεσθαι.

10

ΚΑΝΩΝ Δ.

Περὶ τῶν πρὸς βίαν θυσάντων, ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ
 τῶν δειπνησάντων (for. ἐπὶ δὲ τούτω καὶ δειπνησάντων,
 vid. not.) εἰς τὰ εἶδωλα, ὅσοι μὲν ἀπαγόμενοι, καὶ σχή-
 ματι φαιδροτέρω ἀνήλθον, καὶ ἐσθῆτι ἐχρήσαντο πολυ-
 15 τελεστέρα, καὶ μετέσχον τοῦ παρασκευασθέντος δείπνου
 ἀδιαφόρως· ἔδοξεν, ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι, ὑποπεσεῖν δὲ
 τρία ἔτη, εὐχῆς δὲ μόνης κοινωνῆσαι ἔτη δύο, καὶ τότε
 ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον.

vita: hos velut extra delictum
 20 constitutos, a communionis
 gratia non vetamus. Si vero
 prohibiti sunt ab aliquibus,
 propter ampliorem cautelam,
 vel propter quorundam igno-
 25 rantiam, statim recipiantur.
 Hoc autem similiter et de clerici-
 cis, et de laicis ceteris observari
 conveniet. Perquisitum est au-
 tem et illud, si possunt etiam
 30 laici, qui in has necessitatis an-
 gustias inciderunt, ad cleri-
 catus ordinem promoveri: pla-
 cuit ergo, et hos, tamquam qui
 nihil peccaverunt, si et praece-
 35 dens eorum vita probabilis sit,

ad hoc officium provehi.

CANON IV.

De his qui sacrificare coacti
 sunt, insuper et coenaverunt in
 idolio, quicumque eorum, cum
 ducerentur, latiore habitu fue-
 runt et vestimentis pretiosiori-
 bus usi sunt, et preparatae coe-
 nae indifferenter participes ex-
 stiterunt: placuit, eos inter
 audientes uno anno constitui;
 succumbere vero tribus annis;
 in oratione autem communi-
 care biennio; et tunc ad per-
 fectionis gratiam pervenire.

ΚΑΝΩΝ Ε.

Ὅσοι δὲ ἀνήλθον μετὰ ἐσθήτος πενθικῆς, καὶ ἀναπεσόντες ἔφαγον, μεταξὺ δι' ὅλης τῆς ἀνακλίσεως δακρύνοντες, εἰ ἐπλήρωσαν τὸν τῆς ὑποπτώσεως τριετῆ χρόνον χωρὶς προσφορᾶς δεχθῆτωσαν. εἰ δὲ μὴ ἔφαγον, 5 δύο ὑποπεσόντες ἔτη, τῷ τρίτῳ κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς, ἵνα τὸ τέλειον τῇ τριετίᾳ λάβωσι· τοὺς δὲ ἐπισκόπους ἐξουσίαν ἔχειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιστροφῆς δοκιμάσαντας φιλανθρωπεύεσθαι, ἢ πλείονα προστι- 10 θῆναι χρόνον. πρὸ πάντων δὲ καὶ ὁ προάγων βίος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, ἐξεταζέσθω, καὶ οὕτως ἡ φιλανθρωπία ἐπιμετρείσθω.

ΚΑΝΩΝ ς'.

Περὶ τῶν ἀπειλῆ μόνον εἰζάντων κολάσεως, καὶ ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων ἢ μετοικίας, καὶ θυσάντων, 15 καὶ μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ μὴ μετανοησάντων, μηδὲ ἐπιστρεψάντων, νῦν δὲ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου προσελθόντων, καὶ εἰς διάνοιαν τῆς ἐπιστροφῆς γενο-

CANON V.

Quotquot autem ascenderunt templa veste lugubri, et recumbentes per omne tempus flevere discubitus, si compleverunt pœnitentiam triennii temporis, sine oblatione suscipiantur. Si autem non manducaverunt, biennio subjecti pœnitentiæ, tertio anno sine oblatione communicent, ut perfectionem quadriennio consequantur. Penes autem episcopus erit potestas modum conversationis eorum probantes, vel humanius

erga eos agere, vel amplius tempus adj.cere. Ante omnia 20 vero præcedens eorum vita, et posterior inquiratur, et ita eis impertiatur humanitas.

CANON VI.

De his qui minis tantum 25 cessere pœnarum, aut privatione facultatum territi, aut demigratione, sacrificaverunt; et hactenus pœnitudinis negligentes, neque conversi, nunc 30 hujus concilii tempore semet obtulerunt, conversionis suæ consilia capientes: placuit usque

μένων· ἔδοξε μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰς ἀκρόασιν
 δεχθῆναι, καὶ μετὰ τὴν μεγάλην ἡμέραν ὑποπεσεῖν τρία
 ἔτη, καὶ μετὰ ἄλλα δύο ἔτη κοινωνῆσαι χωρὶς προσ-
 φορᾶς, καὶ οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ὥστε τὴν πᾶσαν
 5 ἐξαετίαν πληρῶσαι. εἰ δέ τινες πρὸ τῆς συνόδου ταύ-
 τῆς ἐδέχθησαν εἰς μετάνοιαν, ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου
 λελογίσθαι αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν τῆς ἐξαετίας. εἰ μὲντοι
 τις κίνδυνος καὶ θανάτου προσδοκία ἐκ νόσου ἢ ἄλλης
 τινὸς προφάσεως συμβαίῃ, τούτους ἐπὶ ὄρω δεχθῆναι.

10 ΚΑΝΩΝ Ζ.

Περὶ τῶν συνεστιαθέντων ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ, ἐν τόπῳ
 ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς, ἴδια βρώματα ἐπικομισα-
 μένων καὶ φαγόντων· ἔδοξε διατίαν ὑποπεσόντας δεχ-
 θῆναι. τὸ δὲ εἰ χρὴ μετὰ τῆς προσφορᾶς, ἐκάστου τῶν
 15 ἐπισκόπων ἐστὶ τὸ δοκιμάσαι, καὶ τὸν ἄλλον βίον
 ἐφ' ἐκάστου ἐξετάσαι.

ΚΑΝΩΝ Η.

Οἱ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον θύσαντες μετὰ βίας, τε-

ad magnum diem eos inter au-
 20 dientes suscipi, et post mag-
 num diem triennio pœnitentiam
 agere, et postmodum duobus
 annis sine oblatione communi-
 care: et tunc demum sex an-
 25 nis completis, ad perfectionis
 gratiam pervenire. Si vero qui-
 dam ante hanc synodum sus-
 cepti sunt ad pœnitentiam, ex
 illo tempore initium eis sexen-
 30 nii computetur. Si quod autem
 periculum, vel mortis exspec-
 tatio, aut ex infirmitate, aut ex
 aliqua occasione contigerit, his
 sub definitione statuta, com-

munio non negetur.

CANON VII.

De his qui festis diebus gen-
 tilium, in remotis eorum locis
 convivia celebrarunt cibosque
 proprios deferentes, ibidem co-
 mederunt: placuit, post pœni-
 tentiam biennii eos suscipi.
 Utrum vero cum oblatione,
 singuli episcoporum probantes
 vitam eorum et singulos actus
 examinent.

CANON VIII.

Hi, qui secundo et tertio sa-
 crificaverunt coacti, quatuor

τραετίαν ὑποπεσέτωσαν, δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς
κοινωνησάτωσαν, καὶ τῷ ἐβδόμῳ τελείως δεχθήτωσαν.

ΚΑΝΩΝ Θ.

Ὅσοι δὲ μὴ μόνον ἀπέστησαν, ἀλλὰ καὶ ἐπανε-
στησαν, καὶ ἰνάγκασαν ἀδελφούς, καὶ αἴτιοι ἐγένοντο 5
τοῦ ἀναγκασθῆναι, οὗτοι ἔτη μὲν τρία τὸν τῆς ἀκρο-
άσεως δεξάσθωσαν τόπον, ἐν δὲ ἄλλῃ ἐξαετία τὸν
τῆς ὑποπτώσεως, ἄλλον δὲ ἐνιαυτὸν κοινωνησάτωσαν
χωρὶς προσφορᾶς· ἵνα τὴν δεκαετίαν πληρώσαντες
τοῦ τελείου μετᾶσχωσιν. ἐν μέντοι τούτῳ τῷ χρόνῳ 10
καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν ἐπιτηρεῖσθαι βίον.

ΚΑΝΩΝ Ι.

Διάκονοι ὅσοι καθίστανται, παρ' αὐτὴν τὴν κατά-
στασιν εἰ ἐμαρτύραντο, καὶ ἔφασαν χρῆναι γαμῆσαι,
μὴ δυνάμενοι ^α οὕτω μένειν· οὗτοι μετὰ ταῦτα γαμή- 15
σαντες ἔστωσαν ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ, διὰ τὸ ἐπιτραπῆναι

annis pœnitentiæ subjiciantur,
duobus autem aliis sine obla-
tione communicent, et septimo
anno perfecte recipiantur.

CANON IX.

Quotquot autem non solum
ipsi deviarunt, sed etiam insur-
rexerunt, et compulerunt fra-
tres, et causas præbuerunt ut
cogerentur: hi per triennium
quidem locum inter audientes
accipiant, per aliud vero sex-
ennium pœnitentiæ subjician-
tur acriori, et alio anno com-

munionem sine oblatione per-
cipiant, ut perfectionem ex-
pleto decennio consequantur.
Inter hæc autem et eorum vita 20
pensanda est.

CANON X.

Diaconi, quicumque ordi-
nantur, si in ipsa ordinatione
protestati sunt, et dixerunt 25
velle se conjugio copulari, quia
sic manere non possunt: hi, si
postmodum uxores duxerint,
in ministerio maneat, prop-
terea quod eis episcopus licen- 30

αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. τοῦτο δὲ εἴ τινας σιωπήσαν-
τες, καὶ καταδεξάμενοι ἐν τῇ χειροτονίᾳ μένειν οὕτως,
μετὰ ταῦτα ἦλθον ἐπὶ γάμον, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς
διακονίας.

5 ΚΑΝΩΝ ΙΑ.

Τὰς μνηστευθείσας κόρας καὶ μετὰ ταῦτα ὑπ'
ἄλλων ἀρπαγείσας, ἔδοξεν ἀποδίδοσθαι τοῖς προ-
μνηστευσαμένοις, εἰ καὶ βίαν ὑπ' αὐτῶν πάθοιεν.

ΚΑΝΩΝ ΙΒ.

10 Τοὺς πρὸ τοῦ βαπτίσματος τεθυκότας, καὶ μετὰ
ταῦτα βαπτισθέντας, ἔδοξεν εἰς τάξιν προάγεσθαι, ὡς
ἀπολουσαμένους.

ΚΑΝΩΝ ΙΓ.

Χωρεπισκόποις μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους
15 χειροτουεῖν, ἀλλὰ μὴν μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως,
χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμ-
μάτων, ἐν ἐκάστη παροικίᾳ.

tiam dederit. Quicumque sane
tacuerunt, et susceperunt ma-
20 nus impositionem, professi con-
tinentiam, et postea nuptiis ob-
ligati sunt, a ministerio cessa-
re debebunt.

CANON XI.

25 Desponsatas puellas, et post
ab aliis raptas, placuit erui, et
eis reddi, quibus ante fuerant
desponsatæ, etiamsi eis a
raptoribus vim illatam consti-
30 terit.

CANON XII.

Eos, qui ante baptismum sa-

crificaverunt idolis, et postea
baptisma consecuti sunt, pla-
cuit ad ordinem provehi, eo
quod probentur abluti.

CANON XIII.

Chorepiscopis non licere
presbyteros aut diaconos ordi-
nare; sed nec presbyteris civi-
tatis, sine præcepto episcopi
vel litteris, in unaquaque pa-
rochia. [In aliis interpreta-
tionibus adjectum est, *aliquid*
imperare, nec sine auctoritate
litterarum ejus, in unaquaque
parochia aliquid agere.]

ΚΑΝΩΝ ΙΔ.

Τοὺς ἐν κλήρῳ, πρεσβυτέρους ἢ διακόνους ὄντας, καὶ ἀπεχομένους κρεῶν, ἔδοξεν ἐφάπτεσθαι, καὶ οὕτως, εἰ βούλονται, κρατεῖν ἑαυτῶν· εἰ δὲ βδελύσσονται ὡς μηδὲ τὰ μετὰ κρεῶν βαλλόμενα λάχανα ἐσθίειν, καὶ 5 μὴ ὑπέκκοιεν τῷ κανόνι, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς τάξεως.

ΚΑΝΩΝ ΙΕ.

Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ κυριακῷ· ὅσα ἐπισκόπου μὴ ὄντος πρεσβύτεροι ἐπώλησαν, ἀνακαλεῖσθαι τὸ 10 κυριακόν. ἐν δὲ τῇ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου εἶναι, εἴτερ προσήκει ἀπολαβεῖν τὴν τιμὴν, εἴτε καὶ μὴ, διὰ τὸ πολλάκις τὴν πρόσοδον τῶν πεπραμένων ἀποδεδωκέαι αὐτοῖς τούτοις πλείονα τὴν τιμὴν.

ΚΑΝΩΝ Ις'.

15

Περὶ τῶν ἀλογευσασμένων, ἢ καὶ ἀλογενομένων· ὅσοι πρὶν εἰκοσαετῆς γενέσθαι, ἥμαρτον, πέντε καὶ δέκα

CANON XIV.

Hi qui in clero sunt presbyteri et diaconi, et a carnibus abstinent, placuit eas quidem contingere; et ita, si voluerint, continere. Quod si in tantum eas abominantur, ut nec olera, quæ cum eis coquantur, existiment comedenda, tamquam non consentientes regulæ, ab ordine cessare debebunt.

clesiam, quæcumque, cum non esset episcopus, presbyteri vendiderunt, placuit rescisso contractu, ad jura ecclesiastica revocari. In judicio autem erit episcopi si pretium debeat recipi, necne: quia plerumque rerum distractarum reditus amplio- 25 riam summam pro pretio dato reddiderit.

CANON XVI.

De his qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur. 30 Quotquot ante vicissimum an-

CANON XV.

De his quæ pertinent ad ec-

ἔτεσι ὑποπεσόντες, κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς. εἶτα ἐν τῇ κοινωνίᾳ διατελέσαντες ἔτη πέντε, τότε καὶ τῆς προσφορᾶς ἐφαπτέσθωσαν. ἐξεταζέσθω δὲ αὐτῶν καὶ ὁ ἐν τῇ ὑποπτώσει βίος· καὶ οὕτως
 5 τυγχανέτωσαν τῆς φιλανθρωπίας. εἰ δέ τινες κατακόρωσ ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι γεγόνασι, τὴν μακρὰν ἐχέτωσαν ὑπόπτωσιν. ὅσοι δὲ ὑπερβάντες τὴν ἡλικίαν ταύτην, καὶ γυναῖκας ἔχοντες, περιπεπτώκασι τῷ ἁμαρτήματι, πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη ὑποπεσόντες κοινωνίας τυχα-
 10 νέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς. εἶτα ἐκτελέσαντες πέντε ἔτη ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν εὐχῶν, τυγχανέτωσαν τῆς προσφορᾶς. εἰ δέ τινες καὶ γυναῖκας ἔχοντες, καὶ ὑπερβάντες τὸν πεντηκονταετῆ χρόνον, ἡμαρτον, ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου τυγχανέτωσαν τῆς κοινωνίας.

15 ΚΑΝΩΝ ΙΖ.

Τοὺς ἀλογευσάμενους καὶ λεπροὺς ὄντας, ἤτοι λεπρώσαντας, τούτους προσέταξεν ἡ ἀγία σύνοδος εἰς τοὺς χαιμαζομένους εὐχεσθαι.

num tale crimen commiserint,
 20 quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem et vita eorum, qualis tempore pœnitentis extiterit, et ita misericordiam consequantur. Quod si
 25 inexplēbilitē his hæserē criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus insument. Quotquot autem peracta viginti annorum ætate, et uxores habentes, hoc peccato prolapsi
 30 sunt, viginti quinque annis pœ-

nitudinem gerentes, in communionem suscipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui et uxores habentes, et transcendentē quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur.

CANON XVII.

Eos qui irrationabiliter vixerint, et lepra injusti criminis alios polluerint, præcepit sancta synodus inter eos orare, qui spiritu periclitantur immundo.

ΚΑΝΩΝ ΙΗ.

Εἴ τινες ἐπίσκοποι κατασταθέντες, καὶ μὴ δεχθέντες ὑπὸ τῆς παροικίας ἐκείνης, εἰς ἣν ὠνομάσθησαν, ἐτέραις βούλουντο παροικίαις ἐπιέναι, καὶ βιάζεσθαι τοὺς καθεστῶτας, καὶ στάσεις κινεῖν κατ' αὐτῶν, τούτους 5 ἀφορίζεσθαι. ἐὰν μέντοι βούλουντο εἰς τὸ πρεσβυτέριον καθέζεσθαι, ἔνθα ἦσαν πρότερον πρεσβύτεροι, μὴ ἀποβάλλεσθαι αὐτοὺς τῆς τιμῆς· ἐὰν δὲ διαστασιάζωσι πρὸς τοὺς καθεστῶτας ἐκεῖ ἐπισκόπους, ἀφαιρεῖσθαι αὐτοὺς καὶ τὴν τιμὴν τοῦ πρεσβυτερίου, καὶ γίνεσθαι 10 αὐτοὺς ἐκκηρύκτους.

ΚΑΝΩΝ ΙΘ.

Ὅσοι παρθενίαν ἐπαγγελλόμενοι, ἀθέτουσι τὴν ἐπαγγελίαν, τὸν τῶν διγάμων ὄρον ἐκπληροῦτωσαν. τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους τισὶν ὡς ἀδελφὰς, 15 ἐκωλυσάμην.

ΚΑΝΩΝ Κ.

Ἐάν τινος γυνὴ μοιχευθῆ, ἢ μοιχεύσῃ τις, ἐν ἑπτὰ

CANON XVIII.

Si qui episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, et vim presulibus earum inferre, seditiones adversus eos excitando, hos abjici placuit. Quod si voluerint in presbyterii ordine, ubi prius fuerant, ut presbyteri residere, non abjiciantur propria dignitate. Si autem seditiones commovent ibidem constitutis episcopis, pres-

byterii quoque honor talibus auferatur, sicutque damnatione 20 notabiles.

CANON XIX.

Quotquot virginitatem promittentes, irritam faciunt sponsonem, inter bigamos cense- 25 antur. Virgines autem quæ conveniunt cum aliquibus, tamquam sorores, habitare prohibemus.

CANON XX.

Si cujus uxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterium com-

30

ἔτεσι δεῖ αὐτὸν τοῦ τελείου τυχεῖν, κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας.

ΚΑΝΩΝ ΚΑ.

Περὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐκπορνεουσῶν, καὶ ἀναιρου-
 5 σῶν τὰ γεννώμενα, καὶ σπουδαζούσων φθόρια ποιεῖν·
 ὁ μὲν πρότερος ὅρος μέχρι ἐξόδου ἐκώλυσεν, καὶ (for.
 καὶ αἰ, vid. not.) τούτῳ συντίθενται. φιλανθρωπότερον
 δέ τι εὐρόντες, ὠρίσαμεν δεκαετῆ χρόνον κατὰ τοὺς
 βαθμοὺς τοὺς ὠρισμένους πληρῶσαι.

10 ΚΑΝΩΝ ΚΒ.

Περὶ ἐκουσίων φόνων, ὑποπιπτέτωσαν μὲν, τοῦ δὲ
 τελείου ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου καταξιούσθωσαν.

ΚΑΝΩΝ ΚΓ.

Ἐπὶ ἀκουσίων φόνων, ὁ μὲν πρότερος ὅρος ἐν ἐπ-
 15 ταετία κελεύει τοῦ τελείου μετασχεῖν, κατὰ τοὺς ὠρι-
 μένους βαθμούς· ὁ δὲ δεύτερος, τὸν πενταετῆ χρόνον
 πληρῶσαι.

miserit, septem annorum pœni-
 tentia oportet eum perfectio-
 20 nem consequi, secundum pris-
 tinos gradus.

fecerint, pœnitentiæ quidem
 jugiter se submittant : perfec-
 tionem vero circa vitæ exitum
 consequantur.

CANON XXI.

De mulieribus quæ fornican-
 tur, et partus suos necant, vel
 25 quæ agunt secum, ut utero con-
 ceptos excutiant, antiqua qui-
 dem definitio usque ad exitum
 vitæ eas ab ecclesia remouet.
 Humanius autem nunc defini-
 30 mus, ut eis decem annorum
 tempus secundum præfixos gra-
 dus pœnitentiæ largiamur.

CANON XXIII.

De homicidiis non sponte
 commissis, prior quidem defi-
 nitio post septennem pœniten-
 tiam perfectionem consequi
 præcipit ; secunda vero quin-
 quennii tempus explere. Mo-
 dus autem hujus pœnitentiæ
 in episcoporum sit arbitrio, ut
 secundum conversationem pœ-
 nitentium possint et extendere
 tardantibus, et minuere studi-
 ose festinantibus.

CANON XXII.

Qui voluntarie homicidium

ΚΑΝΩΝ ΚΔ.

Οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν ἔθνῶν ἑξακολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους, ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν, ἢ καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κἀνονα πιπτέωσαν τῆς πενταετίας, 5 κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὠρισμένους· τρία ἔτη ὑποπτώσεως, καὶ δύο ἔτη εὐχῆς χωρὶς προσφορᾶς.

ΚΑΝΩΝ ΚΕ.

Μνηστευσάμενός τις κόρην προσεφθάρη τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς, ὡς καὶ ἐπιφορῆσαι αὐτήν· ἔγημε δὲ τὴν μνηστὴν 10 μετὰ ταῦτα· ἢ δὲ φθαρεῖσα ἀπήγγξατο. οἱ συννειδότες ἐκελεύσθησαν ἐν δεκαετία δεχθῆναι εἰς τοὺς συνεστῶτας, κατὰ τοὺς ὠρισμένους βαθμούς.

CANON XXIV.

Qui divinationes expetunt, et morem gentilium subsequuntur, aut in domos suas hujusmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa; sub regula quinquennii jaceant, secundum gradus pœnitentiæ definitos.

CANON XXV.

Quidam sponsam habens, so- 15 rorem ejus violavit, et gravidam reddidit; postmodum desponsatam sibi duxit uxorem: illa vero quæ corrupta est, laqueo se peremit. Hi qui fuerunt conscii, 20 post decennem satisfactionem jussi sunt suscipi, secundum gradus pœnitentiæ constitutos.

ANNOTATIONES

IN ANCYRANI CONCILII CANONES.

P. 113. l. 1. CANONES SYNODI ANCYRANÆ] *Κανόνες τῆς ἐν Ἀγκύρα συνόδου.* Hanc inscriptionem Codex Bodleianus exhibet; [Is est Baroccianus 205, haud admodum vetustus, a Beveregio in sequentibus adductus;] cui similis fere est in codice Amerbachiano, videlicet, *τῆς ἐν Ἀγκύρα συνόδου κανόνες κέ. Synodi Ancyranæ canones 25.* In Parisiensi Balsamonis editione sic inscribitur. *Κανόνες τῶν ἐν Ἀγκύρα συνελθόντων μακαρίων πατέρων &c.* [quemadmodum supra positum est]. Quæ etiam inscriptio est horum canonum in codice canonum Ecclesiæ universæ; nisi quod ibi eodem modo, quo in codice Amerbachiano, incipiat, *τῆς ἐν Ἀγκύρα συνόδου κανόνες κέ. οἱ τινες, &c.* Enimvero habita est hæc Synodus an. Dom. 315, ac proinde decem fere annis ante Nicænam primam Œcumenicam. Ancyra, ubi celebrata est, primaria fuit et archiepiscopalis urbs Galatiæ, in meditullio regionis sita, hoc præsertim Concilio celebris, quo 18. episcopi convenerunt eorum causa, qui in Maximini persecutione lapsi, et in ecclesiæ communionem recipi desiderabant. BEVEREGIIUS. Concilium hoc atque itidem alterum Neocæsariense, quorum celebratio anno post Christum natum 314, vel 315, assignari solet, ante synodum Nicæ-

nam utrumque habitum fuisse, cum multa alia argumenta, tum vero tituli ipsorum vetustissimi, ostendunt. Porro, si subscriptiones episcoporum, quæ in Latinis canonum collectionibus post concilia positæ sunt, prorsus certæ ac firmæ haberentur, quod quidem de illis negat, tam Hen. Valesius in *Eusebii Vita*, quam ante eum Edmundus Richerius in *Hist. Concil. Generalium*, vol. I. lib. i. cap. 2. §. 4. constarent hæc duo concilia in pontificatu Vitalis Antiocheni convenisse, qui inter utriusque synodi præsules primum locum obtinet. Ille autem episcopus fuit ab anno 313. ad usque an. 319. Certe ante Nicænum habitum concilium successerat Vitali S. Philogonius, teste Theodorito *Hist. Eccl.* lib. i. c. 3. Argumentum interea vetustatis omitto ex Basiliæ, in utraque synodo Ancyrana ac Neocæsariensi præsulis, martyrio, de tempore enim ejus disputatum est. Subscriptionibus autem, quæ post Concilia Latine versa positæ sunt, nunc majorem fidem conciliabit Catalogus maximæ partis patrum Nicænorum, quem ex *Collectaneorum* Theodori Lectoris Codice Veneto edidit cl. Morellius in *Bibliotheca* sua *MSta Græca et Lat.* p. 225. et deinceps. Ejusdem vero Catalogi initium extare Morellius monuit, in Socratis lib. i. c. 13. ubi proditur, integrum illum insertum fuisse ab Athanasio Alexandrino in *Synodico* suo nunc deperdito. Insuper vir cl. ait, omnium qui editi sunt Latinorum catalogorum huic Græco præsertim illum respondere, quem Justellus primus in lucem eruit. Et vero, quantum ego video, alter ex altero sæpissime emendari, interdum etiam suppleri potest, sed maxime Latinus ex Græco.

P. 113. l. 4. *Κάνονες τῶν ἐν Ἀγκύρῃ &c.*] Extant tituli duabus his synodis Ante-Nicænis præfixi in plerisque edd. atque scriptis parva cum varietate lectionis; sed in lemmate ego *Neocæsariensis* quidem *Concillii* nonnihil discedendum esse ab Harduina *Conciliarum* editione, fide librorum manuscriptorum nixus judicavi. Cum vero argumentum pro summa antiquitate Codicis Canonum Ecclesiæ, in quo hi canones collocati sunt, ex iisdem titulis, seu lemmatibus, ducendum esset, hæc olim scripsit in epistola ad magnum Usserium Samuel Wardus Cantabri-

giensis, vir doctissimus, quæ, quia ad notitiam præbendam utriusque concilii faciunt, eo libentius huc afferam. “ Dili-
 “ gentius mihi consideranti (ait Wardus) quo tempore
 “ prima Canonum Collectio facta esset, duplex occurrit
 “ ratio quæ me in hanc sententiam traxit, ut existimem
 “ primum et antiquissimum Homo-canonicum ex Nicænis,
 “ Ancyranis, Neocæsariensibus, Gangrensibus, Antiochenis,
 “ Laodicenis Canonibus, compositum, inter an. 364. et 381.
 “ post Laodicenum, et ante Constantinopolitanum primum
 “ in unum corpus coactum fuisse. Prior fundata est in
 “ verbis Dionysii in Epistola ad Stephanum Salonitanum,
 “ qui cum secutus sit antiquum Græcum Homo-canonicum,
 “ perspicue docet supradictos Canones numerorum serie
 “ continuatos olim fuisse CLXV. Constantinopolitanos vero
 “ Canones nova serie et seorsim numeratos. Quorsum enim
 “ summam colligeret Canonum præcedentium, priusquam
 “ recitet Constantinopolitanos, eosdemque serie de novo
 “ inchoaret, si in vetusto Græco codice, quo usus est, hi
 “ canones una eademque serie continuati fuissent cum pri-
 “ oribus? Firmatur adhuc hæc ratio conjectura petita ex
 “ Act. XVI. Concilii Chalced. ubi Constantinus Secretarius
 “ relegit Nicænos Canones ex codice, (qui proculdubio
 “ idem erat cum illo, ex quo leguntur Canones 16. et 17.
 “ Synod. Antiochen. Actione XI. qui coincidunt cum Can.
 “ xcv. et xcvi. tituli codicis, plane juxta seriem numerorum
 “ in codice Græco quo usus est Dionysius) postea cum
 “ legit Canones Constantinopolitanos, sic incipit, *Synodicum*
 “ *Concilii Constantinopolitani*. Altera ratio petita est e
 “ titulo præfixo Canonibus Ancyranis et Neocæsariensibus
 “ in Græcis Exemplaribus et codice Moguntino, et aliis
 “ Latinis editionibus; ubi cum collectores primi dicant
 “ præpositos fuisse in hoc codice Canones Nicænos propter
 “ auctoritatem Œcumenicæ Synodi, manifestum est nondum
 “ secundam Œcumenicam Synodum habitam fuisse. Si
 “ enim Canones Constantinopolitani jam extitissent, cum
 “ facta esset hæc prima collectio, una cum Nicænis priorem
 “ locum obtinuissent, cum illud Concilium pro Œcumenico
 “ etiam habitum.” *Epistolarum Usserian.* xi. p. 27. Confer
 et initium epistolæ Ussearii ad ipsum Wardum p. 18. At

vero ostendere volunt fratres Ballerinii, de *Antiquis Collectionibus et Collectoribus Canonum*, non omnes Græcos canonum codices fuisse hujus generis; neque hanc numerorum seriem, quibuscunque codicibus ea inesset, publica auctoritate fuisse inductam, neque eos tantum canones ab ecclesia Græca fuisse receptos, qui in ejusmodi codicibus numerorum serie distinctis continerentur, P. I. cap. vi. §. 1.—9. Vid. et Berardi Dissert. *De Variis Canonum Collect. ante Gratianum*. Observ. II. Interea collectionem aliquem extitisse canonum ante concilium Constantinopolitanum confectam supra liquet. Ait Zonaras Commentator Græcus in *Scholio*,—*Αὕτη δὲ, ἣ ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ μητροπόλει τῆς Γαλατίας συστάσα σύνοδος, προγενεστέρα ἐστὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου. ἠθροίσθησαν δὲ ἐν αὐτῇ πατέρες ἱεροὶ, ὧν ἐξῆρχεν Οὐτέλιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, Ἀγρικόλαος Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ ὁ μάρτυς Βασίλειος ἐπίσκοπος Ἀμασειᾶς. ἐν γὰρ τοῖς διωγμοῖς τῶν Χριστιανῶν πολλῶν μὴ δυνηθέντων μέχρι τέλους ἐγκαρτερῆσαι ταῖς βασάνοις, ἀλλ' ὑποκυψάντων εἴτα τινῶν μετανοούντων καὶ προσερχομένων τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς μετανοίαν, ζήτησις ἐγένετο, πῶς χρὴ τοὺς ἀρνησαμένους τὸν Χριστὸν προσδέχσθαι, καὶ περὶ τούτων ἡ σύνοδος αὕτη κανόνας ἐξέθετο, οἳ τινές εἰσιν οὗτοι.*

CANON I.

P. 113. l. 8. *εἴτα ἀναπαλαίσαντας*] Pro *ἐπαναπαλαίσαντας* Harduini ceterorumque lectione hic *ἀναπαλαίσαντας* ediderat Beveregius in *Synodico* sive *Pandectis Canonum SS. Apost. et Conciliorum* &c. quod quidem opus ante Harduinam Conciliorum editionem prodiit. Firmabant *quatuor ex octo* illis *MSSStis Bolleianis*, quos in hujus et sequentis synodi canonibus recensendis adhibui, supra in vol. iii. p. 233. ad DIONYSII ALEX. *Epistolam*, quæ *Canonica* vocatur, commemoratos. Porro tuetur eandem lectionem Joannes Antiochenus in *Collectione Canonum* pag. 575. *Bibliothecæ Juris Canonici Veteris*, quam ediderunt Voellus et Hen. Justellus Parisiis anno 1661, tum Symeon Magister in *Epitome Canonum* ibid. p. 721; quibus addas Zonaram in *Comment.* ad hunc Canonem, Aristenumque alium commentatorem Græcum ad Canonem secundum. Nunc itidem Græcorum

Pedalium, sive Canonum Collectionem nuperam, de qua supra ad S. Dionysii *Epistolam Canonicam* p. 234. perinde ac Venetam alteram, de qua ibidem p. 239. Hæc inter usus quoque sum Gul. Lloydii episcopi olim Vigorniensis codice MSto, cujus varietatem a textu Conciliorum Ancy-rani et Neocæsariensis Beveregiano in tomo quarto inveni *Anecdott. Græc.* a Jo. Ch. Wolfio Hamburgæ An. 1724. publi-catorum. Ceterum notatum a lectore hoc velim, ubicunque in his et sequentibus canonibus diversum quid ab Harduini *Conciliorum* editione haberet vel Beveregius, vel codices scripti Bodleiani, quod probandum, et in textum recipere mihi visum fuerit, id sedulo a me signatum fuisse ac testimoniis suis firmatum.

P. 113. l. 9. μήτε ἐκ μεθόδου τινος] Hoc de illis interpretantur Zonaras Balsamoque in *Scholiis* seu *Commentariis*, qui, ut Zonaræ verbis utar, priusquam etiam tormenta ipsis admoverentur, emolliti dedere manus; et ne sua voluntate sacrificare viderentur, satellites, ut vehementiore forte impetu eos invaderent, acriterque torquentium speciem præberent, pretio aut precibus adduxisse; ut qui sic immolassent, non ignavo languore animi sed vi victi Christum negasse existimarentur.

Ibid. l. 14. ὁμιλεῖν] Huic verbo accommodari videtur breve illud scholium, quod inter hunc canonem et interpretationem ejus in codice Amerbachiano legitur, sic se habens, λόγους διδασκαλικούς ποιεῖσθαι τῷ λαῷ. πῶς γὰρ ἕτεροι ὑποθοῦντο βέλτιστα, αὐτοὶ παρασφαλέντες τοῦ κρείττους; *Sermones doctrinales ad populum habere. Quomodo enim alii optima edoceantur, cum ipsi a meliore aversi fuerint?* Hoc autem scholium in nullo alio codice habetur. BEVE-REG. Legendum in eo videtur, πῶς γὰρ ἑτέροις &c.

Ibid. l. 15. μὴ ἐξεῖναι] Ut verbis veteris scriptoris utar, quorum sedem, postquam ea descripseram, signare neglexi; *Tanto candore conspicuos ministros suos ecclesia esse decernit*, ut licet secundo certamine, elatum priore victoria hostem superassent, ac proinde se negationis suæ labe emaculassent, non tamen idoneos amplius existimaverit, qui sacris functionibus ministrarent. At vero canone proxime sequenti patres

Ancyrani cum diacono, munia præ sacris illis presbyteri minora obeunte, mitius agunt.

CANON II.

P. 114. l. 4. *ιερατικῆς*] Hoc pro *ιερᾶς* ad oram edit. suæ *Conciliorum* ut var. lect. posuit Harduinus, idemque in *Synodici* sui textu exhibuerat Beveregius; firmantibus tum *scriptis omnibus Bodleianis* præter duo numeris 158. et 3385. designata, in quibus *ιερᾶς* extat, tum Joanne Antiocheno in *Collectione Canonum*, et margine *Codicis Eccles. Universæ*, hoc est, codicis Tiliano a Justello denuo editi et emendati. Immo in *codice Joan. Tili* Balsamonis commentariis cincto vocem *ιερατικῆς* invenisse Gentianus Hervetus videtur, qui ita vertit, *Omni sacerdotali ministerio cessante*, etsi Tilius alteram lectionem olim posuerat in editione MSti sui *Canonum Græcorum* anno 1540. impressa, quæ quidem princeps omnium editionum Græcarum est. Quapropter *ιερατικῆς* post Beveregium recepi, etsi munia quidem sacra, non sacerdotalia, hoc loco intelligi debent, veteresque Latini canonum interpretes *sacro* habent; is enim sensus est vocabuli *ιερατικὸς* non tantum hic sed et interdum alibi. Vide inter alios locos, Canon. XVIII. qui dicitur *Apostolorum*—οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὕλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. h. e. sacri, non angustiori sensu sacerdotalis.

Ibid. l. 5. *ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν*] Diaconi olim panem et calicem ministrabant populo. Justinus Martyr Apolog. 2. οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῶν διάκονοι, διδόνασιν ἐκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. *Qui apud nos diaconi dicuntur, dant unicuique eorum qui adsunt percipiendum panem et vinum et aquam, quæ cum gratiarum actione consecrata sunt, et ad eos qui absunt perferunt.* Cyprianus serm. 5. de Lapsis, *Ubi sollemnibus adimpletis calicem offerre diaconus presentibus cœpit.* CH. JUSTELLUS, *Notis in Codicem Canonum Univ. Ecclesie apud Biblioth. Juris Canonici Vet.* Τὸ ἀναφέρειν reddunt veteres Interpretes vel *offerre*, vel, quod melius est, *portare, gestare.*

Ibid. 1.5. κηρύσσειν] Socrates lib. vi. cap. 11. de Athanasio loquens: καὶ προστάξας διακόνῳ κηρύξαι εὐχὴν, *præcepit diacono ut orationem prædicaret.* Hinc illæ frequentes diaconorum acclamationes in Græcorum liturgiis: εὐξασθε οἱ κατηχούμενοι. οἱ πιστοὶ ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων δεηθῶμεν. ὅσοι κατηχούμενοι προσέλθετε. item τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Chrysostomus in Epist. ad Hebr. cap. ix. hom. 17. ὁ διάκονος ὑψηλὸς ἐστὼς μεγάλη τῇ φωνῇ, φρικτῇ τῇ βοῇ καθάπερ τις κήρυξ τὴν χεῖρα αἴρων εἰς τὸ ὕψος, τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ ἀπείργει, τοὺς μὲν ἐκβάλλει, τοὺς δὲ εἰσάγει. *Diaconus in altiori loco stans magna voce, terribili clamore, veluti quidam præco, manus sustollens in altum, alios quidem vocat, alios autem prohibet, alios excludit, alios introducit.* Hinc planum est, verbum κηρύσσειν, quod sacerdotibus attributum, ὁμιλεῖν et εὐαγγελίζεσθαι significat, in diaconis illud ministerium declarare, quo, dato Orarii signo, actionum sacrarum ritus et ordinem moderabantur. Id testatur Matthæus Blastares in synopsi Græcorum Conciliorum nondum edita, his verbis: ὠράριον ἐξαρθῶντες διάκονοι τοῖς ἱερουργοῦσι παριστάμενοι, καὶ τὰς τῆς ἱερᾶς τελετῆς ἐπιτηροῦντες εὐχὰς, καὶ τῷ ὠραρίῳ τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι σημαίνουσι διακόνους τὸν καιρὸν τῆς ὀφειλοῦσης γίνεσθαι ἐκφωνήσεως τῶν τε κατηχουμένων καὶ τῶν πιστῶν. *Diaconi qui orarium gestant, sacerdotibus assistentes et sacri officii orationes observantes, per orarium eis qui sunt in ambone diaconis significant, quando oporteat vel ad catechumenos vel ad fideles orationem flectere.* Sic in Judæorum synagogis, legem e pulpito recitanti aderat aliquis manu sudarium tenens, qui populo signum daret ut amen diceret, ut ex Rabbiniis doctissimus Casaubonus in notis ad Vopiseum observavit. de Orario vide annotat. ad canonem 126. infra JUSTEL. ubi supra. Hæc repetendo fecit sua Suicerus *Thesaur. Ecclesiast.* in voce Κηρύσσειν. Sed Aristenus Commentator Græcus hunc Canonem exponens τὸ κηρύσσειν, voluit esse λόγους διδασκαλίας τῷ λαῷ ποιεῖσθαι, et simile quid ab eo appositum est ad Can. X. *Concilii Neocæs.* Silent de hac re duo alteri interpretes Zonaras et Balsamo; at magis placent Justelli expositio et rationes; neque in alia ivit Beveregius. Porro, ut monuit Cabassutius in *Notitia*

sua *Concil.* &c. p. 95. primus Canon, qui sacerdoti semel lapsō prædicationem interdicit verbi Dei, utitur vocabulo ὀμιλεῖν, non κηρύσσειν. Tum vero ex more ecclesiæ veteris potestas prædicandi seu conciones ad populum habendi maxime episcopo reservabatur, ab eo interdum cum presbyteris, rarius cum diaconis, communicata. Ceterum Matthæi Blastaris opus a Justello commemoratum, discrepat ab illo, quod in *Synodico* suo Beveregius ex scripto edidit.

P. 114. l. 6. κάματόν τινα] Ait Zonaras: Προστίθησι δ' ἐνταῦθα, ὅτι ἐὰν τοῖς μετανοοῦσι τούτοις συνῖδοιεν οἱ ἐπίσκοποι κάματόν τινα, τούτεστι, κόπον ἐν τῇ μετανοίᾳ διὰ τὴν ἄρνησιν, ἢ ὅτι συντριβέντες διὰ τὸ ἁμάρτημα, ἐταπεινώθησαν, καὶ πράγματα ἐκτήσαντο, τοῖς ἴσως αὐτοῖς δνειδίξουσι τὸν ὄλισθον πρῶως καὶ μετὰ ταπεινώσεως προσφερόμενοι, ἀλλ' οὐ θρασυνοῦμενοι καὶ τούτοις ἐμπικραίνόμενοι, καὶ ἐθέλοιεν ἐπίσκοποι ὑφ' οὓς τελοῦσι πλέον τι τῶν παρὰ τῇ συνόδῳ ὠρισθέντων αὐτοῖς παράσχειν, διὰ τὴν τῆς μετανοίας θερμότητα, ἢ ἀφελεῖν τι τῶν ὠρισθέντων, ὡς μὴ γιησίως αὐτῶν μεταμελομένων, μηδὲ ταπεινουμένων ταῦτα τῇ ἐξουσίᾳ τῶν ἐπισκόπων ἀνατίθῃσιν ὁ κανὼν, καὶ τῇ διακρίσει αὐτῶν. ἀνάγνωθι καὶ τὸν ιά'. κανόνα τῆς πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου.

CANON III.

Ibid. l. 10. ἢ ὑπὸ οἰκείων παραδοθέντας] Agitur inter hæc de illis, qui certamen haud sua sponte inierant. Voce autem ἄλλως, quam Latini interpretes omittunt, significari videtur inlata alio quovis modo bonorum confiscatio.

Ibid. l. 13. περισχεθέντας] Pro *vulgato* περισχισθέντας hoc *perισχεθέντας* recepi ex *codd. Boll.* 26. et 158. et 625. Joanne Antioch. in *Collectione Canonum*, Latinaque *Interpretatione* Dionysii Exigui, quæ habet, et eo usque *adstricti sunt*, Isidoriana itidem, in qua extat, *perducti*. Porro ut varians lectio affertur ad oram Justelliani *Codicis Canonum Ecclesiæ Univ.* atque editionum Labbæi et Harduini *Conciliorum*, comprobante eam Johnsono ad Anglicam suam *Canonum Versionem*. Zonaras vero alteram invenit lectionem, qui ipsam ita interpretatus est—καὶ περισχισθέντας τοὺς χίτωνας καὶ γυμνωθέντας. Habet tamen ipse in Com-

mentario, ad Canon. XII. κατασχεθέντες ὡς Χριστιανοί. Dabitque exemplum verbi inusitatoris περισχεθείς Syntipæ *Fabula* 46. p. 37. ed. Matthæi.

P. 114. l. 14. εἰς τὰς χεῖρας] Additum est τι in edit. *Beveregii*, quod nesciunt non tantum *libri editi*, sed et *scripti Bodleiani omnes* præter *unum* illum 205, quo vir doctiss. Beveregius usus esse videtur. Neque extabat idem in *Lloydii MSto*, de quo dixi p. 131. Habet ἢ τι pro ἢ τοι *Pedalium* Græcorum. Ait autem Zonaras ad hunc Canonem; καὶ ἢ εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν πρὸς βίαν ἀκόντων ἐκείνων, ἐμβalόντων τι τῶν βιαζομένων, οἷον λιβανωτῶν ἢ ἕτερόν τι εἰς θυσίαν τοῖς εἰδωλολάτραις προσαγομένων, ἢ βρώμά τι τῶν εἰδωλοθύτων δεξαμένους εἰς τὸ στόμα, πρὸς ἀνάγκην αὐτὸ τῶν βιαστῶν ἐμβalόντων, τοὺς τοιοῦτόν τι πεπονθότας &c. Ceterum hic, et infra in Canone IV. πρὸς βίαν positum est pro βιαίως, quemadmodum proxime post πρὸς ἀνάγκην pro ἀναγκαίως. Prioris autem formulæ exemplum præbet Clementis Alex. *Stromatum* lib. vii. pag. 868. ed. Potteri. ἀπεδύσατο δὲ (Josephus) αὐτῇ (uxori Potipheri) πρὸς βίαν κατεχούση τὸν χιτῶνα.

Ibid. l. 15. βρώμά τι πρὸς ἀνάγκην] Gregorius Thaumaturgus episcopus Neocæsariensis in epist. canonica, quæ apud Zonaram et Balsamonem extat: οὐ τὰ βρώματα ἡμᾶς βαρεῖ, εἰ ἔφαγον αἰχμάλωτοι ταῦτα, ἅπερ παρετίθεσαν αὐτοῖς οἱ κρατοῦντες αὐτῶν. *Non cibi nos gravant, si captivi ea comederint, quæ qui in eos dominium obtinent, eis apposuerunt.* JUSTEL. Vid. supra vol. III. pag. 256. Mox ad ὑπό τινας habent *ab aliquibus* Latinæ Dionysii, Isidori, Criseoniique *Interpretationes*, *Priscaque*, quam edidit ex *MSto* bibliothecæ patris sui Hen. Justellus, *Interpretatio*. vid. p. 278. *Biblioth. Juris Canonici Vet.* Atque huic quidem lectioni favent Zonaras et Balsamo in *Scholiiis*.

P. 115. l. 3. ἢ καὶ τινων] Beveregii lectiones quas secutus sum, ἢ pro εἰ et προάγεσθαι pro προσάγεσθαι lin. 6. confirmant *codices Bodleiani* plerique. Hoc προάγεσθαι adfertur ad oram edit. *Conciliorum* Labbæi, et extat in Canone XII. Adde hoc loco Græcorum *Pedalium* et *Syllogem Venetam* idem exhibentes.

P. 115. l. 5. καὶ τῶν ἄλλων λαϊκῶν] Similis loquendi forma S. Lucæ *evangelio* inest xxiii. 32. de duobus maleficis cum Servatore mundi crucifixis. Confer vol. II. pp. 186. 204.

Ibid. l. 8. προχειρίζεσθαι] Ait Matthæus Blastares *Syn-tagm. Alphabet. Lit. A. cap. i. p. 6.* in Beveregii *Synodico*; Οὕτω περὶ τῶν τοιούτων καὶ ὁ ἱερομάρτυς Πέτρος ψηφίζεται ἐν τῷ κδ'. (cor. ιδ'.) κανόνι. Vid. supra pag. 44.

CANON IV.

Ibid. l. 10. καὶ δειπνησάντων] Al. καὶ δήπου τῶν δ. Labbe in marg. ed. suæ *Conciliorum*. Cum vero in edit. nova Conciliorum Mansiana extet ad marg. *al. καὶ δειπνησάντων*, eique lectioni faveant versiones veteres Græcique interpretes, articulum τῶν omittendum duco, legendumque ἐπὶ δὲ τούτῳ pro ἐπὶ δὲ τούτοις. Conf. Zonaræ Comment. ad Canon V. Interea videtur hæc fere sola lectio varians esse, quæ ad duo hæc Concilia in editione Mansiana de novo adjecta est. Mox iterum ad vocem *φαιδροτέρῳ* posuit Labbæus, Al. *σφοδρότέρῳ*. Hoc autem *σφοδρότέρῳ* in *Tiliana editione Canonum* atque *Codice Canonum Ecclesie Justeliano* et *Veneta Sylloge* extat.

Ibid. l. 12. εἰς τὰ εἰδωλα] Nil opus, ut εἰς τὰ εἰδωλεῖα reponas, etsi in *idolio* Latini Interpretes plerique præbent, Aristenusque in loci expositione habet ἐν τῷ εἰδωλείῳ. Zonaras enim scribit, Ὅσοι, φησὶν ὁ κἀνων, βιασθέντες ἔθυσαν, ἢ καὶ ἐν τοῖς εἰδώλοις ἐδείπνησαν. Porro *Prisca Latina Versio*, quam modo memoravi, habet *apud idola*. Itidem ἐν τοῖς εἰδώλοις, sed ad marg. *εἰδωλείοις* Harmatorpulus *Epitome* apud Leunclavii *Jus Græco-Rom.* Tit. III. p. 61.

Ibid. l. 16. ἀδιαφόρως] Glossæ MSS. Bibl. Regiæ et Collegii Paris. Soc. Jesu ad hunc Canonem: *Indifferenter, indistanter.* HARDUIN. Hesychius, Ἀδιαφορίας. ἀμελείας. Ἀδιαφορον. ἀδιάκριτον. Confer 1 *Cor.* ii. 29. Ἀδιαφόρως cœnare est, nullo facto discrimine inter abominandas escas atque cœnam solitam, quod ostendit Canon proxime sequens. Zonaras exposuit,—καὶ τῶν εἰδωλοθύτων μετέσχον ἀδιαφόρως, τούτεστι μὴ διαφερόμενοι καὶ δακνόμενοι ὡς μεμιασμένων γενόμενοι, ἀλλ' ἐμφορούμενοι τούτων, ὡς εἰ ἦσαν ἀμείατα.

Ibid. l. 16. ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι] Pergit hæc scribere Zonaras: Τούτους ἐνιαυτὸν μὲν ἀκροᾶσθαι κελεύει, ἐν τῷ νάρθηκι ἱσταμένους, καὶ ἀκούοντας τῶν γραφῶν, τρία δὲ ἔτη ὑποπίπτειν ἥτοι ὀπισθεν τοῦ ἄμβωνος ἱστασθαι, καὶ μετὰ τῶν κατηχομένων ἐξίεσαι, εὐχῆς δὲ μόνης κοινωρῆσαι ἔτη δύο, ὅπερ ἐστὶ τὸ μέχρι τέλους συνίστασθαι καὶ συνεύχεσθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ μετὰ ταῦτα ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ὅπερ ἐστὶν, ἡ τῶν ἀγιασμάτων μετάληψις. Ceterum notatu hoc dignum est, conjunctum esse hunc canonem cum altero proxime sequente apud Dionysium Exiguum, Crisconium, *Prisca Versionis* Auctorem, *Epitomenque* illorum *Canonum*, quos Hadrianus I. Carolo Magno Romæ obtulit; unde factum, ut numerarentur ab interpretibus pluribus Latinis canones tantum xxiv. Ancyranum hujus Concilii pro xxv. ad computum Græcorum.

Ibid. l. 18. ἐπὶ τὸ τέλειον] Ait hoc memorato Canone Is. Casaubonus *Exercitt. adv. Baronium*, xvi. sect. 48. quem quidem Casauboni locum a Suicero nunc video fuisse allatum in *Thesouro* suo *Eccles.* voce Τέλειος: “Τὸ τέλειον “ perfectio aut consummatio est ipsa Eucharistia, quæ “ etiam Dionysio dicitur τελείωσις, ut ante observabamus: “ quia conjunctioni nostræ cum Christo, cujus instrumenta “ sunt verbum Dei et sacramenta, veluti colophonem imponit participatio corporis et sanguinis Christi in cœna “ Dominica, nullus enim restat alius modus quo in terris “ versantes arctius cum Christo capite nostro conjungamur.” p. 505. ed. Genev.

CANON V.

P. 116. l. 1. ΚΑΝΩΝ Ε.] Occasionem dant aliis interpretes Latini, ut tantum viginti et quatuor canones huic Ancyrano Concilio, prout modo dixi, apponant, vel hunc quintum superiori jungendo, vel Canones XXII. et XXIII. unum faciendo.

Ibid. l. 5. χωρὶς προσφορᾶς] Zonaras ait—νῦν καὶ περὶ τῶν φαγόντων μὲν εἰδωλόθυτα, δακνόμενων δ' ἐπὶ τούτῳ καὶ δακρύντων, φησὶν. οὗς μετὰ τριετίαν τῆς ὑποπτώσεως δέχεσθαι παρακελεύεται εἰς σύστασιν χωρὶς προσφορᾶς, ἥγουν συνίστασθαι μὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῖς πιστοῖς, μὴ μεταλαμβάνειν δέ. Simi-

liter τὸ μετὰ προσφορᾶς interpretati sunt Balsamo ad Canon. IV. et hic Aristenus in *Scholio*. Bene confert Joan. Johnsonus, ad *Anglicam Canonum Versionem*, verba Canonis undecimi *Concilii Nicœni*—δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωρήσουσι τῷ λαῷ τῶν εὐχῶν. Albaspinæus quidem in *Observ. de Vet. Ecclesie Ritibus*, oblationem his locis pro donis et muneribus, quæ pœnitentes in pœnitentiæ suæ et satisfactionis commendationem largiebantur, accipiendam esse docet lib. i. *Observ.* vi. 3. Melius vero dixeris cum Suicero, qui Albaspinæum affert in *vocē Προσφορὰ*, lapsis prohiberi his canonibus oblationem donorum, quæ in altaris usum astantibus, seu fidelibus, conferri consueverint. Atqui interea nil prohibet, quin, ut solet, cœnam Dominicam προσφορὰ hic significet; immo debere vocem sic intelligi jubent, ni fallor, verba decimi sexti Canonis, τότε καὶ τῆς προσφορᾶς ἐφαπτέσθωσαν, et postea, τυγχανέωσαν τῆς προσφορᾶς. Vid. et Zouaram ad Canon VIII. Jamque inveni similiter sentientem Salmasium, qui sub Simplicii Verini nomine latens *Adversus Librum Postumum Grotii* opusculum scripsit, ubi pagg. 101—103. προσφορὰν hoc loco eucharistiam ait esse, ut προσφέρειν et offerre absolute sæpe ponitur Græcis Latinisque pro eucharistiam conficere. Vide et pagg. 278. et 279.

P. 116. l. 5. εἰ δὲ μὴ ἔφαγον &c.] Ait Balsamo ad Canon. IV. Ἐρωτήσῃ δὲ τις, καὶ διὰ τί οἱ μὲν τῷ γ'. κανόνι δηλούμενοι κληρικοὶ ἢ λαϊκοὶ κατὰ βίαν ὑποδεξάμενοι λίβανον ἢ εἰδωλόθυτον, οὐκ ἐπιτιμῶνται, ὡς μὴ ἐπταικότες, ἀλλὰ καὶ εἰς βαθμοὺς ἐκκλησιαστικῶν προκόπτουσιν· οἱ δὲ ἐν τῷ τέλει τοῦ ε'. κανόνος περιεχόμενοι, καὶ κατὰ βίαν ἀναπεσόντες, ἐπιτιμῶνται, ὡς ἡμαρτηκότες, καὶ ταῦτα δακρυῖροοῦντες, καὶ μηδὲ γευσασμένοι τῶν εἰδωλοθύτων; Λύσις. διαφορὰ ἐστὶ τῶν κατὰ βίαν ὑποδεξαμένων τὰ βέβηλα ὄωρα, καὶ μηδὲν ἐξ οἰκείου φάκτου ἐπταικότητων, καὶ τῶν ἀπὸ βίας ἐργασασμένων ἀσεβές τι, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἀναπεσεῖν εἰς τὸ δέιπνον. κἀντεῦθεν ἐκείνοι μὲν, ὡς μὴ διαπραξάμενοι τὸ κακὸν (παρὰ ἄλλων γὰρ, εἰς τὸ στόμα ἢ εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐνεβλήθη τὸ εἰδωλόθυτον) οὐκ ἐπιτιμῶνται· οὗτοι δὲ ὡς ἀσέβειαν πλημμελήσαντες μετὰ οἰκείου φάκτου, δηλονότι ἀναπεσόντες ἐπιτιμῶνται. Noto obiter. haud agnoscere ἔτει,

quod addidit Beveregius post *κοινωνησάτωσαν*, vel, ut is legit, *κοινωνείτωσαν*, *see libros Bodleianæ bibliothecæ scriptos. codicemve Lloydianum.*

P. 116. l. 7. τῇ τριετία] Vulgo τῇ τετραετία. Sed Labbæus ad marg. *Conciliorum* posuit, al. τριετία, notatque Harduinus, “Zonaras πληρουμένης τῆς τριετίας *post exactum “triennium.”* Dumque similiter locum exponunt Balsamo et Aristenus, conferendus est Canon proxime sequens, tum vero verba Canonis IX. ἵνα τὴν δεκαετίαν πληρώσαντες τοῦ τελείου μετάχωσιν. In tribus quoque codicibus scriptis 158. et 185. et 205. itidem in Lloydii MSto lectionem, quam reposui, reperies; altera tamen lectio τετραετία valde antiqua est, in *veteribus* quoque *Versionibus* inventa.

Ibid. l. 12. ἐπιμετρείσθω.] Zonaras ait: Ταῦτα μὲν ὤρισαν οἱ τῆς συνόδου. ἐπειδὴ ἤδεισαν, ὅτι οὐ πάντες ὁμοίως μετανοοῦσιν, ἀλλ’ οἱ μὲν ἐπιμελέστερον ἔχονται τῆς μετανοίας, οἱ δὲ ῥαθυμότερον, τὸ πᾶν τῆς ἐπ’ αὐτοῖς οἰκονομίας τοῖς ἐπισκόποις ἀνέθεντο, ὥστε δοκιμάζειν ἐκείνους τὸν τρόπον τῆς ἐκάστου ἐπιστροφῆς, καὶ φιλανθρωπεύεσθαι καὶ συστέλλειν τὸν χρόνον τῶν ἐπιτιμίων τοῖς θερμότερον μετανοοῦσι, καὶ πλειόνα προστιθέναι χρόνον τοῖς νωθρότερον, σκοπεῖν δὲ καὶ τὸν προλαβόντα βίον αὐτῶν, καὶ τὸν μετααῦτα, εἰ σωφρόνως ἔζωσιν καὶ συντηρημένως, καὶ ζῶσιν, ἢ ἀνειμένως καὶ ἀδιαφόρως, καὶ οὕτως ἐπιμετρεῖν αὐτοῖς τὴν φιλανθρωπίαν. Adeas utiliter Marshalli V. D. opus Anglica lingua conscriptum, *De Disciplina Penitentiali Eccles. Primævæ*, cap. iii. §. 2. p. 175. et seq.

CANON VI.

Ibid. l. 14. Περὶ τῶν &c.] Canon Nicæen. XI. HARDUIN.

Ibid. l. 15. ἡ μετοικίας] Zonaras—*μετοικίαν, τουτέστιν ἐξορίαν.*

P. 117. l. 1. τῆς μεγάλης ἡμέρας] Per magnum diem intelligendum est sanctum *Pascha*, ita dictum, ob magna illa beneficia, quæ Servator noster per resurrectionem suam isto die nobis conciliavit; unde etiam Sabbatum præcedens vocatur μέγα σάββατον, et parascæve sive sexta feria mox antecedens, μεγάλη παρασκευή, et tota quidem ea septimana, in qua Dominus noster crucifixus est, quæque mag-

num istum diem Paschalem præcedit, *μεγάλη ἑβδομὰς* veteribus passim nuncupatur. BEVEREG. Zonaras: *μεγάλην δὲ ἡμέραν τὸ ἅγιον πάσχα ὠνόμασεν, τὴν τοῦ Κυρίου δηλονότι ἀνάστασιν.* Ceterum ex reliquo constat canone, plures exactos fuisse menses inter synodi celebrationem et pascha proxime sequens.

P. 117. l. 3. *χωρὶς προσφορᾶς*] Vid. notam supra ad Can. V.

Ibid. l. 7. *τὴν ἀρχὴν τῆς ἑξαετίας*] Mutavit hæc cum solo *τὴν ἑξαετίαν* Beveregius, quod posterius ex *libro suo Bodleiano* sumpsisse videtur, certe in ceteris haud inventum codicibus præter illum num. 205. designatum, atque *codicem* 158. Neque in *Lloydii* idem extabat *MSto.*

Ibid. l. 8. *εἰ μέντοι τὶς κίνδυνος*] E *seu* illis *codicibus Bodleianis*, qui superiorem servant lectionem *τὴν ἀρχὴν τῆς ἑξαετίας*, atque ex Joannis Antiocheni *Canonum Collectione* seu *Digesto* voculam *τὶς* in textum recepi.

Ibid. l. 9. *ἐπὶ ὄρφ δεχθῆναι*] Zonaras:—*τούτους δεχθήσεσθαι μὲν εἰς κοινωσίαν τῶν ἁγίων δώρων, ἐπὶ ὄρφ δὲ, ἡγουν ἐπὶ διασιζέει, ὅστε εἰ συμβαίη αὐτοὺς μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ἀναρρώσθηναι, μηκέτι αὐτοῖς κοινωνῆσαι, εἰ μὴ ὁ ὠρισμένος παρέλθῃ χρόνος τῆς ἑξαετίας.* Vet. Glossæ, ὁ ὄρος. *hoc Institutum. Constitutum.*

CANON VII.

Ibid. l. 15. *ἔστι τὸ*] Beveregium nunc secutus sum *ἔστι τὸ*, quod abest ab editis Conciliis, post *τῶν ἐπισκόπων* ex codice suo 205. addentem, dum præstant *ἔστι Pedabium* Græcorum, Zonaras in *Commentario* *codicesque scripti* 158. et 165. Habet *ἔστω codex* 26, et prout *cod.* 625. *ἐκάστου* pro *ἐκαστον* me approbante. In *cod.* 3385. scribitur *ἐξέστω* et *ἐκάστω*. Hoc quidem *ἐκάστου* recepi. Interca post *προσφορᾶς* verbum *δεχθῆναι* videtur subaudiendum. Ceterum de illo *μετὰ τῆς προσφορᾶς* vide supra not. ad Can. V.

Ibid. *ἑξατάσαι*] Hoc verbum pro *vulgato* *ἀξιῶσαι* ut varians lectio in Labbæana *Conciliarum* edit affertur, exhibereque illud Zonaram notat ad marg. edit. suæ Harduinus. Addere poterat Aristenum alterum commentatorem. Quin et in textum idem receperat Beveregius; neque *ἀξιῶσαι* in

ullo ex *codicibus Bodleianis* præter unum *cod.* 715. positum inveni. Præstitisse quoque *Lloydii MS.* et *Pedulum* ἐξετάσαι nunc video. *Zonaræ Commentarius*: Εἰ δέ τινες ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ συνεσιτιάθησαν ἐθνικοῖς ἐν ἀπίστοις ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς, ἐν εἰδωλείῳ τυχόν, ἢ ἄλλῳ τόπῳ εἰς τελετὰς αὐτοῖς τελουμένας ἀνειμένῳ, κἄν ἴδια βρώματα ἐκόμισαν καὶ ἔφαγον οἱ πιστοὶ, δι' αὐτὸ μέντοι τὸ συνεσιτιαθῆναι τοῖς ἐθνικοῖς, καὶ οὕτω δόξαι συνεορτάσαι αὐτοῖς, ἔδοξε τῇ συνόδῳ διετίαν ὑποπεσεῖν αὐτοῖς, τουτέστι μετὰ τῶν κατηχουμένων ἴστασθαι καὶ σὺν αὐτοῖς ἐξιέναι, καὶ μετὰ τὴν διετίαν δεχθῆναι. ὅπως δὲ χρὴ ἕκαστον αὐτῶν δεχθῆναι, εἴτε καὶ εἰς μετάληψιν τῶν ἁγισμάτων, εἴτε εἰς μόνην τὴν μετὰ τῶν πιστῶν σύστασιν, τῶν ἐπισκόπων ἐστὶ, φασὶ, δοκιμάσαι, καὶ τὸν ἄλλον βίον ἕκαστου ἐξετάσαι. Etiam pulchræ confessionis illud fuisse partem judicat culpata tamen ad festum accessione Lucas Osiander, quod epulas suas secum attulerint, neque idolothytis vesci voluerint. Vid. *Apost. et Concil. Decreta*, ed. Ehingeri, p. 58. Verum dubito de pietate convivarum istorum, qui festo die ethnico ad convivium profecti sint prudentes et scientes. Confer eum hoc canone quartum et quintum.

CANON VIII.

P. 117. l. 18. Οἱ δὲ δεῦτερον καὶ τρίτον &c.] *Zonaras*: Ἄρα μὲν ἐν τοῖς ἀνωτέρω κανόσιν εἴρηται περὶ τῶν ἅπαξ θυσάντων, οἱ τῆς συνόδου ταύτης πατέρες διετάξαντο· νῦν δὲ καὶ περὶ τῶν δις ἢ τρίς ἐκ βίας τεθυκότων φασὶν, οὓς καὶ τετραετίαν διάγειν ἐν ὑποπτώσει κελεύουσιν, ἐπὶ διετίαν δὲ ἄλλην κοινωνεῖν τοῖς πιστοῖς, ἧτοι συνίστασθαι αὐτοῖς, καὶ συνεύχεσθαι ἄνευ προσφορᾶς, ἧγουν τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μεταλήψεως, καὶ τῷ ἐβδόμῳ ἔτει τελείως δέχεσθαι, τουτέστι καὶ εἰς μετάληψιν τοῦ ἀχράντου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου.

CANON IX.

P. 118. l. 4. Ὅσοι δὲ μὴ &c.] *Can. Nicæen. xi. HARDUIN.* *Zonaras*: Εἰ δέ τινες οὐ μόνον ἀπέστησαν τῆς εἰς τὸν Κύριον πίστεως, ἀλλὰ καὶ ἐπανεστήσαν, ἀντὶ τοῦ κατ' αὐτῆς ἐγένοντο, καὶ ἠνάγκασαν ἀδελφοὺς θῦσαι, ἢ καὶ αἴτιοι ἐγένοντο ἀναγκασθῆναι αὐτοῖς, οἷον φυγόντας καὶ κρυπτομένους καταμεμνηκότες

αὐτοὺς, ἢ ἀγνοομένους, ὅτι Χριστιανοί εἰσι, δῆλους αὐτοὺς θέμενοι τοῖς διώκταις, τοὺς τοιοῦτους ὠκονόμησαν οἱ πατέρες τρία μὲν ἔτη ἐν ἀκρόασει πληρῶσαι, ἐκτὸς τοῦ ναοῦ ἵσταμένους ἐν τῷ προνάῳ, ἕξ δὲ ἄλλα, ἐν ὑποπτώσει διαγαγεῖν, καὶ ἐνιαυτὸν ἕτερον κοινωῆσαι τῶν εὐχῶν τοῖς πιστοῖς, καὶ μετὰ τὴν δεκαετίαν ταύτην μετασχεῖν τοῦ τελείου. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ, τῷ τῆς μετανοίας αὐτῶν δηλονότι, φασί, χρῆ καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν ἐπιτηρεῖσθαι βίον. εἰ γὰρ ἀμελῶς ἢ καὶ πλημμελῶς διαγνοσθῶσι ζῶντες, ἐπιταθήσεται χρόνος τῶν ἐπιτιμίων αὐτῶν.

CANON X.

P. 18. I. 13. Διάκονοι ὅσοι &c.] Aristenus in *Scholio*: Οὗτος ὁ κανὼν διαγορεύει τὸν πρὸ τῆς χειροτονίας προμαρτυρησάμενον τῷ ἐπισκόπῳ μὴ δύνασθαι παρθενεύειν, ἀλλ' εἰς γάμον βούλεσθαι κοινωμίαν ἐλθεῖν, μὴ κωλύεσθαι, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν εἰς γάμον ἔρχεσθαι, καὶ μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς αὐθις ὑπηρεσίας τε καὶ τιμῆς. τὸν δὲ σιωπήσαντα, καὶ καταδεξάμενον ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἄγαμον μένειν τῆς διακονίας πεπαῦσθαι, εἴπερ μετὰ τοῦτο γάμου νόμῳ γυναικὶ συναφθῆ. πλὴν τῷ παρόντι κανόνι ἀντίκειται ὁ ἕκτος κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου, μὴ παραχωρῶν ὅλως τῷ προελθόντι ἀγάμῳ, εἰς ὑποδιακόνου, ἢ διακόνου, ἢ πρεσβυτέρου βαθμὸν, μετὰ τὴν χειροτονίαν γαμικὸν ἑαυτῷ συνιστᾶν συνοικεῖσθαι· ἀλλὰ τὸν τοῦτο τολμήσαντα ποιῆσαι, διαταπτόμενος καθαιρεῖσθαι· καὶ κρατεῖ ὁ κανὼν ἐκεῖνος, καὶ οὗτος ἡρρησε. Monet, idque animo lubenti, cl. Whartonus, quantum ipse cœlebs, in libello suo Anglica lingua conscripto *De Celibatu Cleri* pag. 79. Aristenum in *commentario* suo in Canonem illum quintum *Concilii Quinisexti*, amplificasse Canonis hujus Ancyranī permissionem ad presbyteros, dum legeret, πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι. Quod quidem verum est; sed manifesto errore id factum ab Aristeno illo loco fuisse, non tantum alii omnes commentatores, sed et ipse Aristenus in *scholio*, quod hic posui, ostendit. Porro presbytero qui post ordinationem duceret uxorem, depositionem interminatus est τοῦ συγχρόνου *Concilii Neocæsariensis* Canon primus, quem infra daturus sum. Differentiam interea a ceteris exemplaribus circa diaconorum conjugium, quæ in *Canonem Latinorum Codice* a cl. Quesnelio edito, atque

itidem apud S. Martini Bracarenſis *Collectionem*, cernitur, ad diverſitatem potius diſciplinæ quam lectionis referendam eſſe, oſtendit idem Quesnelius *Dissert.* xii. poſt *Leonis M. Opera* collocat. cap. iv. §. 10. pagg. 656, 657. Ipſum vero, quod hoc Canone juſſum eſt, præ ſe fert Canon, qui viciſimus quartus inter *Canones Athanaſii patriarchæ CPol.* recenſetur. Vide Vansleb. *Histoire de l'Eglise d'Alexandrie*, par. v. cap. 3. p. 284. Verum quis fuerit, aut quo tempore vixerit, hic Athanaſius, nescio, quem Vanslebius quidem ex Abulbircato temporibus Imp. Juſtiniani adſcripſit. Certe nullus ejus nominis præſul iis temporibus Conſtantinopoli ſedit. At vero sæculo proxime antecedente præfuit huic ſedi CP. Anatolius, quem dictum eſſe Athanaſium nunc didici ab illuſtri Pocockio in *Indice Personarum Annalibus Eutychiei* præfixo.

CANON XI.

P. 121. l. 6. Τὰς μνηſτευθείſας &c.] *Zonaræ Commentarius*: Καὶ ὁ μέγας Βαſίλειος ἐν εικοſτῷ δευτέρῳ κανόνι αὐτοῦ τὸν ἐξ ἀρπαγῆς ἔχοντα γυναῖκα, μὴ πρότερον παραδέχεſθαι εἰς μετάνοιαν βούλεται, εἰ μὴ ἀφαιρεθῆ ἕξ αὐτοῦ ἡ ἀρπαγείσα, καὶ τῷ μνηſτευſαμένῳ αὐτὴν δοθῆ, εἰ τέως βούλοιο λαβεῖν αὐτήν. οὕτως καὶ τὸν κανόνα τοῦτου νοητέον λέγειν τὸ, ἀποδίδοſθαι τὰς ἀρπαγείſας τοῖς μνηſτευſαμένοις αὐτάς· εἰ αἰροῦντο δηλονότι λαβεῖν αὐτάς. ἄκοντες γὰρ οὐκ ἀναγκαςθήſονται. Eandem cautionem habent Balsamo in *Comment.* Matthæusque Blastares *Lit. A.* cap. xiii. p. 31.

CANON XII.

Ibid. l. 10. Τοὺς πρὸ τοῦ βαπτίſματος τεθυκότας &c.] *Can. Nicæn.* x. *HARDUIN.* *Zonaræ Commentarius*: Τὸ παλαιὸν, τὸ μὲν κήρυγμα ἐδέχοντο οἱ πλείους, καὶ ἐπίſτευον τῷ Χριſτῷ, βαπτίξοſθαι δὲ ὑπερετίθεντο. διὸ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος, καὶ ὁ μέγας Βαſίλειος τοὺς εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα προτρεπτικούς ſυνεγράψαντο λόγους. ἦσαν οὖν ἐν τοῖς καιροῖς τῶν διωγμῶν, τοιοῦτοι πολλοὶ, Χριſτιανοὶ μὲν ὄντες, μὴπω δὲ βαπτιſθέντες. φησὶν οὖν περὶ τούτων ὁ κανὼν, ὅτι ἐάν τινες ἔθυσαν κατα-

σχεθέντες ὡς Χριστιανοί· ἀφώτιστοι δὲ ὄντες μετὰ ταῦτα ἐβαπτίσθησαν· οὐδὲν αὐτοὺς κωλύει τὸ θῆσαι εἰς τὸ προαχθῆναι εἰς τάξιν, τουτέστιν εἰς ἱερωσύνης βαθμόν. τὸ γὰρ ἅγιον βάπτισμα, ἅπαντα τὰ πρῶην μολύσματα ἀπολοῦσαι καὶ ἐκκαθάραι πιστεύεται ὅποια ἂν εἴεν. Cum hoc Canone confer et Can. XIV. ejusd. *Concilii Nicæni*, et Can. IV. *Epistolæ Canonicae Basilii M.* Canonemque item IV. *Commonitorii Theophili Alex.* In sacro autem lavacro ablui atque ignosci hominibus omne peccatum, universa credidit antiquitas.

CANON XIII.

P. 121. l. 14. Χωρεπισκόποις] Ostendit doctissimus Beve-regius uberius hic adnotans, chorepiscopus omnes, sive episcopus in rure constitutos, quamquam iis munerum aliquot episcopalium exercitium canonibus ecclesiasticis aut denegatum fuerit, aut saltem limitibus arete conclusum, revera episcopus fuisse. Vide et Binghami *Orig. Eccl.* lib. ii. cap. 14. Ipse autem Rhabanus Maurus, qui sæculo nono libellum *De Chorepiscopis* conscripsit, causam ipsorum tutatus est, ac munia exposuit; quod quidem opus in tomo octavo *Conciliorum* a Labbæo et Cossartio editorum prius extans, ad finem quoque *Petri de Marca de Concordia Sacerdotii et Imperii* a Baluzio collocatum est; atque ex illo verba apprime digna notatu infra describenda censui ad Canonem XIII. *Concilii Neocæsariensis*, qui quidem canon de Chorepiscopis agit.

Ibid. Χωρεπισκόποις μὴ ἐξείναι &c.] Μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως. Hæc, quam exhibemus, constans est hujus loci lectio, non modo in MS. Bodleiano, sed et in omnibus aliis, tam Balsamonis, quam Zonaræ, sive impressis sive manu exaratis codicibus; nisi quod in Gallandi codice pro πρεσβυτέρους legatur πρεσβύτερον, sensu nihil mutato. Zonaram etiam πρεσβυτέρους legisse ex scholiis ejus patet: Canonem enim ita interpretatur, ac si hic Chorepiscopis interdiceretur presbyteros etiam in urbe aliqua constituere. Μη ἐξείναι αὐτοῖς πρεσβύτερον ἢ διάκονον χειροτονεῖν, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους ἐν πόλει καθιστᾶν. Hanc autem lectionem erroneam esse extra dubium est. Nam in prima canonis

parte vetitum est Chorepiscopis Presbyteros in genere ordinare; ideoque non opus fuit, ut de Presbyteris urbanis mentio fieret: et præterea si nec vicanos Presbyteros constituere poterant, multo magis urbanos ordinare iis non liceret. Alia itaque quærenda est lectio. Et quidem in Joannis Antiocheni Collectione pro *πρεσβυτέροις* scribitur *πρεσβυτέροις*, totum enim canonem sic legit, *χωρεπισκόποις μὴ ἐξείναι πρεσβυτέροις ἢ διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μὴν μηδὲ πρεσβυτέροις πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπήναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμμάτων ἐν ἐκάστη παροικίᾳ*. Joan. Antioch. Coll. Can. tit. 21. Sic etiam vetus interpres Latinus apud Justell. Biblioth. p. 279. can. 12. legisse videtur, cujus versio sic se habet, *Chorepiscopis non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare; sed neque Presbyteris civitatis sine jussione Episcopi; sed cum iisdem literis eundi ad singulas parochias*. Quid sibi velit per ultima verba me fugit. Dionysius Exiguus Græca ista in Joannis Antiocheni Collectione verba rectius sic vertit, *Chorepiscopis non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare, sed nec Presbyteris civitatis, sine præcepto Episcopi vel literis, in unaquaque parochia*. Sed hæc lectio æque mendosa est, atque altera; utpote juxta quam Presbyteris urbanis liceret Presbyteros et Diaconos ordinare, modo Episcopus eos jusserit, quod absurdum est, et anti-quitati inauditum. Quo igitur nos convertemus, ut perplexum hunc dissolvamus nodum? Profecto alia Græca hujus canonis lectio non suppetit; ad Latinas itaque versiones fugiamus necesse est. Et sane Isidorus Mercator scrupulum prorsus amovet, canonem sic vertens, *Vicariis [Vicarios habent codd. Hispanici] Episcoporum, quos Græci Chorepiscopus vocant, non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare: sed nec Presbyteris civitatis sine Episcopi præcepto amplius aliquid imperare, vel sine autoritate literarum ejus in unaquaque parochia aliquid agere*. Et hoc sensu Dionysium Exiguum etiam hunc canonem concepisse, ex Hadriani I. Epitome canonum ex ejus versione collecta constat, in qua sensus hujus canonis sic exprimitur. *Chorepiscopi Presbyterum vel Diaconum non ordinant, nec Presbyter aliquid agat in parochia sine præcepto Episcopi*. Extat

hæc epitome in Conciliorum tom. iii. part. i. sect. 1. p. 428. edit. Colon. an. 1618. Sic etiam Fulgentius Ferrandus Diaconus Carthaginensis, Dionysii Exigui suppar, in breviatione Canonum, ultimam hujus partem Latine sic vertit, *Ut Presbyteri civitatis sine jussu Episcopi nihil jubent, nec in unaquaque parœcia aliquid agant. Concil. Anquiritano* (i. e. Ancyrano) tit. 13. Unde constat aliquid amplius in hoc canone olim extitisse, quam hodie legitur. Neque enim credibile est, ut hi aliquid intersererent, quod in ipso textu non legebant. Ex iis autem sensus canonis clarissimus eliciatur; ut eo nimirum cautum sit, nec Chorepiscopis licere Presbyteros aut Diaconos ordinare; nec Presbyteris civitatis aliquid in Ecclesia agere sine præcepto Episcopi. Ubi etiam ultimo observetur, omnes Latinos interpretes, una cum Joanne Antiocheno, pro ultimis canonis verbis ἐν ἑτέρῃ παροικίᾳ, longe rectius legisse ἐν ἐκάστη παροικίᾳ. Hæc BEVEREGIUS. CUM vero ab eo dissideam de hoc canone, cujus quidem et scriptura et interpretatio cum presbyteralis ordinationis quæstione tam prope conjunguntur, ut de iis exposuerint illustres scriptores Salmasius, Petavius, Hammondus, de Marca, alique; idcirco primum de vera lectione canonis dicere, deinde de ejusdem interpretatione, pluribus, quam congruit in morem meum aut voluntatem, disquirere necesse habeo; quo clarius hoc indicem, nil omnino patrocinari presbyterali ordinationi canonem Ancyranum, etiamsi absit, quod nobis commendat Beveregius, additamentum Latinum; nec bene inde sibi collegisse Blondellum, “presbyterorum collegia, episcopi proprii consensu” munita, cum vero postulante nulla lege divina, sed sola “ecclesiarum cogente necessitate, omnimodam ubivis locorum ordinationum potestatem habuisse.” *Apol. pro Sentent. Hieron.* sect. iii. p. 158.

Vulgo quidem sic Græce editur, Χωρεπισκόπους μὴ ἐξείναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μὴδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπήναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμμάτων ἐν ἑτέρῃ (al. ἐκάστη) παροικίᾳ. Dionysii Exigui *Versio*, sive *Codex Canonum Ecclesiæ Romanæ Vetus*, ita se habet; *Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare, sed*

nec presbyteris civitatis, sine præcepto episcopi, vel litteris, in unaquaque parochia.

Principio igitur id notatum velim, omnes qui partium sunt presbyteranarum, cum Salmasio ipsorum antesignano, verba Græca sine illo Latinorum additamento, quod Beveregius tutatus est, legenda esse statuere; in qua quidem re me sibi consentientem eruditi isti scriptores habent. Sed quænam verba? Ea profecto debent esse, quæ et veteres codices, et recta ratio nobis commendat. In verbis igitur Canonis prioribus, Χωρεπισκόπους (vel verius Χωρεπισκόποις) μὴ ἐξείναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μὴν (μὴν codd. et Joannes Antiochenus addunt) μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, verissimum est, quod affirmat Beveregius, πρεσβυτέρους πόλεως, non quod posuit Salmasius, lib. *De Episcopis et Presbyteris*, pag. 304. πρεσβυτέρους π. perpetuam esse hujus loci lectionem; cujus rei testimoniis jam allatis addere mihi nunc licuit sex *exemplaria* vetusta Bodleiana, dum duo alia, quæ numeris 26. et 625. designantur, ἐπισκόπους aut ἐπισκόπους habent; nullo quidem illorum dativum πρεσβυτέρους præ se ferente. His *sex codicibus* annumeres *Lloydii MStum*, Matthæum Blastarem in *Syntagmate Canonum Alphabet.* omniaque edita *Concilia* atque *Canones*, Arabicumque præterea *Paraphrastem*, et *Rhabanum Maurum*, de quibus infra dicam. Solus, quod sciam, πρεσβυτέρους habet Joannes Antiochenus in *Canonum Digesto*; neque enim diversi esse auctoris puto exemplar Bodleianum 5771. a me alibi commemoratum; neque alio pertinere videtur codex ille vetustissimus a viro doctissimo Herberto Thorndicio in libro Anglica lingua scripto, *De Jure Ecclesiæ in Civitate Christiana*, cap. iii. p. 140. bibliothecæ Bodleianæ esse dictus, quem crediderim ipsum esse ejusdem *Joannis MStum* numero 86. denotatum. Latini quidem canonum interpretes *presbyteris* dandi casum præstant, sed neque eo magis adducor, ut propterea existimem, eos suis in codicibus vocem invenisse πρεσβυτέρους; ponas enim, ut vox prima canonis lecta ab iis fuerit χωρεπισκόπους, quæ pro χωρεπισκόποις sæpenumero, etsi minus recte, scribitur, tum vero licuisset illis verba eodem modo

interpretari, etiamsi *πρεσβυτέρους* revera legerent. Nam hoc posito, non tantum Dionysii Exigui *Interpretationem*, sed et *Priscam* illam *Canonum Versionem* in Justelli *Biblioth. Juris Canon. Vet.* editam, canonem ita Latine reddere, *Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare, sed neque presbyteris civitatis*, Græca possent, prout solent edi, extitisse, *Χωρεπισκόπους μὴ ἐξείναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μηδὲ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ πόλεως*. Interea interpretes isti minus recte nulla eos impellente necessitate *presbyteris* Latine vertebant.

Stabilita autem atque probe fixa lectione *πρεσβυτέρους*, quam tenent cum exemplaria Bodleiana (nam de scriptura *ἐπισκόπους*, vel *ἐπισκόποις*, nemo presbyteranarum quidem partium necum facile certabit) tum canones et concilia edita, atque commentatores Græci; deinceps quomodo constituenda sit vox proxime ante a me memorata, *χωρεπισκόποις*, age jam videamus. Verba si quis inspexerit, non dubito, quin ei lectio potior *χωρεπισκόποις* visa fuerit, quam quidem ego in contextu reposui. Illam *codices Bodleiani* præstant omnes præter unum signatum 205. *Lloydique MStum*, tum vero *Codex Canonum Justellianus*, Joannes Antiochenus cum *impressus* tum *MStus*, probante et Salmasio; alteram vero *χωρεπισκόπους* vulgo tuentur *Conciliorum Canonumque editt.* Beveregiique *Synodicon*.

Jam vero, si illa, quæ sanior, ni fallor, lectio est, *χωρεπισκόποις*, præfertur, dum altera *χωρεπισκόπους*, etsi servetur, veram tamen canonis sententiam facile admittit, emerget verborum sensus ipsam ordinationem presbyteranam hoc quidem canone ablegans atque excludens. Neque hoc Hammondum fugit in *Dissert. iii. Contra Blondel. c. 9*. Immo reapse hanc ipsam canonis faciem, qualis nunc lectori a me sistitur, expressit jam olim vetus Latinus auctor Rhabanus Maurus in libello suo *De Chorepiscopis*, cujus verba, a nemine adhuc, quod sciam, in hac causa adducta, hic proferam. *De Chorepiscopis autem, in Aneyrano concilio ita scriptum est: Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare, sed nec presbyteros civitatis, sine præcepto episcopi vel litteris in unaquaque parochia.*

Attende quod non dicit, chorepiscopis non licere penitus diaconos aut presbyteros ordinare, sed non aliter licere nisi ex præcepto episcopi sui, vel literis, in unaquaque parochia. Sic Rhabanus, qui archiepiscopus sæculo nono fuit Moguntinus, p. 1361. ed. Baluzianæ *Operum Petri de Marca*. Adde quod similiter vel triginta vel forsitan circiter viginti annos post Ancyranos Antiocheni de Chorepiscopis in *Canone X.* hæc statuebant; Εἰδέναι τὰ ἐαυτῶν μέτρα, καὶ διοικεῖν τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἐκκλησίας, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι φροντίδι καὶ κηδεμονίᾳ: καθιστᾶν δὲ ἀναγνώστας καὶ ὑποδιακόνους, καὶ ἐφορκιστὰς, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι προαγωγῇ, μήτε δὲ πρεσβύτερον μήτε διάκονον χειροτονεῖν τολμᾶν, δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, ἢ ὑπόκειται αὐτός τε καὶ ἡ χώρα.

Atque ita res dirimeretur, nisi si ab utraque parte, tam episcopali quam presbyterana, oppositum esset, haud opus fuisse in canone Ancyrano mentione *presbyterorum civitatis*, ut ne illi a chorepiscopis sine episcopi licentia ordinarerentur, cum presbyteri et diaconi in genere, ut loquuntur, ante commemorati fuissent; et præterea, ut rem urget Beveregius, si nec vicanos presbyteros constituere poterant chorepiscopi, multo magis urbanos non licuisset. At vero Beveregio quidem, cui notum, immo, ut ex sui *Synodici* textu constat, prælatum est illud ἀλλὰ μὴν μηδὲ pro ἀλλὰ μηδὲ, vera, ni fallor, utcumque neglecta, loci hujus interpretatio haud obscura esse debuerat. Canon nimirum ait, *Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare, nedum presbyteros civitatis*; nam chorepiscopi nonnulli in id quoque, quod majus est, in presbyterorum civitatis ordinationem involavisse videntur limitum suorum obliti. Neque aliter etiam antiquitus Zonaras canonem exposuit;— ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους ἐν πόλεσι καθιστᾶν, εἰ γὰρ ἐν ταῖς χώραις ἐν αἷς ἐπισκοποῦσιν οὐ δύνανται χειροτονεῖν τοὺς εἰρημένους, ΜΑΛΛΟΝ ἐν πόλεσι τοῦτο ποιεῖν κωλύονται. Particulam interea μὴν in isto ἀλλὰ μὴν μηδὲ, rem additam vel acrius prohibentem, agnoscunt *scripti Bodleiani omnes*, Joannesque Antiochenus, etsi *edita Concilia* atque *Canones* eandem omittunt. Porro exempli gratia, similiter scribit Eriphanus in *Hæres.* lxxix. num. 5. Ποῖος προφητῶν ἐπέτρεψεν ἄνθρωπον προσκυνεῖσθαι, οὐ μὴν γυναῖκα λέγειν; pag.

1062. ed. Petavii, ubi a minore ad majus proceditur. Et nunc demum Thorndicium, quem supra memoravi, video in libro suo *De Ratione ac Jure Finiendi Controversias Ecclesiæ* cap. xx. p. 360. ut huic canoni addendum esse τὸ πρᾶττειν ostendat, etsi frustra id, opinor, conatus est, ita scribentem; “Manifesto absurdum, majus esse, presbyteros urbicos, “quam chorepiscopos, ordinandis presbyteris diaconisque “prohiberi; quod illa innunt ἀλλὰ μὴν μηδέ.” Sic ille, quasi vere scriptum esset πρεσβυτέροις πόλεως. Immo dubito, an cum ipso illo τὸ πρᾶττειν, quod Thorndicius aliique volunt addere, hæc quidem particulæ satis bene constarent. Sed hoc obiter. Interim hæc formula Zonaras, ἀλλὰ μὴν μηδέ, rem subjectam eo acrius prohibente usus est in *Scholio ad Canonem xxv. Concil. Carthag.* cujus verba infra describam.

Verum enimvero fere omnes, jura qui tuentur episcopalia, dum difficultati illi ex urbicorum presbyterorum mentione oriri visæ, non tantum ab adversariis, sed etiam a se ipsis propositæ, satisfacere cupiunt, tanquam coacti necessitate aliqua, quippe cum probe scirent ordines sacros a presbyteris in antiqua ecclesia nunquam conferri solitos, ad additamenta nonnullorum veterum interpretum Latinorum confugere voluerunt. Post illa nimirum, *Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare*, habet Isidori *Versio*, ut supra monuit Beveregius, *sed nec presbyteris civitatis sine episcopi præcepto* amplius aliquid imperare, vel sine auctoritate literarum ejus *in unaquaque parochia* aliquid agere. Variantur verba in *aliis Collectionibus Canonum Latinis*.

Ubi primo illud monendum est, hujus additamenti nec volam nec vestigium in ullo Græco canonum vel exemplari, vel digesto, vel demum expositione, deprehendi posse. Ad commentatores, sive expositores, quod attinet, exemplo sit Aristenus, qui ad veterem *Synopsin Canonum* cum editatum in *MSto Bodl.* 264. extantem, ubi positum erat, Χωρεπίσκοπος οὐ χειροτονεῖ ἄνευ ἐπιτροπῆς ἐπισκόπου, hæc tantum habet, Ὁ μὲν κανὼν οὗτος ἀδιαστίκτως τοὺς χωρεπισκόπους κωλύει χειροτονεῖν ἄνευ ἐπιτροπῆς ἐπισκόπου. De actu aliquo presbyterorum civitatis prorsus nihil. Adde quod in hunc modum canonem exposuit MS. Bodl. Arabicus a Thorn-

dicio, *De Jure Ecclesiæ in Civit. Christiana* cap. 3. et ab Hammondo in *Dissert. iii. Contra Blondel.* cap. 8. commemoratus. Haud permissum esse chorepiscopis, ait Arabicus Paraphrastes, *ut faciant presbyteros aut diaconos omnino, neque in villa neque in urbe, absque mandato episcopi: Nisi rogatus fuerit episcopus hac de re, et permiserit eis ut faciant eos, necnon scripserit eis scriptum, quod auctoritatem dabit eis eadem de re.* Sic ille, qui canonem ob oculos profecto haberet, nihil omnino ab illo a me proposito discrepantem.

Deinde vero de ipsis Latinis versionibus, quas viri doctissimi appellant, disquiramus. In *Prisca illa Canonum Versione* ex Ch. Justelli bibliotheca edita, quæque ante *Dionysii Exigui Interpretationem* confecta fuisse videtur, additamentum non comparet. Neque in ipsius quoque *Dionysianæ Versionis*, quæ *Codex Canonum Ecclesiæ Romanæ* vulgo dicta est, *editionibus* vel *Vendelstiniana*. quæ princeps est, vel *Pithæana*, vel *Justelliana*, idem illud sistitur. Fateor Fulgentium Ferrandum, qui paulo post Dionysium Exiguum floruit, in *Breviatione Canonum Latina* clausulam agnoscere; quam in hunc modum Græce refigere sibi proposuit Hammondus, ubi supra, in cap. 9.—*ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, μετὰ γραμμάτων, πράττειν τι ἐν ἐκείτῃ παροικίᾳ.* Ita vero vix salva foret chorepiscopis sua potestas ordinandi presbyteros et diaconos permittente episcopo. Sed pergo. Concedendum id quoque est, brevem quandam *Epitomen Canonum* ab Hadriano I. existente sæculo octavo Carolo Magno Romæ oblatorum additamento huic patrocinari, quæ istud habeat, *nec presbyter* aliquid agat *in parochia* sine præcepto episcopi. At vero quinquaginta et amplius annos ante Hadrianum, qui quidem pontifex Romanus duobus plus sæculis Dionysium secutus est, Cresconius Africanus episcopus in *Concordia* sua *Canonum* iisdem prorsus verbis canonem adduxerat, quibus extat ille in *Codice Ecclesiæ Romanæ* Dionysiano. Neque aliud sæculo proxime sequente, hoc est nonum, fecit Rhabanus Maurus; at voce tamen *presbyteros*, ut ostendi, non *presbyteris* cum voce *civitatis* posita. Verum hercle non adeo miramur additionem

istam a Ferrando sancitam, quæ nonnihil variata in *Isidori Collectione*, et in *Codice Canonum* ex duobus MSStis a Quesnelio edito, in *Capitulari* quoque *Aquisgranensi Caroli M.* compareret. Quî enim id ferri posset, ut renitente omni antiquitate presbyteri permissu episcopali, vel quovis alio prætextu, sacros unquam contulisse ordines existimarentur? At prava tamen interpretatio canonis presbyteris illud asserebat. Hinc deesse aliquid in codicibus suis alii Latini interpretes colligebant, atque ita supplere pergebant ipsum illud, quod cum aliis quidem canonibus et disciplina ecclesiastica bene congrueret. Et hujusmodi interdum nobis occurrunt canonum additamenta vel a conciliis sequentibus, vel a collectoribus, vel etiam ab interpretibus profecta. Simili etiam de causa adducti esse videntur, ut idem hac de re statuerent auctores recentiores, Hammondus, Petrus de Marca, Thorndicius, Cabassutius, Binghamus, Johnsonus, alii; dum Petavius, alia ratione rem medicari gestiens, verba, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, potius resecauda et expungenda jubet, in *Notis ad Eriphanium*, tom. ii. p. 277. Eodemque, ni fallor, spectat varietas illa *duorum codicum* in bibliotheca Bodleiana *MSSorum* 26 et 625. olim *Rawlinson*. quam ante commemoravi; præ se ferente altero eorundem codicum ἐπισκόποις πόλεως pro πρεσβυτέρους π. altero autem accusativum ἐπισκόπους, sed illum postea mutatum in dandi casum ἐπισκόποις, ad cujus tamen codicis oram lectio vera πρεσβυτέρους exarata est. Nec multum diversi generis est Scholium in *cod.* 3385. extans, "Ὅτι οὐκ ἔξεστιν χωρεπισκόπους χειροτονεῖν ἄλλους, οὐδὲ ἐπισκόπους, ἐν ἑτέρα παροικία. Sed in *scriptis* illis 26. et 625. ἐκάστη non ἑτέρα positum est.

Jam vero mihi compertum est, Fratres celebres Ballerinius, aliosque viros doctos, judicasse multis collatis vetustissimis canonum collectionibus interpretationem, quæ Isidoriana ideo vocari solet, quod in *Collectione Isidori* extitit, et in qua conspicitur additamentum, tempora Pseudo-Isidori præcessisse, atque etiam duabus alteris versionibus Prisca et Dionysiana antiquiorem esse; statutibus præterea Balleriniis, eandem præ oculis fuisse

Ferrando in *Concordia seu Breviatione sua Canonum*. Vid. Tractat. ipsorum de *Antiq. Canonum Collectionibus et Collectoribus*. P. IV. cap. 1. alibique.

Hoc tamen haud obstante, etsi ponas vetustiore esse ceteris interpretationem Isidorianam, standum esse videtur fide Græcorum codicum ac magnæ partis Latinarum Versionum, idque faciendum meo quidem iudicio omnia nobis persuadent. Neque aliter de additamento isto iudicabat vir cl. Hen. Dodwellus, etsi alia quidem via aggressus est difficultati occurrere, quæ, prout luculenter ostendit epistola Thomæ Barlovii episcopi Lincolnienſis ad Uſſerium, (*Epp. Uſſerian.* cexxii. p. 519.) diu et magnopere torserat eruditos. Dodwellus enim, ut auctor est Fr. Brokesby in *Hist. vernaculâ linguâ scripta Regiminis Ecclesie Primitivæ*, Canonem ita exponendum duxit. “*Chorepiscopo non licere presbyteros aut diaconos ordinare, ne presbyteros quidem urbis* (h. e. κωμοπόλεως, oppidi vel urbis alii subditæ, “*voce* habes in S. Marci *Evang.* i. 38.) *in aliena ditione* (h. e. aliûs chorepiscopi) *sine venia episcopi* (h. e. “*episcopi urbis ad quam ambo chorepiscopi pertinebant*) *litteris ejus testata.*” cap. xiii. p. 200. Hæc excogitavit, teste amico ejus Francisco illo Brokesby, viri clari ingenio et doctrina insignis Samuelis Parr abavo, eruditissimus Dodwellus, lectione quidem ἐν ἑτέρῃ παροικίᾳ pro ἐν ἐκάστη π. prælata, sed additamento, ut dixi, Latinarum prorsus excluso; et post sensi Blastarem, qui sæculo decimo quarto *Syntagma Canonum* conscripsit, in hac eadem interpretatione, ut verisimile est, Dodwello ob oculos fuisse ac prævisse. Τὰ αὐτὰ, inquit, καὶ ὁ γ'. τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ διέξεισι, πρεσβυτέρους ἢ διακόνους τὸν χωρεπίσκοπον μὴ χειροτονεῖν· εἰ δὲ διὰ γραμμάτων τοῦ ἐπισκόπου ἐπιτραπέη, πρεσβύτερον καὶ ἐν ἑτέρῃ χειροτονήσει ΚΩΜΗ, Lit. E. cap. xxxi. pag 133. in Beveregii *Synodico*. Hæc scripsit ille propter lectionem variantem ἑτέρῃ, de qua mox infra, sed ἀπροσδιόνυσα, opinor.

Ceterum haud diu postquam ea, quæ de canone hoc Ancyrano disputata sunt, in publicum emiseram, pervenit ad manus meas liber ex Germania recenter advectus, quo conspecto bene erat, me meam deprehendere de canonis

scriptura et expositione sententiam fide ac iudicio ecclesiae Graecae confirmatam. Etenim in illa *Συναγωγῆ* atque interpretatione *Canonum Ecclesiae Uniuersorum*, quae dicta nomine *Pedalium* auctoritate Graecorum praesulum anno primo hujus saeculi Lipsiae typis impressa est, comparebant uerba canonis a me vindicata ac demum recepta. Χωρεπισκόποις μὴ ἐξείναι, πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν ἀλλὰ μὴν μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ κ.τ.λ. Haec praeterea in *Pedalio* apposita est interpretatio communi dialecto scripta.—οὔτε εἰς τὴν χώραν αὐτῶν δύνανται (οἱ χωρεπίσκοποι) τοὺς τοιοῦτους νὰ χειροτονοῦν, εἰ μὴ μόνον ὑποδιακόνους, ἀναγνώστας, καὶ ἐφορκιστὰς, κατὰ τὸν ἰ. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, πόσω μάλλον δὲν δύνανται εἰς ἄλλην; (habet *Pedalium* ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ pro ἐν ἐκάστῃ π.) ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως νὰ χειροτονοῦν, ἐνθα οἰκεῖ ὁ κυρίως ἐπίσκοπος χωρὶς τῆς ἐγγράφου τούτου ἀδείας. Et ima pagina post memoratam illam Joannis Antiocheni, aliorumque plurium, lectionem, ἐν ἐκάστῃ pro ἐν ἑτερεῇ παροικίᾳ aunotatum est istud. Καὶ λοιπὸν κατὰ τοῦτον, ὁ παρῶν κανὼν διορίζει, ὅτι εἰς κάθου ἐπαρχίαν δὲν δύνανται οἱ χωρεπίσκοποι νὰ χειροτονοῦν πρεσβυτέρους χώρας καὶ πόλεως, ἢ διακόνους, χωρὶς τὴν ἐγγραφὸν ἀδειαν τοῦ καθ' αὐτὸ ἐπισκόπου. Videnda et quae posita est in hoc Synodico octavi canonis Niceni Concilii expositio, p. 86. Itaque solvi videtur, quod ductum est ex canone Aneyrano pro ordinatione presbyterali argumentum. Restat, ut de formula in eo adhibita plus aliquid dicam. Ἄλλὰ μὴν μηδὲ quod *nedum* ualet, remque subjectam eo acrius prohibet, praestat, ut dixi, Zonaras in Scholio ad Canonem XXV. *Concilii Carthag.* his uerbis. Τοῦτο οὖν καὶ παρῶν κελεύει κανὼν, λέγων τοὺς ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς μηδένα αἰρετικὸν ἢ ἄπιστον συνεισάγειν εἰς κληρονομίαν ἢ ληγάτον Χριστιανῶ, καὶν εἴεν ἴσως συγγενεῖς ἢ τοῦ διαθεμένου ἢ τοῦ κληρονομοῦ οἱ αἰρετικοὶ καὶ οἱ ἄπιστοι, ἌΛΛΑ ΜΗΝ ΜΗΔΕ δωρεῖσθαι αὐτοῖς τινὰ ἐκ τῶν οἰκείων πραγμάτων (τοὺς ἐπισκόπους ἢ κληρικούς.) p. 413. ed. Paris. Aliud praeterea exemplum extat connubii harum particularum in *Constitutionibus Apostolicis* Lib. II. c. 45. p. 193. ed. Cotelerii. Εἰ ἐκ τινος ἐνεργείας, ἢ πειρασμοῦ, inquirunt personati apostoli, ἐπισυμβῆναι τινὲ πρᾶγμα, σπουδαζέτω διαλύεσθαι

αὐτὸ, καὶν δέη βλαβήναι τί καὶ μὴ ἐρχέσθω ἐπὶ κριτήριον ἔθνικόν. ἌΛΛΑ ΜΗΝ ΜΗΔΕ ἀνέχεσθε κοσμικοὺς ἄρχοντας κατὰ τῶν ἡμετέρων δικάζειν.

P. 121. l. 17. ἐν ἐκάστη παροιμία] *Vulgo ἐν ἐτέρῳ, faventibus quidem Bodleianis sex MSSis Blastarisque Syntagmate. Quibus nunc addendi sunt Canones Arabici in cod. MS. Roe. 26. et Pedalium Græcorum, cujus tamen margini adposita est ab editoribus ex Joanne Antiocheno sumpta altera scriptura ἐκάστη. Et hæc lectio, quam in textum ego recepi, in duobus codicibus Bodl. 26. et 625. Rawl. Joanne Antiocheno tam edito quam scripto, margine Codicis Canonum Justelliani, Zonaræ, et fortasse Balsamonis, Commentario, in omnibus denique versionibus Latinis extat; tum vero probatur Salmasio in lib. De Episcopis et Presbyteris, cap. v. pag. 303. Petro de Marca De Concordia Sacerdotii et Imperii, lib. ii. cap. 14. pag. 177. Hammond, ubi supra, Thorndicio De Ratione ac Jure &c. cap. xx. p. 360. et 371. Beveregioque. Conferas et finem Canonis X. Concilii Antiocheni jam adducti p. 149. Etiamsi vero altera præferatur lectio, tamen nulla in re momenti aliquid habente labefactabitur interpretatio, quæ hujus Canonis in superioribus est stabilita.*

Ibid. l. 17. παροιμία] Accipe Zonaræ Balsamonisque in Canonem Commentarios. Zonaras ait: Ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου δέκατος κανὼν τὰ αὐτὰ περὶ τῶν χωρεπισκόπων ὀρίζει, ἀπαγορεύων αὐτοῖς χειροτονίαν πρεσβυτέρου ἢ διακόνου, μόνους δὲ ἐπιτρέπων χειροτονεῖν ὑποδιακόνους καὶ ἀναγνώστας, καὶ ἐφορκιστάς· ἄνευ δὲ ἐπιτροπῆς τῶν ἐπισκόπων οἷς ὑπόκεινται, μὴ ἐξείναι αὐτοῖς πρεσβύτερον ἢ διάκονον χειροτονεῖν, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους ἐν πόλεσι καθιστᾶν· εἰ γὰρ ἐν τοῖς χώραις, ἐν αἷς ἐπισκοποῦσιν, οὐ δύνανται χειροτονεῖν τοὺς εἰρημένους, μᾶλλον ἐν πόλεσι τοῦτο ποιεῖν κωλύονται, τὴν δὲ ἐπιτροπὴν βούλεται ὁ κανὼν διὰ γραμμάτων γίνεσθαι, ἥτοι ἔγγραφον, ἵνα μή τις εἴη περὶ τούτου ἀμφιβολία, τοῦ μὲν χωρεπισκόπου λέγοντος ἐπιτραπῆναι, τοῦ δὲ ἐπισκόπου ἀρνούμενου ἴσως, ἢ διὰ λήθην ἢ ἄλλως. Balsamo: Εἰ θέλεις μαθεῖν τίνες εἰσὶν οἱ χωρεπίσκοποι καὶ τίνα τὰ τούτων προνόμια, ἀνάγνωθι τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνα γ'. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ κανόνα ι'. καὶ τὴν

πρὸς τοὺς χωρέπισκόπους ἐπιστολὴν τοῦ ἁγίου Βασιλείου. διορίζονται δὲ καὶ οἱ τῆς παρουσίας συνόδου πατέρες, μὴ χειροτονεῖν χωρεπίσκοπον πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χωρὶς ἐγγράφου ἐπιστολῆς τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου, ἀλλὰ μὴδὲ πρεσβύτερον πόλεως. περὶ μέντοι τοῦ παρόντος κανόνος ἠθέλωμεν γράψαι τινά· ἐπεὶ δὲ ὁ τῶν χωρεπισκόπων βαθμὸς παντελῶς ἠπράκτησεν, οὐδὲ ἡμεῖς ματαιοπονῆσαι ἠθελήσαμεν. *Aristeni Scholium* jam attuli pag. 150. Addiderat vero et hæc Aristenus, post adnotata nonnulla de Canone X. *Concilii Antioch. Epistolaque S. Basili M.* quæ de Chorepiscopis est, Χωρεπίσκοποι δὲ εἰσιν, οἱ σήμερον ἐν ταῖς κώμαις καὶ χώραις πρωτοπαπάδες λεγόμενοι. Balsamo autem, quo paulo antiquiorem Aristenum fuisse censet Beveregius, commentarium suum senescente sæculo duodecimo scripsisse ab eodem ostenditur. Vid. Prolegomena *Synodici*, §. xiv. p. x. et §. xxviii. p. xviii. Interea protopapæ apud Græcos non, ut priores chorepiscopi, veri episcopi existunt. Cum vero inter Latinos chorepiscoporum ordo diu receptus esset, sæculo undecimo idem adhuc permansisse atque extitisse in Anglia videtur; sed tamen a primævo ordine chorepiscoporum valde mutatus, qui episcopi rurales, magis quam episcoporum urbicorum vicarii fuerunt. Posteris temporibus, referente H. Whartono in libro *De Episcopis Londinensibus &c.* p. 124. anno. 1331. Stephani episcopi chorepiscopus, seu suffraganeus, fuit Petrus Corbanensis, vel Corbariensis, qui multorum episcoporum provinciæ Cantuariensis supplebat officium, in ordinibus celebrandis, ecclesiis dedicandis, ceterisque omnibus ad ministerium episcopi spectantibus. Et hi omnes iis temporibus episcopi *in partibus* appellari consueverunt, ductis titulis ab exterarum gentium urbibus et oppidis. Inter codices quoque MSStos Bibliothecæ Lambethanæ, quos primus omnium orbi notos fecit Suttonus archiepiscopus, cum numerum eorum munificentissime auxisset, extare dicitur pag. 80. *Catalogi, Indiculus Chorepiscoporum seu Suffraganeorum Episcop. Diocesis Cantuar. aliarumque*; confer et pag. 81. Ipse vero hic index a doctissimo illo Whartono olim confectus ab Andrea Ducarello, ut nunc compertum habeo, anno 1785. juris publici factus fuerat.

Ad hæc celebres sunt episcopi suffraganei, quos in viginti sex oppidis lex Henrici octavi constituebat. Quæ quidem lex, ut obiter id notem, in aliquod tempus obtinuisse videtur, decem enim virorum inveni nomina, *Mannynq, Salisbury, Thornden, Rogers, Hodgkins, Byrde, Thomas, Holbeach, Barnes, Sterne*, qui temporibus vel ejusdem Henrici vel liberorum ejus suffraganei episcopi fuerunt; scilicet *Gippesvicensis, Thetfordiensis, Dubrensis, Bedfordiensis, Penrithensis, Shrewsburiensis, Bristolensis, Nottinghamiensis, Colcestriensis* suffraganei vocati; quorum duo ultimi, perinde ac Rogers prius nominatus, Elizabetha regnante constituti sunt. Sternium quidem memorat Collier. in *Hist. Eccles. Britan.* vol. ii. lib. vii. pag. 637. de Barnesio vero agit Antonius Wood, *Athen. Oxon.* vol. i. p. 708. *Moore* regnante Henrico suffraganeum *Colcestriensem* nunc ceteris addo. Immo duos vel tres alios commemoratos video in Ducarelli et Lewisii libello modo indicato, cui titulus, *Some Account of Suffragan Bishops in England*, mihi nuper visus, quocum conferas velim, quæ hic annotavi.

CANON XIV.

P. 122. l. 2. *πρεσβυτέρους ἢ διακόνους ὄντας*] Can. Gangr. II. HARDUIN. Pertinent hi canones ad agapas, quæ vocantur. Ait Balsamo in *Comment.* ἐπεὶ δὲ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων μόνων ἐμνήσθη ὁ παρῶν κανῶν, ὁ δὲ ῥηθεὶς ἀποστολικὸς κανὼν πάντων τῶν ἀνθρώπων μέμνηται, ὀφείλεις καὶ σὺ τὰ ἐνταῦθα διορισθέντα εἰς πάντας ἐλκύσαι. Conferas 51. et 53. *Canones*, qui *Apostolorum* dicuntur, Eneratitarum quidem hæreticorum dogmatibus, ut ex Irenæo liquet lib. i. cap. 28. vel 30. oppositos, sed fortasse contra simillima Manichæorum scita præsertim constitutos, quæ sub finem sæculi tertii in imperium Romanum irruerant. Immo vero apostolicis quoque temporibus hujusmodi opiniones extiterunt, quas confutavit S. Paulus in *Ep. priore ad Timotheum*, cap. 4.

Ibid. l. 3. *ἐφάπτεσθαι*] Matthæus Blastares *Syntagm.* Lit. B. cap. ix. p. 55. Ὁ δὲ τῆς ἐν Ἀγκύρῃ ἰδ'. τοῖς τῶν κρεῶν ἀπεχομένοις δι' ἄσκησις, γενέσθαι (γεύεσθαι) μόνον ἐπὶ

τῶν συνάξεων παρεγγῆται. Similiter exponentem Zonaram mox videbis. Qui et ἐγκρατεύεσθαι habet, dum *continere* vetus Interpres pro κρατεῖν ἐαυτῶν ponit.

P. 122. l. 4. εἰ δὲ βδελύσσονται] Veram hanc lectionem ex tribus restitui *codicibus* vetustissimis 26. et 625. et 3385. Joannisque Antiocheni *Collectione* cum edita tum *scripta*, atque *Interpretibus Latinis*. *Vulgo* editum est εἰ δὲ βούλωτο, quod etiam in uno *codice* 715. exaratum est, et a Græcis quidem commentatoribus valde coacto sensu explicatur. Quod autem in ceteris extat scriptis meis, a Beveregioque et in *Pedagio* editum est, εἰ δὲ μὴ βούλωτο, id ex lectione jam corrupta ortum fuit. In altero quoque Joannis Antioch. *codice MS. Bodleiano*, qui num. 86. signatur, habetur idem, ad oram tamen ejus ἢ βδελύσσονται rescribitur. Atque *codex* 205. in quo εἰ δὲ μὴ βούλωτο legitur, verba ὡς μηδὲ emendandi loci causâ omittit. Sed profecto sic incipit *Apostolicus Canon* LIII. Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν καὶ οἴνου ΒΔΕΛΥΣΣΟΜΕΝΟΣ, καὶ οὐ δι' ἄσκησιν, καθαιρείσθω. *Concilium* porro *Bracarense*, in Hispania medio sæculo sexto habitum, canonem Ancyranum hoc modo imitatum est: *Si quis immundos putat cibos carniū, quos Deus in usus hominum dedit, et non propter afflictionem corporis, SED QUASI IMMUNDITIAM PUTANS, ita abstineat ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus prægustet, sicut Manichæus et Priscillianistæ dixerunt, sit anathema*, cap. xiv. Confer ejusd. *Concil. de Disciplina Eccles.* Capit. xiv. Ceterum, ut ait Eriphanius, *Hæres.* xlviii. num. 8. αἱ πλείους τῶν αἰρέσεων τούτων, τοῦ γαμῆν κωλύουσιν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων παραγγέλλουσιν, οὐχ ἕνεκεν πολιτείας προτροπόμενοι, οὐχ ἕνεκεν ἀρετῆς μείζονος, καὶ βραβείων, καὶ στεφάνων, ἀλλὰ βδελυκτὰ τὰ ὑπὸ τοῦ Κυρίου γεγενημένα ἡγούμενοι. pag. 410. ed. Petavii. Similiter Gennadius in libello *De Eccles. Dogmatibus*; *Malas dicere nuptias, vel fornicationi comparandas aut stupro*; *cibos quoque credere malos, vel malitias causare percipientibus, non est Christianorum, sed proprie Hierachitarum, et Manichæorum*, cap. 67; jamque ante dixerat, *abstinere ab aliquibus non quasi malis, sed quasi non necessariis non est malum.*

Moderari vero eorum usum pro necessitate et tempore, proprie Christianorum est.

P. 122. l. 5. καὶ μὴ] Sic edidi e *septem codicibus scriptis* atque Joanne Antioch. *Vulgo καὶ εἰ μὴ, Beveregius καὶ μηδὲ, ex codice forsan 205.*

Ibid. l. 7. τάξεως] Zonaræ *Commentarius*: Ἐν πεντηκοστῷ τρίτῳ κατόνι οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι διετάξαντο, τοὺς μὴ μεταλαμβάνοντας κρεῶν καὶ οἴνου ἐπισκόπους ἢ πρεσβυτέρους ἢ διακόνους, ὡς βδελυσομένους αὐτὰ, καὶ οὐ δι' ἄσκησιν, καθαιρεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ εἰκὸς ἦν τινὰς βδελυττομένους τὸ κρέας, καὶ τὸν οἶνον, ἀπέχεσθαι αὐτῶν, λέγειν δὲ ὅτι, δι' ἄσκησιν αὐτῶν ἀπεχόμεθα, ὥρισεν ἡ συνόδος αὕτη, ἄπτεσθαι τῶν κρεῶν τοὺς ἀπεχομένους αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ ἀπογεύεσθαι αὐτῶν, κατὰ τινὰς καιροὺς συνάξεων, καὶ οὕτως, αἰθὶς εἰ βούλονται ἐγκρατεῦεσθαι. εἰ δὲ οὕτως βούλονται ἀπέχεσθαι αὐτῶν, ὡς μηδὲ λάχανα μετὰ κρεῶν ἐψόμενα ἐσθίειν, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς τάξεως, τουτέστιν ἐξωθεῖσθαι τοῦ βαθμοῦ καὶ τῆς τιμῆς ἐν ἧ' τυγχάνουσιν ὄντες.

CANON XV.

Ibid. l. 10. ἀνακαλεῖσθαι] *Vulgo ἀναβαλεῖσθαι. Sed ἀνακαλεῖσθαι, quod ad marg. editt. Labbæan. et Harduin. Concilior. legendum proponitur, quodque edidit Beveregius, habent Codex Canonum Justellianus, Joannes Antioch. MS. etsi extat in edito Joanne ἀνακαλεῖσθω, omnesque scripti Bodd. et Commentatores, Versionesque. Nunc addas Pedaliū Venetamque Syllogē.*

Ibid. τὸ κυριακόν] Κυριακὸν est sacra Deo ædes. *Domini-cum appellat Idatius in Fastis. HARDUIN.*

Ibid. l. 12. ἀπολαβεῖν] Fortasse legibus civilibus Christianæ religioni nunc faventibus haud necesse fuit emptores istos, ut olim putavi, Christianos extitisse, ut obstringi possent auctoritate concilii.

Ibid. l. 13. τὴν πρόσδορον] Hoc quoque pro *vulgato τὴν εἴσοδον* recte posuerat Beveregius, firmantibus *scriptis meis omnibus*, Joanne Antioch. *Codicisque Canonum Justelliani Margine*, et faventibus Zonara ac Blastare. Idemque verbum in eadem re adhibet Concilium Chalcedonis *Canone*

XXV. Illud autem αὐτοῖς τούτοις de rebus venditis dici videtur. Conferas cum verbis canonis *Act. Apost.* iv. 34.

P. 122. l. 14. τιμήν] Zonaræ *Commentarius*: 'Ἐὰν μὴ ὄντος ἐπισκόπου ἐκποιήσωνται τινα τῶν διαφερόντων ἀκινήτων τῇ ἐκκλησίᾳ οἱ τοῦ κλήρου, διὰ τινα ἴσως κατεπέιγουσαν χρεῖαν· διὰ γὰρ τῶν πρεσβυτέρων τὸν κλῆρον ἠνίξατο ὁ κανὼν, μνησθεὶς αὐτῶν τὸ ὑπερέχον τοῦ βαθμοῦ· ἀνακαλεῖσθαι ταῦτα δύναται ἡ ἐκκλησία, ἥτοι ὁ ἐπίσκοπος. οὐ τῇ κρίσει ἀνατίθησιν ὁ κανὼν δοκιμάσαι, εἰ χρὴ ἀντιστραφῆναι τὸ τίμημα, ἢ μή. ἴσως γὰρ εὐπρόσοδον ὄν τὸ ἀκίνητον περιποιήσατο τῷ ἀγοραστῇ πλείονα τὴν τιμήν. ὁ δὲ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου εἰκοστὸς ἕκτος κανὼν ἀπρόσοδα ἀκίνητα δίδωσιν ἐκποιεῖσθαι, ἀνάγκης ἐπικειμένης, ἀλλὰ καὶ τὰ τοιαῦτα μετὰ διαστίξεως. Similiter interpretati Canonem sunt Balsamo Blastaresque. Neque alia suadet jus et æquum, cum non liceret sede vacante, nisi existente necessitate, res distrahi ecclesiasticas.

CANON XVI.

Ibid. l. 16. τῶν ἀλογευσαμένων] Interpretati sunt S. Martinus Bracarensis in *Collectione Canonum Quorundam* apud *Juris Canon. Vet. Biblioth.* p. xxxi. Zonaras, Balsamo, Blastaresque, de ζωοφθορίᾳ tantum; sed simul cum illa τὴν μετὰ ἀρρένων ἀσχημοσύνην Aristenus et alii, sicut et aliquot *Latinæ Versiones*, conjunxerunt.

Ibid. ἢ καὶ ἀλογενομένων] *Vel etiam in scelere suo perstantium.* Confer *Heb.* vi. 10. διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις καὶ διακονοῦντες, *Vulgat. qui ministrastis sanctis, et ministratis.* Et S. Justin. M. in *Dialogo* cum *Tryphone*,—καὶ μάλιστα τοὺς ἐν ταῖς συναγωγαῖς καταναθεματίσαντας καὶ καταναθεματίζοντας ἐπ' αὐτὸν Χριστόν. §. 47. ed. *Benedictin.* Cum vero omittat particulam καὶ *codex Bodd.* 3385. forte quis suspicietur, hoc membrum, ἢ ἀλογενομένων, varietatem tantum lectionis esse ex margine devectam. Certe id nesciunt *Prisca Latina Versio* ex bibliotheca cl. Justelli edita et S. Martinus Bracarensis, ubi supra. Verumtamen neque de hac clausula, neque de illa ἥτοι λεπρώσαντας in Canone proxime sequente, ita ego velim statuere.

P. 123. l. 5. κατικόρως] MSS. Amerbachianus et Ætoni-

ensis pro *κατακόρως* legunt *κακούργως*. Sed Joannes Antiochenus una cum Parisiensi Balsamonis editione Bodleianæ nostræ (codicis 205.) veræque lectioni suffragantur. Juxta quam etiam vetus interpres hæc verba reddit, *Si autem incessanter ad peccandum perseverarint*. Et Dionysius Exiguus vertit, *Quod si inexplebiliter his hæsere criminibus*. Sed Gentianus Hervetus in codice Tiliiano *κακούργως* legisse videtur; vertit enim, *si qui autem improbe ac maligne in peccatis fuerunt*. BEVEREG. Nulla hic differentia aut in editionibus quas vidi *Conciliarum Canonum*que, aut in *codicibus scriptis Bodleianis* mihi occurrit, qui quidem omnes sicut *Lloydii MS.* *κατακόρως* præstant. Immo Tilius in *Canonibus*, quos ex codice suo Græcæ edidit, idem posuerat.

P. 123. l. 9. *ὑποπεσόντες κοινωνίας τ.] Ὑποπεσέτωσαν καὶ κοινωνίας τυγχανέτωσαν*. Sic etiam MS. *Ætoniensis* una cum Parisiensibus Balsamonis et Zonaræ editionibus legit: sed Joannes Antiochenus, et MSS. Amerbachianus et Gallandi, rectius legunt, *ὑποπεσόντες κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχὰς, ραενitudinem gerentes in communionem suscipiantur orationum*, ut vertit Dionysius Exiguus. BEVEREG. Qui, ut ceteri, in textu habet suo *ὑπ. καὶ κοιν. τ.* Cum vero in altera lectione simul convenerint *codices omnes Bodleiani*, testesque illi a Beveregio citati, necnon *Lloydii MS.* atque *Pedalium*, recipiendam ego in contextum eandem duxi.

Ibid. l. 13. *τῆς κοινωνίας]* Τοὺς ζώοις ἀλόγοις συμφθαρέντας οὐχ ὁμοίως πάντας οἰκονομείσθαι ὁ κανὼν διατάττεται, ἀλλὰ διαφορὰς ποιεῖται κατὰ τὰς ἡλικίας αὐτῶν. τοὺς μὲν γὰρ μήπω τὸν εἰκοστὸν φθάσαντας χρόνον πεντεκαίδεκα ἔτη βούλεται ὑποπίπτειν, εἶτα ἐν ἄλλοις πέντε ἔτεσι κοινωνεῖν τοῖς πιστοῖς τῶν εὐχῶν, ἀντὶ τοῦ συνίστασθαι αὐτοῖς καὶ συνεύχεσθαι, καὶ μετὰ τὰ πέντε ἔτη τῆς συστάσεως, μεταλαμβάνειν καὶ τῶν θείων δωρεῶν. Hæc Zonaras in *Comment.*

CANON XVII.

Ibid. l. 16. *καὶ λέπρους ὄντας]* Est exponendum de lepra affectis, qui hoc seclus patravissent, uti interpretata est vetus illa *Canonum Synopsis*, ad quam commentatus est

Aristenus; haud cum ceteris Scholiastis metaphorice intelligendum. Pertinet autem ad monstrosam horum miserorum ac desertorum hominum libidinem tertia fabula tertii libri *Fabularum Phædri*. Ac tandem vidi de canonis interpretatione mecum consentientem Petrum de Marca in ejusdem canonis explicatione in *Opusculis* suis a Baluzio anno 1681 primum editis.

Ibid. ἦτοι λεπρώσαντας] Scholiastes Harmenopuli in hunc canonem hæc habet, Λεπρὸς ὢν ἤγουν ἀκάθαρτος καὶ μεμολυσμένος· ἀκάθαρτοι γὰρ οἱ λεπροὶ παρὰ τῷ Μωσαϊκῷ νόμῳ· τὸ δὲ λεπρώσας ἀντὶ τοῦ μίαντας, τὰ ζῶα δηλονότι· χειμαζομένους δὲ τοὺς δαιμονῶντας λέγει, ὡς τινες φασίν. *Leprosus, hoc est immundus et pollutus; quippe leprosi erant immundi in lege Mosaica. Quod ait, qui lepra infecit, tantum valet, ac si diceret, polluit, jumenta scilicet. Hybernantes autem vocat a Dæmone tortos, ut aliqui tradunt.* Harmenop. epit. can. sect. v. tit. 3. Isidorus Mercator hunc canonem sic interpretatur, *Hos eodem sane non solum leprosos crimine hujusmodi factos, sed et alios isto suo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempestate jactantur, qui a nobis Energumeni appellantur. Dionysius Exiguus, Eos qui irrationabiliter vixerunt, et lepra inusti criminis alios polluerunt, præcepit sancta Synodus inter eos orare qui spiritu periclitantur immundo, ubi observetur hos ambos cum Scholiaste Harmenopuli vocem λεπρώσαντας in textu active interpretari.* BEVEREG. Hoc cum activa significatione interpretandum esse censent itidem Zonaras et Aristenus, cum neutrali vero et tanquam præteritum alii.

P. 123. l. 16. εἰς τοὺς χειμαζομένους] Videsis quæ ad harum Annotationum calcem ponere mihi visum est ex *Notis* uberimis ad undecimum canonem *Concilii Nicæni Beveregianis*. Diversas super hac re protulit opiniones Suicerus in *Thesauro Ecclesiast. voce Χειμαζόμενοι*; qui tamen Suicerus minus recte, ut opinor, favet statuentibus, τοὺς χειμαζομένους hoc loco non dæmoniacos esse, sed eos significari, qui *sub dio* pro templi foribus orarent. Conferend. Bingham. *Orig. Eccl.* lib. iii. cap. 4. §. 6. et lib. xvi. cap. 11. §. 9. Latine vertit hoc loco Dionysius Exiguus, *qui spiritu periclitantur*

immundo. Χειμαζομένους δὲ τοὺς δαιμονώοντας λέγει, ὡς τινες φασίν, Scholium est ad Harmenopuli *Canonum Epitomen*. Similiterque de dæmoniacis annotator Græcus ad *Pedalium* vocem exposuit, appellatis Dionysio Areopagita et Constitutionibus Apostolicis. Denique extat in *Euchologio Græco Jacobi Goari*, Ἀκολουθία εἰς παράκλησιν ἀσθενῶν χειμαζομένων ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων καὶ ἐπηρεαζόντων. p. 724. Ceterum obsessio dæmonis atque lepra in Gallicani quoque *Actis* sic simul commemorantur: “Quicumque accedebat,” refert ex iisdem Baronius *Annal.* tom. iv. an. 362. “ut præ-
“ diis vel domibus, egenorum reditibus, fiscales affigeret
“ titulos, vel exigeret pensiones, arripiebatur a dæmone,
“ vel percussus lepra e vestigio recedebat.” p. 98.

CANON XVIII.

P. 124. l. 2. μὴ δεχθέντες] Balsamo in *Comment.* Ὁ ἰδ'. κανὼν τῶν ἀγίων ἀποστόλων καὶ ὁ ιε'. καὶ ὁ λζ'. ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ ιζ'. καὶ ὁ ιη'. κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, πολλά τινα διαλαμβάνουσι περὶ τῶν χειροτονουμένων ἐπισκόπων, καὶ μὴ δεχομένων ὑπὸ τῶν παροικιῶν αὐτῶν, καὶ ἀνάγνωθι τούτους.

Ibid. l. 11. ἐκκηρύκτους] Balsamo:—καὶ γίνεσθαι ἐκκηρύκτον, μὴ νοήσης ἐκλαμβάνεσθαι εἰς καθαίρεσιν, ἀλλ' εἰς μόνην ὑπόπτωσιν τῆς τιμῆς τούτου, ἤγουν οὐδὲ μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καθῆσθαι ἀξιωθήσονται. Aliter interpretatus Zonaras est—καὶ γίνεσθαι ἐκκηρύκτους, τουτέστι καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκπτώτους. Pericopen similiter ac Zonaras exponunt Aristenus et Blastares. Unde forsā, quod prius memoratur, τὸ ἀφορίζεσθαι, levior excommunicatio esset, scribente eodem Zonara, sed lenius fortasse, τούτους ὁ κανὼν ἀφορίζεσθαι κελεύει, ὥστε μὴ συντιμᾶσθαι τοῖς ἐπισκόποις. Atque ita seditio contra prioris paræciæ episcopum majori pœna hic vindicatur, ablato quoque presbyterali honore.

CANON XIX.

Ibid. l. 13. Ὅσοι παρθενίαν &c.] Zonaræ *Commentarius*: Οἱ παρθενεύειν ἐπαγγελλόμενοι καὶ ἄνδρες εἶεν, καὶ γυναῖκες, ἀθετοῦντες τὰς ἐπαγγελτίας αὐτῶν, τῷ ἐπιτιμίῳ τῶν διγάμων ὑποβαλλέσθωσαν. ὅρον γὰρ τὸν τύπον καὶ τὸν κανόνα λέγει,

ἤγουν ὅσα περὶ τῶν διγάμων κεκανόνισται καὶ διατετύπωται, ταῦτα κρατήσῃ καὶ ἐπ' αὐτῶν, ὥστε μετ' ἐνιαυτὸν δέχεσθαι. κωλύει δὲ ὁ κανὼν τὰς παρθενίαν ἐπαγγελλομένας, συνέρχεσθαι ἀνδράσι, ἀντὶ τοῦ συζῆν, συνοικεῖν, ἀδελφὰς ἑαυτὸς ὀνομαζούσας τῶν (for. τούτων) οἷς συνδιάγουσιν· ἵνα μηδὲ ὑποψία τις ἢ κατ' αὐτῶν ἀπρεπῆς. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ κανόνι αὐτοῦ τῷ κρίματι τῆς μοιχείας ὑποκείσθαι τὴν ὁμολογήσασαν παρθενεύειν, καὶ μὴ τὴν ὁμολογίαν φυλάξασαν, ἀπεφήνατο. Ad horum patrum legem quod attinet, recte monet Balsamo; ἀθέτησιν δὲ ἐνταῦθα τῆς διὰ τὴν παρθενίαν ἐπαγγελίας μὴ εἴπῃς πορνείαν, ἀλλὰ τὸν νόμιμον γάμον· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὑπὸ μόνου ἐπιτιμίου διγάμων κολάζουσι τούτους· εἰ γὰρ ἐπόρνευσάν τινες ἐξ αὐτῶν, τιμωρηθήσονται διὰ ἐπιτιμίου τοὺς πόρνοὺς κολαζόντων. Verba autem S. Basilii in Canone suo XVIII. patres hos Ancyranos afferentis hæc sunt Περὶ τῶν ἐκπεσουσῶν παρθενῶν τῶν καθομολογησαμένων τὸν ἐν σεμνότητι βίον τῷ Κυρίῳ, εἶτα διὰ τὸ ὑποπεσεῖν τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς ἀθετουσῶν τὰς ἑαυτῶν συνθήκας, οἱ μὲν πατέρες ἡμῶν ἀπλῶς καὶ πρῶως συμπεριφερομένοι ταῖς ἀσθενείαις τῶν κατολισθαιούτων ἐνομοθήτησαν δεκτὰς εἶναι μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν, καθ' ὁμοίτητα τῶν διγάμων διαταξάμενοι· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ἐπειδὴ τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι προϊούσα ἡ ἐκκλήσια κραταιότερα γίνεται, καὶ πληθύνεται νῦν τὸ τάγμα τῶν παρθενῶν, προσέχειν ἀκριβῶς τῷ τε κατ' ἔννοιαν φαινομένῳ πράγματι, καὶ τῇ τῆς γραφῆς διανοίᾳ, ἣν δυνατὸν ἐξευρεῖν ἀπὸ τοῦ ἀκολουθίου. χηρεία γὰρ &c. Confer et Concil. Carthag. IV. Canonem de Viduis, quæ se devovissent Domino, ad nuptias transeuntibus.

P. 124. l. 15. ὡς ἀδελφὰς] ὡς ἀδελφοῖς. Sic præter Bodleianum nostrum codicem (cod. 205.), Ætoniensis etiam legit, nec non Tilianus; nam Gentianus Hervetus vertit, *tanquam cum fratribus*. Sed MS. Amerbachianus legit ἀδελφοῦς. Joannes Antiochenus et Parisiensis Balsamonis pariter atque Zonaræ editio, ὡς ἀδελφὰς. Et sic sane omnes Latini interpretes legerunt. Namque ultimam hanc præsentis canonis partem Isidorus Mercator sic vertit, *Virgines autem puellas, quæ tanquam sorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum consortio prohibemus*. Dionysius Exiguus, *Virgines autem quæ conveniunt cum aliquibus tan-*

quam sorores, habitare prohibemus. Vetus interpres, cui (l. quæ) vero convenerint virgines aliquibus sicut sorores vetamus. Sed sensus in utraque lectione idem est. Nam tantundem est virgines viros vocare fratres, atque viros istos eas vocare sorores. Mos enim, ut videtur, tum temporis obtinebat, ut virgines nonnullæ cum viris tanquam cum fratribus suis cohabitarent, quæque ab iis propterea *sorores* dictæ sunt, et nonnunquam ἀγαπηταὶ *dilectæ*, ut et viri isti ἀγαπητοὶ *dilecti* earum ab ipsis nuncupati sunt. Quod etiam a Justiniano Diaconissis ordinandis prohibetur edicente, *Volumus autem et ipsas, quæ ad ordinationem perducuntur, Diaconissas, sive ex viduitate, sive ex virginitate, non cum aliquo cohærentes, aut cognatorum, aut eorum, quos appellant dilectos (talibus enim nominibus utentes maligna suspicione suam replent vitam) sed aut solæ habitent, aut cum parentibus solis, et filiis, aut vere fratribus.* Justinian. Novel. vi. cap. 6. ubi ultima verba, *aut vere fratribus*, indigitant, eas cum aliquibus tanquam fratribus, qui tamen *vere* fratres non erant, cohabitare solitas. Et hujusmodi sane virgines eædem fuerunt, quæ a Concilio Nicæno primo συνέισακτοι dictæ sunt; utpote quas præsens etiam canon vocat τὰς συνερχομένας παρθένους τισιν, ὡς ἀδελφοῖς. De quibus in annotationibus ad tertium dicti Nicæni Concilii canonem fusius disseruimus. BEVEREG. Lectionem ἀδελφὰς, quam postposuit Beveregius, servant non tantum libri, quos ille recensuit, sed et *Conciliarum Canonumque* editiones cum ipsa Tili *Canonum* Græca editione quæ princeps est, *codicesque Bodleiani omnes præter unum* illum 205. Zonaras quoque *Comm.* in hunc Canonem et in Canon. III. Nicænum. Exstatque in *Pedagio* et *Veneta Sylloge* et in *Lloydii MSto*, a quo tamen ὡς abest. Alteri autem ἀδελφοῖς patrocinantur tres commentatores Balsamo, Aristenus, Blastares; Symeon itidem Magister in *Epitome Canonum* apud *Juris Canon. Vet. Bibliothecam* et Harmenopolus in *Epitome* Tit. ult. apud *Jus Græco-Rom.* p. 18. Posuit eandem in *Synodico* suo Beveregius. Nec multum refert, utram harum malis. De voce autem συνερχομένας Hen. Dodwellus *Dissert.* Cyprian. iii. qui descriptis hujus Canonis verbis, τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους τισιν ὡς ἀδελφὰς ἐκωλύσαμεν,

pergit scribere; "Plane respondet vox *συνερχόμεναι συν-εισάκτοις*, ut quas viri *συνεισήγαγον*, illæ consentientes " *συνεισέρχασθαι* dicerentur." §. iii. p. 23. De virginitatem professis et *συνερχόμεναις* sic canon xxvii. Eliberitani Concilii, quod quidem his fere temporibus celebratum est: *Episcopus, vel quilibet alius clericus, aut filiam virginem dicatam Deo, tantum secum habeat; extraneum nequaquam habere placuit.* Hæc porro inter alia scribit S. Jacobus, qui tempore concilii Nicæni Nisibensis fuit episcopus, et ejus Sermones lingua Armenia atque Latina haud ita pridem Romæ edita sunt. *Virgines, quæ spondistis vosmetipsos Christo, cum aliquis in legis doctoribus, qui votum habent, dixerit alicui de vobis, Permite, ut habitem tecum, ut tu ministros mihi, sic respondebitis, Viro regi desponsata sum et ei ministro.* Serm. VI. p. 213. ubi adnotatio clarissimi editoris Nicolai Antonelli legatur. Sed de ortu moris damnati nonnihil supra attuli ad *Fragmenta Concilii Antioch.* p. 343. vol. III. Dein de pœna digamorum (quos ad pœnitentiam redactos fuisse liquet etiam ex Canone VII. *Neocæsariensium* his Ancyranis *συνγχρόνων*) statuit canon primus *Concilii Laodiceni*, adulto jam sæculo quarto celebrati, dandam illis esse *ὀλίγου τοῦ χρόνου παρελθόντος* communionem. Itidem S. Basilius M. in *Epist. Canonica* hæc habet, *ἐνιαυτὸν μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν διγάμων (ὠρίσαμεν): ἄλλοι δὲ δύο ἔτη.* Canon. III. Nam ex imbecillitate hominum ortas secundas nuptias esse antiqui existimabant. *Ὁὐ κεκόλυται πρὸς τοῦ νόμου,* de digamo inquit Clemens Alex. *Strom.* iii. n. 12. *οὐ πληροὶ δὲ τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτείας τὴν κατ' ἐπίτασιν τελειότητα.* p. 548. ed. Potteri. Novatiani vero, ut constat tam ex Epiphani *Hæres.* lix. quæ est *Catharorum*, quam ex Canone VIII. *Synodi Nicænæ*, cum bigamis communicare nolebant. De illis autem, qui *πλείστοις γάμοις* conjugati fuerint, agunt canonistæ ad *Concilii Neocæs.* canonem tertium, quem infra inspicere licet. Haud nescius interea sum, litigare inter se, et de sensu vocis *διγάμος*, et quinam plectendi fuerint digami, utrum clerici solum, an item laici, homines eruditos; sed rem bene exposuit Binghamus *Antiq. Eccles.* lib. xvi. cap. 11. §. 7. Videsis notam infra ad Can. VII. CONCIL. NEOCÆS.

CANON XX.

P. 124. l. 17. 'Εάν τις γυνή μοιχευθῆ] Canonistæ nulla habita ratione, aut facta mentione, difficultatis ex verbis ortæ, de pœna ista quasi in adulteram uxorem atque adulterum sancita legem interpretantur. Harduinus quoque ad canonem *Concilio Eliberitani* LXIII. qui agit de adultera, lectorem relegat. Solus, quod sciam, cl. Fleurius in *Hist. Eccl.* vol. II. ubi hosce Canones breviter recenset pag. 24. Anglicæ Versionis, de *marito conscio adulterii uxoris* principium Canonis *ἐάν τις γυνή μοιχευθῆ* exponit. Et recte, ut opinor, ita enim se habet iisdem fere temporibus sancitus Concilii Eliberitani Canon LXX: *Si cum conscientia mariti uxor fuerit mœchata, placuit nec in fine ei dandam esse communionem*; hoc est, marito, ut ex canone LXII constat. Ad Ancyranum canonem quod attinet, vix cogitatione fingi potest, ad tam longam pœnitentiam damnandum esse virum, qui ipse omnino innocens fuerit, ob uxoris suæ flagitium; immo pariter multandum, atque si ipse adulterium patravisset; hoc est, quod sequitur, *ἢ μοιχεύσῃ τις*. Viro ignoscendum, neque communionem privandum esse, qui ab uxore sua præter rationem relictus fuerit, ait S. Basilius Canone suo tricesimo quinto. Et quamquam canon *Neocesariensis* octavus laicum ministerio sacro repellendum jubet, cujus uxor adulterii convicta esset, *Γυνή τις μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος ἐὰν ἐλέγχθῃ φανέρως, ὁ τοιοῦτος εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν οὐ δύναται*, tanquam si labem hominis ad sacrum ordinem promovendi, et ex gravi suorum delicto, et ex sua ipsius incuria contraxisset; virum tamen punit neque idem canon nec Canon LXV. Eliberitanus sacris ordinibus jam initiatum, nisi uxorem suam adulteram apud se retinere pergeret. Quod quidem marito etiam civiles leges prohibebant.

P. 125. l. 1. δεῖ] Hoc pro verbo *δοκεῖ* *Concilio* *Canonum*que lectione post Beveregium posui, cum patrocinentur ei tum *codices Bodleiani omnes* præter duos 158. et 715. tum *veteres Latini Interpretes*, Hervetusque in *Interpretatione* sua codicis Tiliani *Canonum*, et Joannes Antiochenus in *Canonum Digesto*. Nunc *Pedalium* addas.

P. 125. l. 1. τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας] Conferas Canones VIII. et IX. et XXI. et XXII. Balsamonemque in *Comment.* ad Canonem XXI. quem mox allaturus sum.

CANON XXI.

Ibid. l. 6. καὶ (for. καὶ αἱ) τούτῳ συντίθενται] Hæc verba neque *Latinæ* agnoscere videntur *Interpretationes*, neque *Græci* memorant *Commentatores*; præterquam quod *Prisca Justelli Versio* ita se habet, *et hoc definito humaniore aliquid consequentur, constituimus* &c. tanquam si Græce scriptum esset, καὶ τούτῳ συνθέματι. Sed interea recepta verba Græca præstant *canonum codices Bodleiani omnes*, quorum nonnulli ipsis commentatoribus vetustiores sunt, nisi quod in *codicibus* illis 26. et 625. *Rawlinson.* καὶ τοῦτο συντίθεται exaratum est. S. quoque Martinus Bracarensis in *Collectione* sua *Canonum* hæc, quæ sequuntur, posuit—*has tales mulieres in morte recipere communionem priores canones decreverunt, nos tamen pro misericordia sive tales mulieres, sive conscias scelerum ipsorum, decem annis agere pœnitentiam judicavimus.* Apud *Juris Canon. Vet. Biblioth.* pag. xxx. Itidem utrasque partes, et mulieres ipsas, et sceleris conscias, habet Can. xci. *Concilii in Trullo*, sive *Quinisexti* dicti. Τὰς τὰ ἀμβλωθρίδια διδοῦσας φάρμακα, καὶ τὰς δεχομένας τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητηρία, τῷ τοῦ φονέως ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλομεν. Conscios quoque puniunt, una cum iis, qui deliquissent, Canon ultimus Ancyranus infra, *Basilique Canon* LXXI. Addas *Chalcedonii Concilii Canon* XXVIII. Immo severius punit dantem mulieri gravidæ potionem lex *Visigothorum*, lib. vi. tit. iii. leg. 1. quam ipsam mulierum. Hinc continget, ut verbis, καὶ αἱ τούτῳ συντίθενται, quæ velim reponere, atque in hunc modum interpretari, *et quæ huic rei consentiunt*, hoc canone concludantur sceleris participes. Ceterum contra τοὺς ἐμβρυοκτόνους habet nonnulla cl. *Beveregius* in nota, quam ad *Annotationum* finem collocavi.

P. 125. l. 9. πληρῶσαι] Quod *vulgo* abest *πληρῶσαι*, neque olim fortasse inventum vel a *Latinis Interpretibus* vel a *Græcis Commentatoribus*, *Beveregius* addidit. Cumque in

tribus hoc verbum extet *colicibus scriptis* 26, et 625, et 205, conveniens huic loco, æque atque Canoni XXIII. in quo idem sequitur, virum cl. in re dubia secutus sum.

P. 125. l. 9. πληρῶσαι] Balsamonis *Comment.* Ἀπὸ ὄρου ἀρχαιοτέρου ἐκκλησιαστικοῦ, κατὰ μόνας τὰς τελευταίας ἀναπνοὰς, τῆς τῶν θείων ἀγιασμάτων μεταλήψεως ἡξιούντο αἱ συλλαβοῦσαι λαθραίως, καὶ διὰ τὸ μὴ ἐπιγνωσθῆναι ἀναιροῦσαι τὰ ἔμβρυα αὐτῶν καθ' οἰοδηγίαν λόγου. οἱ δὲ τῆς συνόδου ταύτης πατέρες φιλανθρωπευσάμενοι, ὤρισαν μετὰ δέκα ἐνιαυτοὺς μεριζομένους εἰς τοὺς τέσσαρας βαθμοὺς τῶν ἐπιτιμίων, ἤγουν εἰς τὸν τοῦ προσκλαύντος, τὸν τοῦ ἀκροωμένου, τὸν τοῦ ὑποπίπτουτος, καὶ τὸν τοῦ συνεστώτος, μεταλαμβάνειν αὐτάς· φθόριον δὲ ἔστι ἅπαν φάρμακον φθεῖρον τὸ ἐγκυμονούμενον· ἀνάγνωθι τὸν β'. κάνονα τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ τὸν ζα'. τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτῶν.

CANON XXII.

Ibid. l. 10. ΚΑΝΩΝ ΚΒ] Commutatus est ordo Canonis hujus atque proxime sequentis a Beveregio in *Synodico*. Itidem *Versio Hæretiana Canonum cum Balsamone junctorum*, Blastaresque in *Syntagmate* Lit. φ. cap. v. pag. 254. eundem, quem Beveregius præfert, ordinem secuti fuerant; apud Blastarem enim in verbis τῆς ἐν Νεοκαισαρέῳ συνόδου κανῶν κβ'. Ancyrani concilii nomen reponendum est. At seriei communi, quam ego retinui, *scripti* favent *Bodleiani omnes* præter duos illos 205. et 158. Nec mutaverunt illam Græci in *Pedabio*.

Ibid. l. 11. τοῦ δὲ τελείου &c.] Nunc primum legem latam esse de admissione homicidarum in exitu vitæ ad ecclesiæ pacem, probare aggressus est Albaspinæus, *De Vet. Eccl. Ritibus Observatt.* lib. ii. §. 15. et 16. Sed, ne dicam amplius, quoniam priores constitutiones sive canones repetere et redintegrare moris erat, nulla interdum facta priorum conciliorum mentione, ideo ut colligatur, quod statuit vir doctissimus, vix et ne vix quidem necesse est. Ceterum habet in Canone xxxi. Concilium Epaonense, in Gallia Narbonensi anno 517. celebratum, verba quæ sequuntur: *De pœnitentia homicidarum*, qui sæculi leges evaserint, *huc*

summa reverentia de eis inter nos placuit observari, quod Ancyratani canones decreverunt.

P. 125. l. 11. καταξιούσθωσαν] Zonaræ Commentarius : Οὗτος μὲν ὁ κανὼν, ἀκοινωνησίας ἐπιτιμίῃ κολάζει τὸν ἐκούσιον φόνου μὴ συγχωρῶν μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων τὸν ἐκούσιως φονεύσαντα, εἰ μὴ ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου· ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν πεντηκοστῷ ἔκτῳ κανόνι εἰκοσαετίαν ὀρίζει ἐπὶ τούτῳ, οὕτως αὐτὴν διαιρῶν, προσκλαίει μὲν τετραετίαν, ἀκροᾶσθαι δὲ, πέντε ἔτη, ὑποπίπτειν δὲ, ἑπτὰ ἕτερα, καὶ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς ἐπὶ τετραετίαν, καὶ τούτων ἐκμετρούμενων μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων.

CANON XXIII.

Ibid. l. 14. Ἐπὶ ἀκουσίῳν &c.] Zonaræ Commentarius : Τίνες εἰσὶν ἀκούσιοι φόνου καὶ τίνες ἐκούσιοι ὁ μέγας Βασίλειος ἐν ὀγδόῳ αὐτοῦ κανόνι ὀρίζειται, ἐν δὲ τῷ νϛ'. κανόνι ἐπὶ δεκαετίαν ἀκοινώνητον εἶναι τὸν ἀκουσίως φονεύσαντα διορίζεται. οὕτως δὲ τὴν δεκαετίαν καταμερίζει εἰς τοὺς τόπους τῶν ἐπιτιμίων· δύο μὲν, φησὶν, ἔτη προσκλαύσει ἕξω τοῦ ναοῦ ἕστώς· τρία δὲ ἔτη ἐν ἀκροάσει ἔσται· τέσσαρα δὲ ἔτη ὑποπεσεῖται, καὶ ἐνιαυτὸν σταθήσεται, καὶ τῷ ἕξῃ εἰς τὰ ἅγια δεχθήσεται. Ad homicidas involuntarios quod attinet, eos διαφόρως ἐκανόνισαν (inquunt recentiores interpretes Græci ad Pedalium) οἱ πρὸ τῆς συνόδου ταύτης διορισθέντες δύο κανόνες περὶ αὐτῶν. Ὁ μὲν γὰρ παλαιότερος εἰς ἑπτὰ χρόνους κανονίζει τούτους—— ὁ δὲ μεταγενέστερος κανὼν εἰς πέντε χρόνους αὐτοὺς κανονίζει. At vero ad imam eandem paginam hoc adnotatum est. Ὁ μεταγενέστερος καὶ δεύτερος περὶ τῶν ἀκουσίως φονευόντων κανὼν, ἴσως εἶναι οὗτος ὁ κγ' κανὼν τῆς παρούσης συνόδου. Fine Canonis habet Beveregius consentientibus eodd. Bodl. πληρῶσαι pro edito πληρώσει.

CANON XXIV.

P. 126. l. 2. τῶν ἐθνῶν] Legendum ἐθνῶν (*Vulgo χρόνων*) ex Zonara et Latinis interpretibus. HARDUIN. Immo addo omnes, quotquot inspexerim, *codices Bodleianos*, et *codicem Canonum Justellianum*, Gentiani Herveti *Canonum Versionem*, Joannem Antioch. S. Basilium in *Epistola Canonica*,

Balsamonem Blastaremque. Ad marg. quoque editionis Labbeanæ *Conciliorum* positum est ἐθνῶν, receperatque vocem ante Harduini adnotationem Beveregius. Jamque eam inveni in *Veneta Sylloge* atque *Pedagio*.

P. 126. l. 6. τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὠρισμένους] Addidi τοὺς ante ὠρισμένους ex *scriptis Bodl. omnibus* atque Joannis Antiocheni *Digesto* sumptum; neque aliter in Canone XXI. se verba habent. Extat hic articulus in *Pedagio*. Voces jam inde ad Canonis finem omiserunt *Latini Interpretes*. Porro in verbis prioribus *Prisca Canonum Versio* ex *Justelli* bibliotheca edita ita præstitit illa, quæ post istoc, ἢ καὶ καθάρσει, sequuntur; *Si de clero sunt, abjiciantur, si vero sæculares, in canone jaceant quinquenni, secundum gradus definitos.*

Ibid. l. 7. χωρὶς προσφορᾶς.] Videsis not. ad Canon. V. p. 137. Zonaræ *Commentarius* est: Τὸ κεχρηῆσθαι μαντεύμασι καὶ ταῖς ἐθνικαῖς ἢ καὶ Ἑλληνικαῖς ἀκολουθεῖν συνηθείαις τοὺς Χριστιανοὺς, καὶ γόητας προσδέχεσθαι ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν ἤτοι μαγειῶν, ὡς τάχα παρά τινων περιεργασθέντας, ἢ ἐπὶ καθάρσει τῶν γοητειῶν προσκαλεῖσθαι αὐτοὺς, ἀπηγόρευται, καὶ τοὺς τούτοις χρωμένους ὁ κανὼν ὑπὸ ἐπιτίμιον ποιεῖται πενταετίας, ὡς τρία ἔτη ὑποπίπτει, καὶ δύο ἔτη συνεύχεσθαι τοῖς πιστοῖς· μετὰ δὲ τὴν πενταετίαν, ἀξιοῦσθαι καὶ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μεταλήψεως. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν ὀγδοηκοστῷ τρίτῳ κανόνι, ἑξαετίας ἐπιτιμίῳ τοὺς τοιούτους κολάζει. Jam vero, cum verba patrum Ancyranorum in rem suam converterit S. Basilius, hujus canonem huc afferam. Οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν ἐθνῶν ἀκολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνερευνήσει φαρμακειῶν καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς ἑξαετίας, ἐνιαυτὸν προσκλαύσαντες, καὶ ἐνιαυτὸν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν τρίσιν ἔτεσιν ὑποπίπτουτες, καὶ ἐνιαυτὸν συστάντες τοῖς πιστοῖς, οὕτω δεχθήτωσαν. De magis autem, ut obiter id notem, vatibus et astrologis, quos maxime detestata est ecclesia vetus, deque eorum itidem incantamentis, veneficiis, prestigiis, multa neque ea vulgaria aut trita reperies apud Matthæum Blastarem super Canon. vi. *Concilii Trullani*, in *Syntaxmate Alphabetico* Lit. M. cap. i. p. 173. in Beveregii *Synodico*.

CANON XXV.

P. 126. l. 10. ἐπιφορῆσαι] Sic pro ἐπιφορέσαι Beveregius; quem ego secutus sum, propterea quod ἐπιφορῆσαι exhibent plerique omnes *libri scripti*, *Codex Canonum Justellianus*, Zonaras et Balsamo, Joannesque Antiochenus. His jam adde *Pedalium*. Posuit autem φορέω Æmilius Portus in *Lexico* suo *Ionico* in verborum numero, quæ futurum utroque modo formatum habent. Vid. et Phavorini *Lexic.* v. ποιῶ.

Ibid. l. 13. βαθμούς] Ait Balsamo: Ἄπο φάκτου τινὸς οἱ πατέρες παρεκινήθησαν τὸν παρόντα κανόνα ἐκθέσθαι. προσηγέθη γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ἄνθρωπός τις μνηστευσάμενος κόρην, συνεφθάρη μετὰ τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς, ὡς καὶ κατὰ γαστέρα ταύτην ἐκ τούτου συλλαβεῖν (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐπιφορῆσαι), καὶ μετὰ τοῦτο κατὰ γάμου κοινωνίαν συνηρμόσθη τῇ οἰκείᾳ μνηστῇ. ἡ δὲ αὐταδελφὴ ταύτης σὺν τῷ ἁμαρτήματι τῆς αἰμομιξίας ἐφόνευσε ἐαυτήν. ὤρισαν οὖν τοὺς συνειδότες ταῦτα τὰ κακὰ, μετὰ δεκαετίαν ὀφείλουσαν διὰ τῶν συνηθῶν βαθμῶν παρελθεῖν, δεχθῆναι εἰς τὴν μετὰ τῶν πιστῶν εὐχὴν. Canonem LXXVIII. S. Basillii M. memorare Commentatores pergunt, quo punitur per sex annos ille, qui duas sorores in matrimonium duxerit. Conf. Can. II. *Concilii Neocæs.* qui sequitur. Hæc hactenus. Mox duo illa capitula hujusce synodi, Latine scripta, quæ in *Conciliorum* editiones ex *Libello Sexdecim Librorum Partialium* (sic loquuntur) advecta sunt, germana esse Ancyranorum decreta, quis est omnium, qui existimet? Et Damasi papæ eadem potius esse Binius post Baronium significavit.

EX Latinis Interpretibus, Dionysio Exiguo et versionibus Isidoriana ac Prisca, nomina episcoporum nunc apponam, qui in hac synodo convenerint. Extat autem, qui sequitur patrum Catalogus post canones Ancyranos positus, tum in editione principe Dionysianæ Versionis anno 1525. Moguntiaë typis impressa, tum vero in illo ejusdem Versionis exemplari a Francisco Pithæo prius adornato, post autem Parisiis anno 1687. excuso.

“ Et subscripserunt xviii. Episcopi, qui in eodem concilio convenerunt.

Vitalis,	Antiochenus.	{	Is postea sedit cum Nicænis.
Marcellus,	Ancyranus.		
At(g)ricolaus,	Cæsariensis.	{	h. e. Cappadociæ, auctoribus Zonara, Balsamone, Blastare, Synodicoque Veteri Pappiano.
Lupus,	Tarsensis.		
(S.) Basilius,	Amen(Amasen)sis.	{	Vid. infra Neocæsariensium Catalogum.
Philadelphus,	Æliopolitanus. (Juliopolitanus.)		
Eustolus,	Nicomediensis.	{	<i>Juliopolis</i> recte Prisca Versio ex bibl. Ch. Justelli edita, et Catalogus Isidori Versioni affixus. Adde codicem Corbeiensem, quem Constant. adduxit in Præfat. <i>Epist. Rom. Pontif.</i> §. LXII. Isitidem Nicænus, ut constat ex subscriptionibus.
Heraclius,	Zelonensis.		
Petrus,	Iconiensis.	{	<i>Zenonia</i> Prisca Versio. Postea pater Neocæsariensis Nicænusque. Ἡράκλειος Ζώνων Theodorus Lector et Prisca V. in <i>Catalogo Nicænorum</i> , sed male, ut videtur. Isidori codd. Hispan. <i>Zelonensis</i> , vulgo <i>Zelensis</i> .
Nunechius,	Laodicensis.		
Sergianus,	Antiochensis.	{	<i>Antiochiæ Pisid.</i> P. V. et Isidorus.
Epidaurus,	Pisidiensis. (Pergensis.)		
			<i>Pisidiensis</i> pertinet ad superiorem lineam, et <i>Pergensis</i> ad hunc episcopum. P. V. habet <i>Perges</i> ad hoc Epidauri nomen.

Narcissus,

Pergensis.
(Neroniadensis.)

Nerod(n)iadensis infra, et Theodorit. *Hist. Eccl.* i. 6. *Merodiades* P. V. Isidorus vulgo *Neroniadis*, sed *Nerod(i)ensis* codd. Hispani. Neocæsariensis et postea Nicænus, Arianus fuit. Cum hoc patre desinit P. V.

Leontius,

Nerod(n)ian(d)ensis.

Is in Catalogo Nicænorum Cæsareæ in Cappadocia episcopus dicitur; Nicæno quidem sedente concilio, cui interfuit, quod et veteres testantur. Pater quoque fuit Neocæsariensis. A Philostorgio apud Nicetam Thes. *Orthod. Vid.* 5. c. 7. Arianis vindicatus, sed ab Athanasio Leontius episcopus Cappadociæ accensetur orthodoxis. Vid. *Epist. ejus ad Episcopos Ægypti et Libyæ*, num. 8. p. 278. ed. Benedict.

Longinus,

Dicasionensis.

Neocæsariensis in Catalogo Nicænorum patrum dictus. Is apud patres quoque Neocæsarienses fuit. Itidem eum ad Arianos vindicat Philostorgius, sed Athanasius orthodoxos recensens habet,—τῶν μεγάλων Μελετίου καὶ Βασιλείου καὶ Λογγιανού, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς τῶν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας καὶ τοῦ Πόντου, ubi supra. *Λογγιανὸς* nomen scriptum est cum ab Athanasio tum a Theodoro Lectore et *Prisca Ver-*

sione in *Catalogo Nicænorum*. At vero potest fieri, ut *Dicasius* pater inter Neocæsarienses ultimo loco commemoratus sub isto *Dicasionensis* in hoc *Catalogo* lateat; et sine sedium nominibus positi sint in Canonum collectionibus Leontius, et præsules qui sequuntur.

Amphion, { Epiphaniæ Ciliciæ, in *Catalogo Isidoriano*, et in *Nicænorum Catalogo*. vid. et *Sozomen. Hist.* lib. i. cap. 10. Confessor fuit.

Alphios, { Apameensis in Cœlesyria episcopus, pater Nicænus, item Neocæsariensis.

Selaus, { Theodorus Lector in *Nicænorum Catalogo* apud Cyprum insulam habet, Γελάσιος Σαλαμίνης. *Catalogus eorundem Nicænorum Latinus*, Selanos Selanonensis. *Neocæsariensium* autem *Catalogus*, Salaminus al. Salminus. At vero, nisi præstitisset *Neocæsariensium Catalogus*, idque secundo loco inter præsules, *Germanus*, dicerem, eo quod apud eandem Cœlesyriam *Theodori Nicænorum Catalogus* Σαλαμάνης Γερμανικέας habeat, ex his Græcis orta fuisse ista *Selaus Germanus*. Ad hæc in *Catalogo* præsulum utriusque synodi Antenicænæ ad calcem Isidorianæ Versionis collocato extat, *Salamenus*, vel *Salaminus*, *Germanicæ Cælesyriæ*. Sed videndum, annon hæc, et similia, ibidem posita, ex *Nicænorum Catalogis* ducta fuerint.

Germanus," Pater Neocæsariensis.

Porro autem in Dionysiana Versione, seu codice Romano, *Alphios* ad *Amphion*, et *Germanus* ad *Selaus*, posita sunt, tanquam si sedes episcopales eorum fuissent; quum vero quatuor hæc nomina clare indicentur episcoporum fuisse *Catalogo* patrum Neocæsariensium, et *Alphius* Apameensis episcopus in Cœlesyria inter patres Nicænos sistatur, illos, tanquam si fuerint episcopi, hoc ordine collocandos putavi, numero eorum XIX. pro XVIII. lemmatis lectione, vel pro XIII. quos *Prisca* præfert, computato. Ex his vero præsulibus Ancyranis, si *Catalogis* fides adhibenda est, undecim Neocæsariensium convenerunt, *Vitalis*, *Lupus*, *S. Basilus*, *Heraclius*, *Narcissus*, *Leontius*, *Longinus*, *Amphion*, *Alphios*, *Selaus*

(vel Salaminus), *Germanus*. Tot fere numero Ancyrani apud Nicæam decem circiter post annos in magna illa synodo condecorati sunt. Addam, quæ Severinus Binius in Notis ad hoc Concilium Ancyranum posuit. “Hi qui subscripserunt, fere omnes concilio Nicæno interfuerunt. Vitalis Antiochenus, eo quod primo loco positus sit, concilium hoc indixisse videtur. Agricolaus Eusebii Cæsarensis in Palæstina antecessor fuit.” (At vide quæ ad hoc nomen supra signavi, unde concideret unum quidem de Valesii contra subscriptiones istas argumentis ex Palæstiniensis episcopi mentione ductum.) “Marcellus Ancyranus episcopus, postquam adversus Arium in magno concilio egregie operam navasset, ab Arianis magnopere exagittatus, ab orientalibus Sabellianismo notatus, a Julio Romano pontifice, et a concilio Sardicensi absolutus, vixit ad annum Domini 376. qui est Valentiniani et Valentis annus imperii decimus. Epiphan. hæres. 48. et 77. Lupus Tarsensis episcopus inter egregios catholicæ fidei propugnatores ab Athanasio lib. i. contra Arianos recensetur. Basilius episcopus Amasenus sub Licinio Christianorum persecutore, anno Christi 316.” (immo haud ante an. 319.) “illustre martyrium subiit. Hujus prædicto loco Athanasius magna cum gloria et honore propugnatae fidei meminit. Eustolius Nicomediensis episcopus Anthimi illius successor, quem Galerius ob Christi fidem necaverat atque igni tradiderat. Heraclius Zelenensis majoris Armeniæ episcopus. Narcissus Neroniadis postea defecit ad Arianos. Leontius Cæsareæ Cappadociæ episcopus est ille insignis, qui veniens ad Nicænum concilium, Nazianzum cum pervenisset, invisit et baptizavit Gregorium patrem Gregorii Nazianzeni. Qui hic Longinus dicitur, inter coryphæos orthodoxæ fidei Nicænæ ab Athanasio numeratur, et ab eodem Longianus nominatur.”

Hæc Binius. Nec magni ea æstimanda sunt, quæ contra has subscriptiones nonnulli tradiderunt de episcoporum in hoc concilio numero agentes. Conspicitur quidem in ecclesia Nativitatis Domini apud Bethlehem vetus in-

scriptio, quæ sæculo undecimo posita esse censetur, duodecim tantum episcopos pro decem octo, seu potius undeviginti, synodo huic Ancyranæ assignans. Extat autem illa in Joannis Ciampini *De Sacris Aedificiis a Constantino M. Conditis Synopsi Historica*, c. xxiv. p. 153. post Quaresmium in *Peregrinat.* descripta; Ἡ ἅγια συνόδος ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας τῶν ιβ'. ἐπισκόπων πρὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ οἰκουμενικῆς συνόδου γέγονεν. Cætera vero mendosissime typis impressa sunt. Duodecim quoque præsules memoravit *Libellus*, cui titulus *Synodicus*, a Joanne Pappo editus. Itidem antiqua Collectio Canonum apud Hispanos recepta, de qua Coustant. Præfat. *Epp. Rom. Pontif.* §. xli. et Fratres Ballerinii *de Antiq. Canonum Collect.* P. iii. §. 11. Quibus libris addit auctoritatem suam Synodicum Aralicum recensitum a cl. Alexandro Nicoll. in *Biblioth. Bodl. Codd. MSS. Oriental. Catalogo* et numero xxxvi. signatum, pag. 34. Hic vir, quem honoris causa nomino, linguarum Orientalium callentissimus post editum hunc Catalogum linguæ professor Hebraicæ magno ejus merito constitutus, cum luctu omnium a muniis officii sui obeundis morte cito abreptus est. Denique, ut rem finiam, prorsus contrarie Christiani Coptici, ut narrat Vanslebicus, *Histoire de l'Eglise d'Alexandrie*, part. v. sect. 2. p. 279. triginta et tres episcopos Ancyræ convenisse perhibent. Tantum inter recensionem ac recensioem interest.

CONCILII NEOCÆSARIENSIS
CANONES.

CANONES
SYNODI NEOCÆSARIENSIS,
QUÆ NEOCÆSAREÆ IN PONTO

POST SÆCULI QUARTI INITIUM CELEBRATA EST.

5 Κάνονες τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνελθόντων ἁγίων
πατέρων, οἵτινες δεῦτεροι μὲν εἰσι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ,
τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ προγενέστεροι· διὰ δὲ σεβασμιό-
τητα προτέτακται αὐτῶν ἢ ἐν Νικαίᾳ.

KANON A.

10 ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ εἰς γήμη, τῆς τάξεως αὐτὸν με-
τατίθεσθαι· εἰς δὲ πορνείῃ ἢ μοιχεύῃ, ἐξωθείσθαι
αὐτὸν τέλειον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν.

KANON B.

15 Γυνή, εἰς γήμηται δύο ἀδελφοῖς, ἐξωθείσθω μέχρι
θανάτου. πλὴν ἐν τῷ θανάτῳ διὰ τὴν φιλανθρωπίαν,

Dionysii Exigui Interpretatio Velus.

[Canones Sanctorum Patrum, qui Neocæsareæ conven- rit, ab ordine deponatur. Si
runt, qui quidem posteriores vero fornicatus fuerit, vel adul-
20 sunt Ancyranis, antiquiores terium perpetraverit, amplius
vero Nicænis. Præposita est pelli debet, et ad pœnitentiam
autem dignitatis causâ eis- redigi.
dem Synodus Nicæna.]

CANON II.

25 CANON I.
Presbyter si uxorem accepe- Mulier si duobus fratribus
nupserit, abjiciatur usque ad
mortem. Verumtamen in exitu,

εἰποῦσα ὡς ὑγιάνασα λύσει τὸν γάμον, ἔξει τὴν μετάνοιαν. ἂν δὲ τελευτήσῃ ἢ γύνη ἐν τοιούτῳ γάμῳ οὐσα, ἦτοι ὁ ἀνὴρ, δυσχερὴς τῷ μέιναντι ἢ μετάνοια.

ΚΑΝΩΝ Γ.

Περὶ τῶν πλείστοις γάμοις περιπιπτόντων, ὁ μὲν 5
χρόνος σαφῆς ὁ ὠρισμένος, ἢ δὲ ἀναστροφὴ καὶ ἡ
πιστὶς αὐτῶν συντέμνει τὸν χρόνον.

ΚΑΝΩΝ Δ.

Ἐὰν πρόθηταί τις, ἐπιθυμήσας γυναικὸς, συγκα-
θευδῆσαι αὐτῇ, μὴ ἔλθῃ δὲ εἰς ἔργον αὐτοῦ ἢ ἐνθύ- 10
μησις, φαίνεται ὅτι ὑπὸ τῆς χάριτος ἐρρύσθη.

ΚΑΝΩΝ Ε.

Κατηχούμενος ἂν εἰσερχόμενος εἰς τὸ Κυριακὸν ἐν
τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ, οὗτος δὲ φανῇ ἀμαρ-
τάνων· ἂν μὲν γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω μηκέτι ἀμαρτά- 15
νων. ἂν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι ἀμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω.

propter misericordiam, si pro-
miserit, quod facta incolumis
hujus conjunctionis vincula dis-
solvat, fructum pœnitentiæ
consequatur. Quod si defecerit
mulier aut vir in talibus nup-
titiis, difficilis erit pœnitentia in
vita permanenti.

CANON III.

De his qui in plurimas nup-
tias inciderunt, tempus quidem
præfinitum manifestum est: sed
conversatio eorum et fides tem-
pus abbreviat.

CANON IV.

Si quis mulierem concupis-
cens, proposuerit cum ea con-
cumbere, et cogitatio ejus non 20
perveniat ad effectum, apparet
quod gratia Dei liberatus est.

CANON V.

Catechumenus si ingrediatur
ecclesiam, et in ordine eorum 25
qui instruuntur, assistat; hic
autem deprehensus fuerit pec-
cans: si quidem genuflectit,
audiat, ut non delinquat ul-
terius: si vero et audiens pec- 30
caverit, expellatur.

ΚΑΝΩΝ Ζ΄.

Περὶ κνοφορούσης, ὅτι δεῖ φωτίζεσθαι, ὅποτε βού-
 λεται. οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κοινωνεῖ ἢ τίκτουσα τῷ
 τικτομένῳ διὰ τὸ ἐκάστου ἰδίαν τὴν προαίρεσιν τὴν
 5 ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ δείκνυσθαι.

ΚΑΝΩΝ Ζ.

Πρεσβύτερον εἰς γάμους διγαμοῦντος μὴ ἐστιᾶσθαι.
 ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου, τίς ἔσται ὁ
 πρεσβύτερος, ὁ διὰ τῆς ἐστιᾶσεως συγκατατιθέμενος
 10 τοῖς γάμοις ;

ΚΑΝΩΝ Η.

Γυνή τινος μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος ἐὰν ἐλεγχθῆ
 φανερώς, ὁ τοιοῦτος εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν οὐ δύναται.
 ἐὰν δὲ καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν μοιχευθῆ, ὀφείλει
 15 ἀπολυθῆναι αὐτήν. ἐὰν δὲ συζῆ, οὐ δύναται ἔχεισθαι τῆς
 ἐγχειρισθείσης αὐτῷ ὑπηρεσίας.

ΚΑΝΩΝ Θ.

Πρεσβύτερος, ἐὰν προημαρτηκῶς σώματι προαχθῆ,

CANON VI.

20 Gravidam oportet baptizari
 quando voluerit. Nihil enim
 in hoc quæ parit nascenti com-
 municat, propterea quod unius-
 cujusque suum propositum in
 25 confessione declaretur.

CANON VII.

Presbyteris in nuptiis biga-
 mi prandere non convenit:
 quia cum pœnitentia bigamus
 30 egeat, quis erit presbyter, qui
 propter convivium talibus nup-
 tiis possit præbere consensum ?

CANON VIII.

Mulier cujusdam adulterata
 laici constituti, si evidenter ar-
 guatur, talis ad ministerium
 cleri venire non poterit. Si vero
 post ordinationem adulterata
 fuerit, dimittere eam convenit.
 Quod si cum illa convixerit,
 ministerium sibi commissum
 obtinere non poterit.

CANON IX.

Presbyter si præoccupatus
 corporali peccato provehatur,
 et confessus fuerit de se, quod

καὶ ὁμολογήσῃ, ὅτι ἤμαρτε πρὸ τῆς χειροτονίας, μὴ προσφερέτω· μένων ἐν τοῖς λοιποῖς, διὰ τὴν ἄλλην σπουδὴν. τὰ γὰρ λοιπὰ ἀμαρτήματα ἔφασαν οἱ πολλοὶ καὶ τὴν χειροθεσίαν ἀφιέναι. ἐὰν δὲ αὐτὸς μὴ ὁμολογῇ, ἐλεγχθῆναι δὲ φανερώς μὴ δυναθῇ, ἐπ' αὐτῷ 5 ἐκείνῳ ποιεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν.

ΚΑΝΩΝ I.

Ὅμοίως καὶ διάκονος ἐὰν τῷ αὐτῷ ἀμαρτήματι περιπέσῃ, τὴν τοῦ ὑπηρετοῦ τάξιν ἐχέτω.

ΚΑΝΩΝ IA.

10

Πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω· ἐὰν καὶ πάνυ ἦ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλ' ἀποτηρείσθω. ὁ γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐφωτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν.

ΚΑΝΩΝ IB.

15

Ἐὰν νοσῶν τις φωτισθῇ, εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι

ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officiis, propter studium bonum. Nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus impositionem posse dimitti. Quod si de se non fuerit ipse confessus, et argui manifeste nequiverit, potestatis suæ iudicio relinquatur.

CANON X.

Simili modo etiam diaconus si eodem peccato succubuerit,

ab ordine ministerii subtrahatur.

CANON XI.

Presbyter ante tricesimum 20 ætatis suæ annum nullatenus ordinetur, licet valde sit dignus, sed hoc tempus observet. Nam Dominus noster tricesimo ætatis suæ anno baptizatus 25 est, et sic cœpit docere.

CANON XII.

Si quis in ægrotudine fuerit baptizatus, ad honorem pres-

οὐ δύναται· οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης. εἰ μὴ τάχα διὰ τὴν μετὰ ταῦτα αὐτοῦ σπουδὴν καὶ πίστιν, καὶ διὰ σπάνιν ἀνθρώπων.

ΚΑΝΩΝ ΙΓ.

5 Ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι ἐν τῷ Κυριακῷ τῆς πόλεως προσφέρειν οὐ δύνανται, παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρων πόλεως, οὔτε μὴν ἄρτον δίδουαι ἐν εὐχῇ, οὐδὲ ποτήριον. εἰ δὲ ἀπῶσι, καὶ εἰς εὐχὴν κληθῆ, μόνος (for. μόνον) δίδωσιν. Οἱ δὲ χωρεπίσκοποι εἰς
10 μὲν εἰς τύπον τῶν ἐβδομήκοντα· ὡς δὲ συλλειτουργοὶ διὰ τὴν σπουδὴν τὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς, προσφέρουσι τιμώμενοι.

ΚΑΝΩΝ ΙΔ.

Διάκονοι ἑπτὰ ὀφείλουσιν εἶναι κατὰ τὸν κανόνα,
15 καὶ πάνυ μεγάλη εἴη ἡ πόλις. πεισθήσῃ δὲ ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν πράξεων.

byterii non potest promoveri; quod non ex proposito fides ejus, sed ex necessitate descen-
20 dit: nisi forte propter sequens studium ejus et fidem, atque hominum raritatem, talis possit admitti.

CANON XIII.

25 Presbyteri ruris in ecclesia civitatis, episcopo præsentem vel presbyteris urbis ipsius, offerre non possunt, nec panem sanctificatum dare, calicemque por-
30 rigere. Si vero absentes hi fu-

erint, et ad dandam orationem vocentur, soli dare debebunt. Chorepiscopi quoque ad exemplum quidem et formam Septuaginta videntur esse: ut com-
ministri autem, propter studium quod erga pauperes exhibent, honorentur.

CANON XIV.

Diaconi septem debent esse juxta regulam, licet et valde magna sit civitas. Idipsum autem Actuum Apostolorum liber insinuat.

ANNOTATIONES IN CONCILII NEOCÆS. CANONES.

P. 181. l. 5. Νεοκαισαρεία] Neocæsarea est urbs Cappadoeciæ in Ponto Polemoniaco, unde etiam ἡ κατὰ Πόντον α Balsamone et Zonara hoc in loco dicitur: de qua Plinius meminit Hist. Nat. lib. vi. cap. 3. et Ptolemæus in prima tabula Asiæ. Hic ergo celebrata fuit præsens synodus ab iisdem fere Patribus, a quibus Ancyrana, et eodem etiam anno, vel saltem sequenti, sive an. Dom. 315. Unde constat hanc ante Nicænam Synodum decem plus minus annis habitam fuisse. Et ea quidem antiquiorem esse Dionysius Exiguus etiam testatus est in præfatione ad hos canones, dicens, Et hæ regulæ post eas quidem probantur, quæ apud Ancyram expositæ sunt, sed Nicænis anteriores reperiuntur. Et vetus Latinus interpres in sua itidem ad hos canones præfatione, dicens, Isti canones secundi sunt Ancyrensiū, qui (apud) Neocæsariam sunt expositi: et hi priores sunt Nicænis. Ab hoc concilio in omnibus Græcis codicibus, Balsamoni præsertim et Zonaræ, quindecim canones editi perhibentur. Sed in nomocanone Arabico in Bibliotheca nostra Bodlejiana quatuordecim tantum numerantur. Quippe in quo de præsentī Synodo hæc habemus (Latine) *Et sextus est liber canonum secundi Concilii in Cartagenâ (sic), denominata etiam Cæsarea, et*

numerus erat quinquaginta Episcopi, et ediderunt quatuordecim canones de conjugio et sacerdotibus. Et sic etiam priscae editionis Latinae autor, et Dionysius Exiguus, et Isidorus Mercator quatuordecim tantum canones huic Concilio adscribunt, decimum tertium, et decimum quartum in unum contrahentes. BEVEREG. Cum omnino debeant duo hi canones inter se conjungi, Latinorum ego computationem amplexus sum; cui favet Usserius archiepiscopus in *Epistola* sua x. pag. 18. edit. Lond. simul vero Gangrensi concilio canones viginti pro undeviginti adnumerans. Verum enimvero huic recensio accedere possit vel Græca auctoritas, quippe cum se res similiter habeat in *codd. duobus Bodleianis*, quorum alter sæculi undecimi est, in quibus xiv. tantum Canones Neocæsarienses recensentur. Is autem numero 196. signatus est. Simile præstant et *codex Vindobonensis bibliothecæ* XLIV. secund. numeros *Kollar.* qui est *Synodici* pars prior; Symeonisque *Epitome Canonum* in tomo ii. *Biblioth. Jur. Canon. Vet.* p. 724. Adde MS. 226 apud *Codd. Nanius* p. 445 *Catalogi.* Eundemque computum a Photio in *Nomocanone* servatum fuisse, ostendit Jacobus Leschasseries in *Consultationis* particula præfixa eidem. *Bibliothecæ* p. 13. quem infra attuli de hac re memorantem ad Canon. XIII. Porro hic Canon atque pars ejus posterior in unum coaluerunt in Joannis Antiocheni *Canonum Collectione* seu *Digesto*, vicesimo primo Titulo Collectionis, etsi in Tit. xxiii. Canon ultimus per errorem, ut in erratis cl. editores *Juris Canon. Bibliothecæ* monuerunt, num. ιε'. non ιδ'. designatus est. Sed enim legitur ιδ'. in Joannis *MSto Bodleiano* num. 86. signato, in quo quidem codice haud semel positum de his canonibus invenias, εἰσὶ δὲ τὰ κεφαλαία τέσσαρες καὶ δέκα. Cum vero præter morem canon penultimus bifariam divisus fuisset in *Epitome Canonum*, qui ab Hadriano I. Carolo M. Romæ oblati sunt, quindecim canones epitome illa recensuit, renitentibus aliis omnibus, ut dixi, Latinis. Vid. tom. vii. *Concil.* ed. Labbe et Cossart.

CANON I.

P. 181. l. 10. αὐτὸν μετατίθεσθαι] Posuisse se monuit Beveregius ex codd. Amerbachiano et Bodleiano (qui est numero 205, designatus) desumpta, αὐτοῦ μετατιθέσθω, et in sequentibus ἐξωθείσθω pro ἐξωθείσθαι αὐτὸν, et ἀγέσθω pro ἄγεσθαι αὐτόν. At verba recepta, legibus et canonibus solennia, subaudito nimirum post modum infinitivum ἔδοξεν, quod in *Concilii Chalcedonensis* canone vicesimo suppletum est, præstant non modo ceteræ *Conciliorum* editiones, pariter atque illa Harduini, quam quidem editionem plerumque sequor, verum etiam *Codex Canonum Justellianus*, *Joannes Antioch. Bodleianique sex saltem codices canonum manuscripti*, nam in *codice* 196, ubi αὐτοῦ extat, μετατίθεσθαι tamen exaratum est. Corrigan interim ex Joannis Antiocheni *MSto Bodleiano* librum editum, in quo κατατίθεσθαι pro μετατίθεσθαι male positum est: verumtamen idem error etiam *codici MS. 5571*, inhæret, quæ quidem collectio canonum manca est, sed ejusdem fortasse Joannis.

Ibid. l. 12. μετόνοιαν.] Zonaræ *Commentarius*: Ἐὰν γάμον νομιμὸν τάχα ἑαυτῷ πρεσβύτερος συναλλάξη, μετατίθεται τῆς τάξεως αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ, ἐκβάλλεται τῆς ἱερωσύνης. καθαιρεῖται γάρ. ἐὰν δὲ πορνείῃ ἢ μοιχεύσῃ, τελείως ἐξωθεῖται τῆς ἐκκλησίας, καὶ εἰς μετανοούντων ἄγεται τόπον, ὥστε προσκλαίειν, καὶ ἀκροᾶσθαι, καὶ τὰ λοιπὰ ἀναπληροῦν. Hunc vero posteriorem ad laicam communionem admitti a S. Basilio in Canone XXXII. et a Carthaginensi Synodo in Canone XXVII. addit Zonaras. Similia habet Balsamo. Aristeni hæc sunt; Ὁ γυναῖκα λαβὼν πρεσβύτερος, τῆς μὲν ἱερωσύνης μετακινεῖται τῆς δὲ τιμῆς καὶ τῆς καθέδρας μετέχει. ὁ δὲ πορνεύσας, ἢ μοιχεύσας, τέλειον ἐξωθεῖται, καὶ εἰς μετόνοιαν ἄγεται. Diaconorum quoque jam ordinatorum nuptias, nisi ea de re diaconatum suscepturi cavissent, damnabant οἱ σύγχρονοι Aneyrani in Canone X. Tum, quidquid interea de origine atque utilitate cœlibatus clericalis statuendum est, quem quidem, auctor est Platina, liberum a legibus esse debere judicabat etiam pontifex Romanus Pius II. cuique, ni fallor, constabit veterum scripta legenti; quamvis

plurima extent exempla non tantum aliorum sacerdotum, verum etiam episcoporum, cum conjuge atque liberis vitam degentium, nullos tamen commemorari, vel episcopos, vel presbyteros, aut denique diaconos, nisi diaconi de hac re prius cavissent, qui his temporibus post ordinationem suam uxores sibi conjunxerint. Fassus est, ut alibi scripsi, ipse quoque Paphnutius apud concilium Nicænum, τὸν φθάσαντα κλήρου τυχεῖν μηκέτι ἐπὶ τὸν γάμον ἔρχεσθαι κατὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀρχαίαν παράδοσιν. Verba sunt Soeratis *Hist. Eccl.* 1. 2. Confer Sozomen. *H. E.* II. 6. Vid. et S. Jacobi Nisibensis *Sermonem* XVII. §. 9. p. 383. qui eidem concilio interfuit.

CANON II.

P. 181. l. 14. μέχρι θανάτου] Sequitur istud in Beveregii *Synodico*, μὴ πειθομένη λύσαι τὸν γάμον, quod cum ignorent omnes editiones Græcæ atque Latine, in uno codice 205. Bodleiano inventum, sed refragantibus septem aliis canonum exemplaribus scriptis, ne dicam Joannem Antiochenum *MStum*, idem ideo ex glossa tantum videtur profectum, sed tamen canonem vere exponens. Itidem abest cum a *Lloydii MSto*, tum a *Pedaglio Venetaque Synopsi*. Idem vero ipsum extitisse dixerim etiam in *codicibus* Zonaræ ac Blastaris, qui in *Commentariis* suis verba addant. Μοx τῷ præfigunt θανάτῳ libri cum *scripti* tum *editi* omnes præter *Conciliorum* editiones, quas hic relinquendas duxi.

P. 182. l. 3. ἡ μετάνοια] Zonaræ *Commentarius*: Ἐὰν γυνὴ κατὰ γάμον δύο ἀδελφοῖς συνοικήσῃ, ἐξωθείσθω τῆς ἐκκλησίας μέχρι θανάτου μὴ πειθομένη λύσαι τὸν γάμον· εἰ δὲ θνήσκουσα ἐπαγγέλληται, ὅτι ὑγιάνασα λύσει τὸν γάμον, τεύξεται τῆς ἁγίας μεταλήψεως τότε, καὶ ἀναρρώσθεισα, ἔξει μετάνοιαν, ἀντὶ τοῦ δεχθήσεται εἰς μετάνοιαν, ἐὰν δὲ τὸ ἐν τῶν προσώπων τούτων ἐν τῷ ἀθεμίτῳ γάμῳ τελευτήσῃ, δυσχερὴς ἡ μετάνοια τῷ περιλειφθέντι. ὁ γὰρ μετανοῶν ἀπιστάμενος τῆς ἁμαρτίας πιστεύεται μετανοεῖν. εἰ δ' ἔτι τὸ κακὸν πράττει, πῶς λογισθήσεται μεταμέλῃσθαι, ἢ πῶς δεχθήσεται εἰς μετάνοιαν; ὁ δὲ μέχρι θανάτου τῆς γυναικὸς μὴ ἀποστὰς τῆς ἀθεμιτογαμίας, δείκνυσιν, ὅτι εἰ καὶ ἔτι περιῆν, οὐκ ἂν ἀπέστη τῆς ἁμαρτίας, ὡς γοῦν ὅσον τὸ

ὑπ' (for. ἐπ') ἐκείνῳ τῷ κακῷ ἐπιμένων, δυσχέριαν ἔξει πρὸς τὴν μετάνοιαν, καὶ ὡσπερ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν λθ'. κανόνι φησίν· ἢ τῷ μοιχῷ συζῶσα, μοιχαλὶς ἐστὶ πάντα τὸν χρόνον· οὕτω καὶ ὁ ἀθεμιτογαμῶν ἕως ἂν μὴ λύσῃ τὸν ἀθέμιτον γάμον, ἁμαρτάνει καὶ εἰς μετάνοιαν ἄδεκτος ἔσται. Hujusmodi nuptias ubique damnatas fuisse, ostendit canon LXI. *Eliberitani in Hispania Concilii*, eodemque numero designatus canon *Concilii Aqathensis*, xviii. item *Aurelianensis primi*; quæ duo concilia ineunte sæculo sexto in Gallia celebrata sunt.

CANON III.

P. 182. l. 5. πλείστοις γάμοις] De illis hoc expositum est, qui plura duobus conciliaverint sibi matrimonia, cum ab aliis scholiasticis Græcis, tum a Zonara, cujus hic commentarius est: 'Ἐν τετάρτῳ κανόνι ὁ μέγας Βασίλειος, τοὺς τριγάμους ἐπὶ πενταετίαν ἀφορίζεσθαι λέγει, καὶ τοῦτον τὸν χρόνον οὐκ ἀπὸ κανόνος εἶναι φησιν, ἀλλ' ἐκ συνηθείας καὶ τῆς τῶν προειληφόντων ἀκολουθίας, καὶ τὴν τριγαμίαν δὲ, εἰς πολυγαμίαν ἀνάγει. τίνα δὲ λέγει χρόνον ὠρισμένον ὁ παρὼν κανὼν, ἡγνόηται, προγενεστέρα γὰρ ἐστὶ πολλῷ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἢ συνόδος αὕτη, καὶ παντελῶς εἰ ὠριστο πρὸ ταύτης χρόνος ἐπὶ τῶν τριγάμων, οὐκ ἂν ἡγνοήθη τῷ τὰ πάντα σοφῷ Βασιλείῳ· εἰ μὴ που λέγει καὶ αὕτη ἢ σύνοδος ὠρισμένον χρόνον, τὴν συνήθειαν. ὁ μὲν οὖν χρόνος, φησίν, ὠρισμένος ἐστίν· ἢ δὲ τῶν ἐπὶ τῇ τριγαμίᾳ μετανοούντων ἀναστροφῇ, καὶ ἡ πίστις ἢ πρὸς τὸν Θεὸν, συντέμνει τὸν χρόνον. εἰ γὰρ ὁ τούτους οἰκονομῶν, ὀρᾷ αὐτοὺς σπουδὴν ἐνδεικνυμένους, καὶ θερμότητα περὶ τὴν μετάνοιαν, καὶ οὐκ ἀπογινώσκοντας, ἀλλὰ πιστεύοντας, ὅτι διὰ τὴν πολλὴν ἀγαθότητα τοῦ θεοῦ ἀφεθήσεται αὐτοῖς τὸ ἁμάρτημα, συντεμεί τὸν χρόνον καὶ ἐλαττώσει αὐτόν. Confer Canon VII. qui sequitur, et XIX. *Ancyranæ Concilii*, adnotationesque subjunetas.

CANON IV.

Ibid. l. 9. ἐπιθυμίας] Hoc pro ἐπιθυμῆσαι *vulgata Conciliorum lectione* habet Beveregius, prout *Codex Canonum Eccles. Justellianus* et *Joannes Antioch.* Neque aliud quid aut *scripti Bodleiani*, demptis tribus 26. et 196. et 715. aut

Interpretes Latini agnoscunt; quibus nunc addas Pedalium.

Ibid. l. 10. ἀντῆ] Hoc quoque pro μετ' ἀντῆς præbuit Beveregii *Synodicon* ex codice, ut videtur, *Bodleiano* 205. desumptum, dum lectionem alteram *editi libri* exhibebant. Firmant autem mutationem *septem* præterea *codices scripti Bodleiani*, atque *Joannes Antiochenus MSus*. Ceterum ad oram editionis novæ *Conciliorum Mansianæ* positum est *προσκαθευδῆσαι* pro *συγκαθευδῆσαι*.

P. 182. l. 11. ὑπὸ τῆς χάριτος ἐρρῦσθη] Optime notat Joan. Johnsonus ad Anglicam suam *Canonum Versionem*, Canonem hunc magis ad doctrinam, ut loquuntur, quam ad disciplinam pertinere; nisi cautum illud eo fuisse existimemus, ut nemo fornicationi patrandæ cogitatione tantum intentus, ab illa tamen servatus, ad pœnitentiam ecclesiasticam compelleretur, etiamsi vel actu aliquo, vel sua ipsius confessione, notum esset propositum ejus. Sic ille. Zonaras autem in *Comment.* ad hunc Canonem S. Basilium M. affert vel incipienti delicto debitas pœnas in canone suo LXXX. irrogantem. Ita est; at certe nemo unquam tam severus fuit, ut hujusmodi peccatum tantummodo animo propositum vindicandum eadem pœna censeret, ac debeatur ei reipsa admissio. Interea nonnulla ad initium peccati spectantia, iterum atque iterum animo volvenda, admonuit Matthæus Blastares in *Syntagmate* Lit. II. cap. xvi. p. 224. apud Beveregium. Harduinus denique in marg. edit. suæ *Conciliorum* lectorem relegat ad S. Augustinum Serm. xliii. *De Verbis Domini*, cap. 12.

CANON V.

Ibid. l. 13. τὸ Κυριακὸν] Articulum addidi ex *tribus scriptis* 26. et 158. et 205. Zonaræque interpretatione ad Basilii M. *Epist. Canonice* Canonem XX. ubi hæc Neocæsariensium Zonaras attulit.

Ibid. l. 14 φανῆ] *Vulgo* abest φανῆ ante ἀμαρτάνων, quod legisse tamen *Joannem Antioch.* notavit ad marg. Harduinus. Cum vero extaret verbum in *Bodleianis codicibus omnibus* præter *duos* illos 158. et 205. agnoscereturque ab *Inter-*

pretibus Latinis, idem in textum recepi. Ut duo illi codd. sic Zonaras ad S. Basilium habet ἀμαρτάνη pro participio ἀμαρτάνων. Nunc vidi extare lectionem nostram φανῆ in *Lloydii MSto*, sed abesse illam a *Pedagio* ac *Veneta Synopsi*.

Ibid. ἀμαρτάνων] Ἀμαρτημα de peccato carnis intelligitur. Nicæen. II. IX. XIV. HARDUIN. In canone illo XIV. ita patres Nicæeni: Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεσόντων, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὐχέσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. Contra illos autem disputans, qui cum veteribus scholiastis putant duos ordines fuisse in ecclesia catechumenorum nominibus distinctos, quorum alii dicerentur *genuflectentes*, alii *audientes* sive ἀκροώμενοι, utrumque canonem aliter exposuit Salmasius. “Canon Neocæsariensis (inquit “ille) eum qui ex catechumenorum est ordine, et in ecclesia “*orantium de geniculis*,” [quos distinguit ab illis qui domi instruebantur ac discebant ea quæ sunt fidei, necdum recepti in ordinem catechumenorum in ecclesia publice orantium] “si peccet, ad ἀκροωμένους relegat, id est, ad “secundum ordinem pœnitentium, qui stantes scripturam “sacram audiebant. Hoc est quod dicit canon, γόνυ κλί- “νων, ἀκροάσθω, id est, cum de geniculis oraret, verbum “stans audiat, et pro catechumeno fiat pœnitens secundi “gradus. Nam statim adjicit, ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι “ἀμαρτάνη, ἐξωθείσθω. Si audiens adhuc peccare perseveret, “id est, in audientium pœnitentium ordine stans, ab ec- “clesia ejiciatur.” Hæc vir magnus, sub nomine *Simplicii Verini* latens, in Tractatu *Adversus Grotii Librum postu- mum*, p. 116—119. Magis ad litteram canon ita expone- retur; Si catechumenus, qui in ecclesia inter catechumenos steterit, peccare deprehensus fuerit, genibus flexis inter au- dientes versetur, non peccans ulterius; sin etiam inter audientes versatus, adhuc peccare perseveraverit, ejiciatur. Denique de illis qui ante baptismum peccavissent, adi CONCILIIUM ANCYRANUM, ubi ad Can. XII. agit de iisdem Zonaras; is vero, ut obiter hoc notem, in interpretatione sua canonis xx. S. Basilii, dat operam, ut asserentem patrem illum in iudicium non vocari pristinos catechume-

norum mores, hoc est post peractum baptismum, cum Neocæsariensi canone conciliet.

CANON VI.

P. 183. l. 2. Περὶ κνοφορούσης, ὅτι δεῖ φωτίζεσθαι &c.] Canonis synopsis, magis quam ipsa canonis verba, hoc sapere videtur. Paulo post κοινουῦ pro κοινωνουῖ habet *Lloydii MS.*

Ibid. διὰ τὸ ἐκάστου ἰδίαν &c.] Ad literam vertas, *Nihil enim in hac quidem re commune habet illa quæ parit cum partu suo, quoniam illud apud professionem propositum proprium esse cujusque declaratur.* Etenim articulum τὴν ante ἐπὶ præstant cum editi, tum vero *Bodleiani omnes præter duos illos 205. et 158.* Conferas cl. Gul. Wall. *Historiam Pædobaptismi* Anglica lingua conscriptam, vol. i. p. 63. a Johnsono ad hunc canonem laudatam.

Ibid. l. 4. τὴν ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ] Joannes Antioch. tit. xxxvi. habet τὴν ἐπὶ τῇ μετανοίᾳ, ἣτοι ὁμολογίᾳ. *HARDUIN.* Albaspinæus, in *Notis in quosdam Canones Conciliorum Asiæ*, ad fin. *Observatt. in Vet. Eccles. Ritus:* “*Quia proprium uniuscujusque propositum, de fide interrogabantur catechumeni antequam baptisarentur; neque aliter ad fontem lavacri admissos reperies, nisi ejus rationem aliquam reddidissent; interrogant eos nostræ fidei sacerdotes; et si præviderint in Patre et Filio, et Spiritu Sancto eos baptisatos, &c.* Arelatense primum can. 8. Præterea paulo antequam mergerentur, baptismum se optare, se baptisari velle, magna voce contestabantur: quæ cum ab iis qui parentum utero includerentur, non possent fieri, ad eosdem baptismi vis et gratia pervenire et penetrare non poterat. Hunc ipsum canonem ita interpretatur Martinus Bracarensis, *nam nihil in hoc participat mater infanti qui nascitur; propterea quod unicuique propria voluntas in confessione monstretur.*” p. 371. ed. *Helmestad.*

Ibid. l. 5. δείκνυσθαι] *Balsamonis Comment.* Τιὼς ἔλεγον, μὴ ὀφείλειν βαπτίζεσθαι τὰς ἐξ ἀπίστων τῇ ἐκκλησίᾳ προσερχομένας κνοφορούσας, ἀλλ’ ἀναμένειν τὴν εἰς τὸ φῶς τοῦ τοκέτου ἐξέλευσιν, ἵνα μὴ ταύτης βαπτιζομένης, δόξῃ συμβαπτί-

ζεσθαι, καὶ τὸ ἐγκυμονοῦμενον ὡς ἠνωμένον διόλου αὐτῇ. κἀν-
τεῦθεν μετὰ τὸ γεννηθῆναι, ἢ ἀφώτιστον καταλειφθῆ, ἢ βαπτίζο-
μενον λογισθῆ καὶ αὖθις βαπτίζεσθαι, οἱ γοῦν πατέρες τὴν
ἀντίθεσιν ταύτην μὴ παραδεξάμενοι, ὥρισαν ἀποκριματίσως
βαπτίζεσθαι τὰς κυφορούσας, ὅτε βούλονται, διὰ τὸ μηδεμίαν
κοινωνίαν ὑπέιναι τῇ τικτούσῃ μετὰ τοῦ τικτομένου, ὅσον εἰς
τὸν λόγον τοῦ φωτίσματος. ἄλλως τέ, φασιν, ἀναγκαία ἐστὶν ἢ
ἐκάστου ὁμολογία ἐν τῷ βαπτίζεσθαι· τὸ δὲ ἔμβρυον ἐστερη-
μένον διαθέσεως οὐ δύναται τὰς ἐπὶ τῷ βαπτίσματι ὁμολογίας
ποιῆσαι. προσετέθη δὲ τῷ κανόνι τὸ, ὅτε βούλονται, διὰ τοὺς
λέγοντας πρὸ μὲν τοῦ εἰδοποιηθῆναι τὸ ἔμβρυον εἰς ἄνθρωπον
ἀκινδύνως βαπτίζεσθαι τὴν μητέρα ἐγκυμονοῦσαν, μετὰ δὲ τοῦτο
μὴ καλῶς αὐτὴν βαπτίζεσθαι· διὰ τὸ εἶναι τοιαύτης διαθέσεως τὸ
ἐγκυμονοῦμενον, οἷας εἰσὶ καὶ ἀρτιγέννητα νήπια, τὰ μὴ δυνά-
μενα ὁμολογεῖν. διὸ τοι καὶ εἶπον οἱ πατέρες, ἐπ' ἀδείας ἔχειν
τὴν ἐγκυμονοῦσαν, ὅτε θέλει βαπτίζεσθαι, τὰ μὲν γὰρ ἔμβρυα,
ὅπως ἔχουσι διαθέσεως, οὐδεὶς περιεργάσασθαι δύναται, ἢ ἀνα-
δέξασθαι· τὰ δὲ νήπια διὰ τῶν ἀναδεχομένων αὐτὰ κατατίθεν-
ται, καὶ πράγματι φωτιζόμενα θείας καταξιοῦνται ἐλλάμψεως.
ἀνάγνωθι καὶ τὰ ἐν τῷ ἰ. κεφαλ. τοῦ δ'. τίτλου τοῦ παρόντος
συντάγματος παρ' ἡμῶν γραφέντα.

CANON VII.

P. 183. l. 7. γάμους διγαμοῦντος] Vulgo γάμους διγαμοῦντων.
Prætulit ego *codicum quatuor MSSorum* lectionem, quam
exhibet Joannes quoque Antiochenus *impressus* una cum
codice 5771. superius memorato. Habet autem γάμον διγα-
μοῦντος Beveregii *Synodicum*, quam quidem lectionem in
codicibus multis reperi. Sed præferendum est γάμους,
propterea quod sequitur forma eadem ad Canonis finem.
Cum vero de usu pluralis γάμους pro singulari dubitasset
quispiam, mutatum fuisse ab eo putaverim γάμους in γάμον.
In *Glossario Latino-Græco* Car. Labbæi habes, *Nuptiæ*.
γάμοι, γάμος, et in *S. Matthæi* cap. xxii. similiter plurale
cum hac significatione quater positum videtur, ubi fre-
quentissimum ejus apud auctores usum critici ostendunt.

Ibid. l. 8. *μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου*] Ex his verbis
facile est colligere, quales digami hic intelligendi sint;

tales nimirum, qui duas habent eodem tempore uxores. Laicis enim, qui post mortem unius aliam uxorem ducunt, pœna a nullo unquam canone imposita fuit, nec publica ab iis exacta pœnitentia. Sed de hac re alibi fusius agemus. BEVEREG. Recte hac de re dissentit a Beveregio cl. Johnsonus, in testimonium adductis *Concilii Laodicensi* Can. I. et *S. Basilii* Can. IV. atque etiam Canone III. *hujusce Concilii*. Et supra notatum aliquid est de his nuptiis, quas minus probare S. Paulus cum in epistolis ad Timotheum et Titum tum alibi videtur, ad Canonem XIX. ANCYRANI CONCIL. Sed vero haud ubique terrarum sancitum fuisse τὸ τοῦ διγάμου ἐπιτίμιον, cl. Binghamus lib. xvi. *Antiquit. Eccles.* cap. 11. §. 7. se opinari ait. Atque ad pœnitentiam redigi hunc durante ipso conjugio regula universali interdictum fuisse vult Balsamo in *Commentario*, quem nunc subjungam. Ὁ διγαμήσας λαϊκὸς οὐ παραχωρεῖται μετασχεῖν τῶν θείων ἀγιασμάτων ἀπειτεῦθεν, ἀλλὰ μετὰ ἐνιαυτὸν φησὶ γοῦν ὁ κανὼν, ὡς ἐπεὶ τὸ ἐπιτίμιον τοῦτο παρὰ τοῦ ἱερέως ἐπάγεται τῷ διγαμήσαντι, οὐκ ὀφείλει οὗτος συνεστῆσθαι αὐτῷ εἰς τὸν γάμον. δοκεῖ γὰρ ὡσπερ διὰ τῆς παρουσίας συναινεῖν, καὶ οὐ δυνήσεται ἐπιτιμῆσαι τὸν διγαμήσαντα. καλῶς οὖν διωρίσαντο μὴ συνεστῆσθαι τούτῳ τὸν ἱερέα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ γάμου. μετὰ γὰρ τὸν γάμον οὐ κωλυθήσεται συνανακεῖσθαι αὐτῷ, ὡς μηδὲ ἀκοινωνήτῳ ὄντι. εἰπὼν δέ τις ποτὲ ὀφείλει τὸν διγαμήσαντα μετὰ τὴν ἀπόστασιν τῆς διγαμίας δέχεσθαι εἰς μετόνοιαν, καὶ ἐπιτιμᾶσθαι, (ἔτι γὰρ τοῦ γάμου συνισταμένου, ταῦτα χώραν οὐκ ἔχουσι κατὰ τὸν καθόλου κανόνα) ἤκουσε μὴ εἶναι γάμον, ἀθέμιτον, ὥστε διασπᾶσθαι. καὶ διὰ τοῦτο ἔρρωται μὲν ἐπιτιμᾶται δὲ μετρίως, ὡς εἴρηται.

P. 183. l. 8. τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος] Anne interpretandum, τίς ἔσται qualis erit presbyter? scil. cum dari sibi pœnitentiam petit digamus, qua conditione erit, h. e. nonne ipse venia egens erit presbyter, qui presentia sua in convitio nuptiali hæc nuptias confirmasset? Ita enim ad *Synopsin*, quæ sequitur, Οὐχ ἔστιται πρεσβύτερος ἐπὶ διγάμοις. ἐκείνου γὰρ συγγνώμης δεομένου, τίς ἐκείνου ἀξιώσει συγγνώμης; hæc commentatus est Aristenus: Ὁ ἱερεὺς εὐλογήσας τὸν διγάμον, τῆς τραπέζης ὀφείλει ὑπαναχωρεῖν, καὶ μὴ συνεστιαθῆναι αὐτῷ.

εἰ γὰρ ὑπὸ ἐπιτίμιόν ἐστιν ὁ δίγαμος, ποῖα ἔσται τῷ πρεσβυτέρῳ συγγνώμη, τῷ διὰ ἐστίασεως τοῖς τοιούτοις συγκατατιθεμένῳ γάμοις. Zonaras autem ait: 'Ἡ διγαμία ὑπὸ ἐπιτίμιόν ἐστιν. ἐπιαντὸν γὰρ τῆς ἀγίας μεταλήψεως εἶργεται, τὸ δὲ ἐπιτίμιον οἱ ἱερεῖς ἐπάγουσιν, εἰς μετάνοιαν ἐρχομένου τοῦ διγαμήσαντος. ὁ γοῦν διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ συναίνειν δοκῶν τῷ δευτέρῳ γάμῳ ἱερεὺς, τίς ἔσται, φησὶν ὁ κανὼν, τουτέστι, πῶς οὐκ αἰδεσθήσεται ἐπιτιμῶν τῷ δευτερογαμοῦντι ὁ διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ συνευδοκῶν τῇ δευτερογαμίᾳ; ἀλλὰ ταῦτα ἐν γράμμασιν ἡμῶν δὲ καὶ πατριάρχης ὦφθη, καὶ μητροπολίται διάφοροι συνεστιώμενοι δευτερογαμήσαντι βασιλεῖ. Gentianus interea Hervetus in *Interpretatione sua Latina* ita vertit, sed vim dicti haud explicans; *Presbyter*—*ne convivetur*. *Cum enim requirat penitentiam digamus, quis erit presbyter, qui eo quod sit convivio acceptus, nuptiis assentiatur?* Conferend. *Actus Apost.* xii. 18. τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο, ubi *Vulgata* habet, *quidnam factum esse de Petro*.

CANON VIII.

P. 183. l. 12. Γυνή τινος] 'Ἐὰν γυνή τινος (ita edidit Beveregius). Joannes Antiochenus in collect. can. tit. 41. legit, Γυνή τινος μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος, ἐὰν ἐλεγχθῆ φανερώς. Sic etiam legit Dionysius Exiguus; vertit enim, *Mulier cujusdam adulterata laici constituti, si evidenter arguatur*. Et vetus interpres, *Mulier cujusque adulterata laico constituto, si doceatur*. Sic etiam legitur in Parisiensi Balsamonis editione: sed codex Amerbachianus cum Tiliano nostræ lectioni adstipulatur. BEVEREGIUS. Lectionem *Conciliorum* atque *Canonum*, Γυνή τινος, tuentur *Bodleiani codices omnes* præter illum, quo usus est Beveregius, *cod.* 205. Tilianus autem ab eo commemoratus codex, *Latina Interpretatio* est Gentiani Herveti, quæ ex *codice Joan. Tili Balsamonis Commentariis* cincto facta est, dum tamen *editio Græca* ipsius Tili, hæc est, ut dixi, *canonum editio princeps*, aliter se habet. Neque differunt *Pedalianum* et *Venetæ Canonum Synopsis*. Apostolus quaerit, εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται; 1 Tim. iii. 3.

P. 183. l. 13. ἐλθεῖν οὐ δύναται] Relegat lectorem Johnsonus ad *Canon. Apost.* xviii. Ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἐταῖραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. Porro ab eodem erudito viro verba *Lecitici* cap. xxi. comm. 14. indicantur, ubi summo pontifici fere eadem prohibentur conjugia. Ceterum mox addere Joannem Antiochenum post οὐ verba δι' αὐτὴν Beveregius notavit; hæc tamen abesse video a *Joanne scripto Bodl. cod.* 86.

Ibid. l. 16. ὑπηρεσίας] Vocem mutavit cum altera *διακορίας* ex *codice suo*, ut videtur, accepta Beveregius. Reliqui *Bodleiani* refragantur; et conferendus est Canon. X. Zonarasque in *Scholio* habet, quod sequitur; Ἄνδρὸς λαϊκοῦ γυνὴ μοιχευθεῖσα, καὶ φανερώς ἐλεγχθεῖσα, κωλύει τὸν ἄνδρα αὐτῆς εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν, τουτέστιν εἰς βαθμὸν ἱερατικόν τινα, πλὴν ἢ φανερώς ἐλεγχθεῖσα, οὐχ ἢ ἐν ὑποψία γενομένη, ἢ καὶ κατηγορηθεῖσα παρά τινος τῶν κατηγορεῖν οὐ δυναμένων αὐτῆς προσώπων. οὐ γὰρ τῷ βουλομένῳ ἐφέιται περὶ μοιχείας κατηγορεῖν, ἀλλὰ ῥητοῖς προσώποις. ἐὰν δὲ καὶ ἱερωμένου γυνὴ μοιχευθῇ, ἀπολύσαι αὐτὴν ὀφείλει, τουτέστι, διαζυγῆναι αὐτῆς· εἰ δὲ συζῆν αὐτῇ βούλεται, κωλύεται τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ διακορίας· ἤτοι τοῦ βαθμοῦ εἰς ὃν κατετάχθη. ἢ γὰρ μοιχευθεῖσα μεμιάνται, ὃ δὲ ταύτῃ μιγνύμενος ἐν σῶμα γίνεται, καὶ λοιπὸν μετέχει κακῆϊνος τοῦ μιάσματος, ὃ δὲ μεμιασμένος πῶς δεχθήσεται εἰς τι θεῖον λειτουργημα; Christoph. Justellus ad *Codicem Canonum Eccles. Univ.* hæc notavit. “Concilium Eliberit. [47] Tertullianus lib. iv. contra Marcion. *Quid facit apud te maritus, si uxor ejus commisit adulterium, habebitne illam? nuptias nec separari vult Christus prohibendo repudium; nec cum macula haberi, tunc permittendo divortium.* Chrysostomus, *Sicut crudelis et iniquus est, qui castam dimittit uxorem; sic fatuus impiusque est, qui retinet meretricem.* Innocent. III. cap. qui vir. de adulter.” Civilibus quoque legibus punitos esse viros adulteras uxores non repudiantes, ad ANCYRANI CONCIL. Canon. XX. jam annotatum est. *Lloydii MS. Pedalium* et *Sylloge Veneta* lectionem receptam tuentur.

CANON IX.

P. 184. l. 2. διὰ τὴν ἄλλην σπουδὴν] Exposuit Zonaras, *Cum sit σπουδαῖος, h. e. cæteroquin bonus. Confer et Canon. XII.*

Ibid. τὰ γὰρ λοιπὰ ἁμαρτήματα] Alia præterea delicta, sed ea minora, neque cum stupro conjuncta, vulgus quidem hominum censebant ordinatione deleri; immo peccata omnia nonnulli aiebant: ecclesiæ vero, teste Blastari in *Syntagmate Lit. X. cap. xxv. p. 216.* haud tantum valere visum sacerdotium est, ut solveret, quod nonnulli putabant, delicta quæ jam antecessissent, etsi sacrum quidem lavaerum novum reddere posset hominem, qui baptizatus esset; canonem enim nonum Nicænum jubere presbyteros, qui aut citra probationem sint ordinati, aut interrogati quidem confessi fuerint priora peccata, præter regulam tamen ordinati sint, nequaquam admitti; τὸ γὰρ ἀνεπίληπτου, inquit patres, ἐκδικεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.

Ibid. l. 6. ἐξουσίαν.] Aristeni *Commentarius*: Τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἁμαρτήματα ἢ χειροθεσία λύει· μονῆς δὲ τῆς σωματικῆς ἁμαρτίας ἡτῶται. ἐὰν οὖν τις, πορνείαν προσημαρτηκῶς, εἰς ἱερωσύνην παραδέχθῃ, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ὁμολόγησῃ τὰ ἁμαρτήματα· τῆς μὲν καθέδρας καὶ τιμῆς τῶν πρεσβυτέρων μεθέξει, ἱερατικὸν δὲ τι οὐκ ἐνεργήσει· εἰ δὲ μήτε αὐτὸς ὁμολογήσῃ, μήτε παρ' ἄλλου ἐλέγχῃτο φανερώς, παρὰ τῆ αὐτοῦ ἐξουσίᾳ κείσεται τῆς ἱερωσύνης παυσθῆναι, εἴτε καὶ μή. Cum hoc Canone conferendus est vicesimus secundus *Concilii in Trullo, seu Quinisexti*, qui idem est atque Canon. XXVII. S. Basilii Magni. Adi et canonem LXXVI. concilii Eliberitani ad diaconos *in crimine mortis detectos* pertinentem. Porro ideo laudatur medicus quidam nominæ Martyrius apud Sozomenum *Hist. vii. 10.* quod magnorum delictorum conscius diaconus fieri detractaverit.

CANON X.

Ibid. l. 8. ἐὰν τῷ αὐτῷ] *Vulgo* ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ, dum omittitur ἐὰν in edit. *Canonum* Tiliana, quæ princeps est.

Præpositionem vero ἐν expunxi fide nixus *sex MSSorum*, Joannisque Antiocheni cum *editi* tum *scripti*, tum vero *codicis* superius memorati 5771. Nunc firmare omissionem *Pedalium* vidi.

P. 184. l. 9. τοῦ ὑπηρέτου] *Subdiaconi*, ut monuit Anglicus interpres Johnsonus, testibus citatis *Concilii Laodicensi* canonibus XX. et XXI. et sequentibus. Ad canon. ejusd. *Concil. XXII.* ait Zonaras: Τοῖς γοῦν ὑπηρέταις, ἧτοι τοῖς ὑποδιακόνοις, οὐκ ἐφέϊται φορεῖν ὠράριον· τοῦτο γὰρ τῶν διακόνων ἐστὶ. Hæc interea Balsamonis extant ad Canonem hunc Neocæsariensium—εἰς ὑπηρέτου δὲ τάξιν καταβιβασθῆσονται, ἧτοι ἀχειροτονήτου ὑποδιακόνου ἢ ἀναγνώστου. Sed vero inter τοὺς ἀχειροτονήτους subdiaconum haud recenset *Constitutionum Apostol.* Auctor lib. viii. capp. 21. et 22. qui scribit, ὑποδιάκονον χειροτονῶν, ᾧ ἐπίσκοπε, ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ac de lectore similiter. Super exorcistas vero, aliosque nonnullos, vetitum est fieri manuum impositionem in illis *Constitutionum* capitibus, quæ proxime sequuntur. Ita interim loquuntur hi patres Neocæsarienses in Canone suo VIII. ut fere putes omnes, ad quameunque ὑπηρεσίαν ecclesiasticam accesserint, prius *χειροτονηθέντας* fuisse; quod tamen fieri haud consuetum esse, cum multi alii ostendunt, tum vero S. Basilius M. in *Canone* LI.

CANON XI.

Ibid. l. 14. ἐφωπίσθη] Ἐβαπίσθη, quod Beveregius recepit, ego inveni in *quatuor codd. Bodleianis*, itidem in canone XIV. *Concilii Trullani*, ubi patres illi Canonem hunc Neocæsariensem adduxerunt, exhibentibus quoque illud *Sylloge Veneta Pedalioque*. Cum vero *tres codices Canonum scripti*, simul atque *edita Concilia* et *Canones*, Joannesque Antiochenus in *Canonum Digesto* alteram scripturam præsent, eademque extet in canone proxime sequente, retinenda ea videtur, neque cum patrum Trullanorum lectione, cujus haud obscura causa est, commutanda. Habet *τριακονταέτης ἐβαπίστατο cod.* 158.

P. 185. l. 2. διδάσκειν] Zonaras: Τοῦτον τὸν κανόνα ἡ ἕκτη σύνοδος οὕτως τίθησι, καὶ ἐξηγήθη ἐκεῖ ἰδ'. ὦν. Canonem

apponam; Ὁ τῶν ἀγίων καὶ θεοφόρων ἡμῶν πατέρων κρατεῖται κανῶν καὶ ἐν τούτοις, ὥστε πρεσβύτερον πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονεῖσθαι, κἄν πάνν ἢ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλ' ἀποτηρεῖσθαι. ὁ γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐβαπτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν ὁμοίως, μήτε διάκονον, πρὸ τῶν εἰκοσιπέντε χρόνων, ἢ διακόνισαν πρὸ τῶν τεσσαράκοντα ἐτῶν χειροτονεῖσθαι. De tempore quo ordines presbyterales conferri solebant, conferas tum Justelli Beveregiique notas ad finem horum Conciliorum a me collocatas, tum Binghami *Antiquit. Eccles.* lib. ii. cap. 10.

CANON XII.

P. 185. l. 4. ἀνθρώπων] Zonare *Commentarius*: Ἄς ὑγίαινων μὲν ὑπερετίθετο βαπτισθῆναι, νοσήσας δὲ, καὶ κίνδυνον περὶ τὴν ζωὴν ὑφορῶμενος ἐβαπτίσθη, οὗτος εἰς ἱερωσύνην οὐ προαχθήσεται. δοκεῖ γὰρ ἀναβάλλεσθαι τὸ φῶτισμα διὰ τὸ φιλήδονον καὶ φιλόσαρκον, καὶ τὸ θέλειν ἀνέτως ζῆν, καὶ μὴ ὑπαχθῆναι τῷ ζυγῷ τοῦ εὐαγγελίου, καὶ ἐξ ἀνάγκης ἢ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐκ προαιρέσεως γενέσθαι φαίνεται. εἰ δὲ σπουδαῖος μετὰ τὸ βάπτισμα φανῆ περὶ τὴν τῶν θείων ἐντολῶν φυλακίην, καὶ περὶ τὴν πίστιν βέβαιος, καὶ σπάνις εἴη ἀνθρώπων πρὸς ἱερωσύνην ἐπιτηδεῖων, τότε γενήσεται. Porro inter alia Balsamo: σημείωσαι οὖν, ὅτι καὶ ἀμφοτέρα ὀφείλουσι συνδραμεῖν, ἢ περὶ τὴν ἀρετὴν σπουδῆ, καὶ ἢ σπάνις τῶν ἀνθρώπων. Albaspinæus autem in Notis in quosdam Canones, *Observat.* ejus subjunctis, hæc scribit; “ De hujus canonis sententia “ dubitari video, et eam aliter a quibusdam accipi, quam a “ Patribus concepta sit: nimirum hoc canone a sacerdotio “ eos penitus arceri, qui in obitum usque baptismum pro- “ rogassent, quod insania quadam notarentur. Verum “ hallucinantur egregie: nam in hoc canone non agitur de “ his qui in mortem baptismum distulissent, sed de his, “ quos mors (for. morbus), in ipso Catechumenatu, et “ antequam ad ejus temporis exitum potuissent pervenire, “ occupasset. Neque a sacerdotio propterea arcentur, quod “ ea de causa essent infames, aut male audirent, sed ordi- “ nari nequaquam poterant, (ut in quodam canone habetur) “ quod docere, fidei arcana tradere, exponere, et cætera

“ Sacerdotii officia implere non posse viderentur, quos
 “ valetudo prima fidei elementa non sivisset ediscere, et
 “ rerum omnium ignaros et rudes baptisari coëgisset. Hæc
 “ est ratio quamobrem ad ordines non adlegerentur.—
 “ *Fides enim ejus non est ex proposito*; metu mortis potius,
 “ quam quod fidei suæ rationem reddere possit, profitetur
 “ se in Deum et Christum credere.” p. 372. edit. Helme-
 stad. Conferas Valesii notam ad CORNELII Fragmenta
 Eusebiana vi. 43. supra pag. 66. vol. tertii, et Justelli
 Beveregiique adnotationes, quæ infra sitæ sunt. Sed in
 Alaspinaei argumentum regeri hoc potest, sacris religionis
 erudiri atque institui posse clinicos post baptismum, immo
 oportere id fieri jussu canonis XLVII. *Concilio Laodicensi*
præcipientis; “*Οτι δεῖ τοὺς ἐν νόσῳ παραλαμβάνοντας τὸ*
βάπτισμα, εἶτα ἀναστάντας, ἐκμανθάνειν τὴν πίστιν, καὶ γι-
νώσκειν ὅτι θείας δωρεᾶς κατηξιώθησαν.”

CANON XIII.

P. 185. l. 4. ΚΑΝΩΝ ΙΓ.] Apud *edita Concilia*, et Be-
 veregii *Synodicum*, quibus addas plerosque omnes *codices*
manu scriptos Bodleianos, interpretesque Græcos, Zonaram,
 Balsamonem, Blastarem, dempto tantum altero interprete
 Aristeno, in duos hic Canon divisus est, qua de re ad
 hujusce Synodi Canonum Titulum jam dixi p. 187. Sed de
 eo, quod in hac re Photius olim fecerat, nunc audiendus est
 vir doctiss. Jac. Leschasseri in *Consultatione*, cujus par-
 ticula *Bibliothecæ Juris Canon. Vet.* præmissa est: “ Con-
 “ cilium Neocæsariense (inquit ille) tot Canones habet in
 “ Codice Orientali, quot et in Codice Tiliano, nempe quin-
 “ decim. At in Codice Moguntino, qui vetus Romanus
 “ est, quatuordecim Canones habet. Hæc vero differentia
 “ ex eo nata est, quod tertius et decimus Canon Codicis
 “ Orientis Tiliani, qui incipit *ἐπιχώριοι*; item quartus et
 “ decimus incipiens, *οἱ δὲ χωρεπίσκοποι*, pro unico Canone
 “ duabus partibus sive periodis constante citantur in Photii
 “ Nomocanone. Ambo citantur ab eo pro unico decimo
 “ tertio, scilicet prior pars ejus Canonis titulo tertio capite
 “ quarto, et posterior titulo primo capite vigesimo nono.”

Hæc ille p. 13. quibus hoc addas, appellari a Photio decimum quartum, qui canon ultimus sit, in capite proxime sequente illud a Leschasserio commemoratum. Pars porro posterior hujusce Canonis in tituli tertii capite octavo tanquam decimus tertius canon allatus est.

P. 185. l. 5. Ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι] Joannes Antioch. tit. xxi. legit ἐπιχώριοι ἐπίσκοποι ἢ πρεσβύτεροι, et mox, καὶ εἰς εὐχὴν κληθῆ ἑπιχώριος μόνος. HARDUIN. A Joanne scripto in bibliotheca Bodl. rectius absunt voces ἐπίσκοποι ἢ.

Ibid. Ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι] Hoc est, *Presbyteri ruris*, ut Dionysius Exiguus recte vertit. In hoc enim et sequenti canone [vel potius hoc solo, siquidem in plerisque editionibus Latinis huic ille conjungitur] de Episcopis et Presbyteris ruris agitur, quatenus ab iis distinguuntur, qui in urbibus constituti sunt; et tales quidem Presbyteri, ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι, et Episcopi χωρεπίσκοποι appellantur. Et illis in urbis Dominico, præsentate Episcopo aut Presbyteris urbis, offerre prohibetur; his autem permittitur. Adeo ut si nullum aliud suppeteret argumentum, hinc saltem clare satis evineatur, Chorepiscopus non fuisse ἐπιχωρίους πρεσβυτέρους, utpote a quibus hic apertissime distinguuntur. Neque sane ulla reddi potest ratio, quare illi χωρεπίσκοποι, hi ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι dicerentur: nisi quod illi vere Episcopi, et hi vere Presbyteri in rure constituti essent. Sed de Chorepiscopis videsis, quæ fusius commentati sumus in annotationibus ad decimum tertium Synodi præcedentis sive Ancyranæ canonem. BEVEREG. Positæ sunt infra. p. 212.

Ibid. l. 6. προσφέρειν] Προσφέρειν et διδόναι sic commemorat Canon *Synodi Nicænae* xviii. Ἦλθεν εἰς τὴν ἀγίαν καὶ μεγάλην σύνοδον, ὅτι ἐν τισὶ τόποις καὶ πόλεσι τοῖς πρεσβυτέροις τὴν εὐχαριστίαν οἱ διάκονοι διδόναι ὡσπερ οὔτε ὁ κανὼν, οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκε, τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν; τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ.

Ibid. l. 6. παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρων πόλεως] Hæc verba in MS. Amerbachiano desiderantur. Sed omnes alii codices Græci, una cum Joanne Antiocheno, legunt, παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου πόλεως. Adeo ut noster

solus Bodleianus *πρεσβυτέρων* legat. Sed veteres Latinos interpretes ita etiam legisse ex eorum versionibus patet. Namque vetus interpres vertit, *præsente Episcopo aut Presbyteris civitatis*. Dionysius Exiguus *Episcopo præsente, vel presbyteris urbis ipsius*. Sic etiam Hervetus ex codice Tiliano, *præsente Episcopo vel urbis Presbyteris*. Sed Isidorus Mercator, *præsentibus Episcopis vel Presbyteris civitatis*, ac si ἐπισκόπων æque ac πρεσβυτέρων legisset. Et hæc quidem verba necessaria esse, ex sequentibus patet, ubi dicitur, ἐὰν δὲ ἀπῶσι. BEVEREG. Vocem πρεσβυτέρων agnoscunt non tantum *codices scripti Bodleiani omnes*, demptis duobus illis Joannis Antioch. sed etiam *edita Concilia* atque *Canones*, Zonarasque, Balsamo, et Aristenus.

P. 185. l. 7. ἐν εὐχῆ] Zonaras ἐν εὐχῆ, ἧτοι ἐν ἱεουργίας καιρῷ, dum res sacra peragitur. HARDUIN.

Ibid. l. 8. καὶ εἰς εὐχὴν κληθῆ, μόνος δίδωσιν] Sic scribunt fere omnes. Sed diversum quid præstant Dionysius Exiguus et Isidorus *Vett. Latini Interpretes*, quorum ille habet —*et ad dandam orationem* vocentur, soli *dare debent*, Isidorus autem —*et fuerint invitati ad dandam orationem*, soli *poterunt dare*. Similiter S. Martinus Bracarenensis in *Canonum Collectione Quorundam*. Nunc vero constat ex *Collectione Canonum Ecclesie Hispanæ* Matriti primum anno 1821 edita, Isidorianæ versionis codices Hispanos lectionem Græcam tueri, qui præsent, *et fuerit imitatus in orationem, solus poterit dare*. Contra in illo libro scripto Bodleiano, quem memorare solet Beveregius, exaratum inveniri κληρωθῶσι μόνοι. Habet κληθεῖς μόνος *cod.* 158. κληθῆναι μόνος *cod.* 3385. Ceteri in vulgata lectione cum *libri scripti* tum *editi* conveniunt, quibus addendi commentatores sunt; ἐὰν δὲ ἀπῶσιν, inquit Zonaras, ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος, καὶ οἱ ἐν αὐτῇ ἱερεῖς, καὶ κληθῆ χωρίου ἢ κώμης ἱερεὺς εἰς εὐχὴν, τότε καὶ τῶν ἀγιασμάτων μεταδίδωσιν. Si vulgata vera scriptura sit, necesse est, ut vox ἐπιχώριος saltem subaudiatur. Et supra notante Harduino, revera supplevit eam *Joannes Antioch.* sicut *cod. MS. Bodl.* numero 5771. designatus, qui tamen, ut dixi, ad Joannem pertinet. *Prisca* quoque *Versio* ex Ch. Justelli bibliotheca edita ita reddit locum,

quasi ab interprete inventum esset, καὶ εἰς εὐχὴν κληθῆ ὁ ἐπιχώριος ἐπίσκοπος,—si autem absentes sint, et in oratione vocatus fuerit qui de eo loco est corepiscopus (sic), solus dat. Videoque Fr. Brokesby in *Hist. Regim. Eccles. Prim.* cap. xiii. p. 205. Anglica lingua conscripta, fide versionis hujusce nixum vocabulum χωρεπίσκοπος inserere voluisse. Sed minus bene, nam inferius, ubi agitur de chorepiscopis, ibi innuitur, chorepiscopum, etiam præsente episcopo, tanquam collegam ejus, προσφέρειν, seu ἱεουργεῖν. Cum vero in aliena ecclesia peregre agebat urbis cujusvis episcopus, mos fuit, ut sacra facere ei concederetur ab altero antistite. Idemque faciendum jubet *Arelutensis Concilii* canon XIX. *De episcopis peregrinis, qui in urbem solent venire, placuit eis locum dari ut offerant.* Quod diu ante Anicetus S. Polycarpo Romæ commoranti concessit, teste Irenæo apud Eusebium. Atque agi in priore Canonis Neocæsariensis parte de ruris tantum presbyteris, satis ostendere videtur pars ista posterior de chorepiscopis. Distinguit itidem, ut obiter hoc notem, inter chorepiscopum et quemvis presbyterum et diaconum *Concilii Chalcedonensis* Canon II. Verum enimvero bene hic monuit interpres Anglicus Joannes Johnsonus, olim consuetum esse reservare partem elementorum consecratorum; itaque re bene perpensa, cum omnes fere codices pluralia haud agnoscant, vix dubito, quin ante illud, καὶ εἰς εὐχὴν κληθῆ, vox ἐπιχώριος subintelligenda sit, et mutato μόνος in μόνου scribendum sit, μόνου δίδωσιν; aut saltem, si malimus servare μόνος, tantum dare non offerre eucharistiam his verbis presbytero permittatur.

P. 185. l. 10. εἰς τύπον τῶν ἐβδομήκοντα] Propter comparationem hoc loco factam chorepiscoporum cum septuaginta discipulis, probare conantur Zonaras, Balsamo, Matthæusque Blastares, nullam illis fuisse potestatem vel signandi, sive, ut nunc loquimur, confirmandi baptizatos, vel ordines sacros conferendi, ex eo quod in *Actis Apostolorum* capite octavo Petrus et Joannes ex duodecim apostolis, quibus soli postea successi sunt episcopi, Hierosolyma missi fuerint ab apostolis Samariam, ut manus imponerent illis, qui a Philippo baptizati essent. Ante vero hos commen-

tatores, sæculo adhuc nono existente, pro chorepiscoporum dignitate et officio calumniatoribus eorum respondens Rhabanus Maurus archiepiscopus Moguntinus in *Libro de Chorepiscopis*, huic argumento, aureis his verbis usus, obviam iverat. *Apparet, inquit, quod iste Philippus non fuit episcopus, neque chorepiscopus, sed tantum diaconus et evangelista. Si enim chorepiscopus esset, nequaquam scriptor historici hoc tacuisset. Necdum enim apostoli ab invicem discesserant, ut in singulis provinciis sive civitatibus episcopos aut chorepiscopos ordinarent; sed in Hierosolymis tantum manentes prædicabant verbum Dei, donec Spiritus sancti dispositione cogente ad prædicandum gentibus per orbem directi sunt; sicque omnis ordo ecclesiasticus in singulis locis juxta eorum distributionem distributus, hactenus in ecclesia catholica servatur.* Sic ille in libello a Baluzio operi Petri de Marca *De Concordia Sacerdotii et Imperii* adjuncto, p. 1364. Porro hoc animadvertendum est, concedere ipsos, quos dixi, interpretes Græcos, dum ad *Ancyranæ Concilii* canonem celebrem illum XIII. commentantur, chorepiscopis licere, ut presbyteros et diaconos permittente urbis episcopo ordinarent. De chorepiscopis autem optime egerunt, opere tamen Rhabani. quod dolendum est, haud usi, Beveregius ad *Canones Ancyranos*, Gul. Cavius, libro *De Christianismo Primævo* lingua nostra conscripto, Binghamusque, *Orig. Ecclesiast.* lib. ii. cap. 14. Dum vero ait Cavius, part. I. cap. viii. pag. 224. satis superque constare, περιουτὰς a concilio postea Laodiceno in canone LVII. loco chorepiscoporum constitutos, eosdem fuisse atque ἐπιχωρίους πρεσβυτέρους, qui in hoc Canone memorentur, in dubio id esse mihi quidem videtur; qui enim diu ante hæc tempora presbyteri in vicis atque regionibus constituti fuerant, ibidem residere, si ita loqui fas est, haud circuire, soliti sunt. Περιουτὰς δὲ λέγονται, ait Zonaras, διὰ τὸ περιέρχουσαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστοὺς, μὴ ἔχοντες καθέδραν οἰκείαν. Certe diu antea Dionysius Alexandrinus ad se vocasse ait apud Arsenoetam, quæ Ægypti est, τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τῶν ἐν ταῖς κόμαις ἀδελφῶν. lib. ii. *De Promiss.* apud Euseb. *H. E.* vii. 24. Immo, quod vel apertius est, in Archelai

Manetis Disputatione. cum Manes fugiens advenisset ad quendam vicum, longe ab urbe positum, qui appellabatur Diodori, (κώμην εὐτελεστάτην hanc vocat Cyrillus Hieros. *Catech.* vi. p. 65. ed. Morel.) extitit presbyter illius loci, nomine et ipse Diodorus, cap. xxxix. p. 176. edit. Fabricii apud *Op. S. Hippolyti*. Confer et verba patrum *Concillii Antiocheni* adversus Paulum Samosatenum; Τοὺς θωπέοντας αὐτὸν (inquiunt) ἐπισκόπους τῶν ὁμόρων ἄγων τε καὶ πόλεων καὶ πρεσβυτέρους, vol. III. *Reliquiar. Sacr.* p. 307. Itaque dicendum, si fuerint οἱ περιόδευταὶ, qui chorepiscoporum loco postea constituti sunt, presbyteri ἐπιχωρίοι, contra non omnes ἐπιχωρίους presbyteros fuisse περιόδευτὰς, sed de iis tantum nonnullos, quos quidem ἐξάρχους nominant Aristenus et Balsamo in *Scholiis*. Hi denique Laodiceni concilii περιόδευταὶ, sic vocati a *circumeundo*, non, ut aliqui putant, a *curando*, vel *medicando*, deprehendi possunt ante concilium Nicænum in *circumeuntibus et potentibus visitare*, quos memorant episcopi Ægyptii in *Epistola* sua ad Meletium a Scipione Maffei primum edita. Vid. supra p. 92.

P. 185. l. 11. διὰ τὴν σπουδὴν τὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς] Τὴν ante εἰς, quod ab *editis Conciliis* atque *Canonibus* abest, post Beveregium posui, præstantibus illud tum *scriptis Bodleianis omnibus*, præter num. 715, tum Joanne Antiocheno in *Canonum Digesto* Zonaraque in *Commentario*. Legisse interea videbuntur ἦν εἰς τοὺς πτωχοὺς προσφέρουσι pro τὴν &c. Dionysius atque Isidorus, si Latine ipsorum Versiones inspiciantur, aliter vero se *Prisca Versio Justelliana* habet. Zonaras interpret ait——προσφέρειν δὲ οὐ κωλύονται διὰ τὴν σπουδὴν τὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς τιμώμενοι. τὰς γὰρ τῶν ἐκκλησιῶν, ὧν προϊστάτο, προσόδους εἰς πτωχοὺς ἀναλίσκειν ὄφειλον, καὶ προνοεῖσθαι αὐτῶν, καὶ τοῦτο ποιῶντες, ἐτιμῶντο. εἰ δὲ τοῖς χωρεπισκόποις ὀφείλημα ἦν τὰ Κυριακὰ χρήματα εἰς πτωχοὺς δαπανᾶν, πόσῳ μᾶλλον τοῦτο τοῖς ἐπισκόποις ὀφείλεται; Vult interea Johnsonus, nec male forsā, voce τοὺς πτωχοὺς hoc loco intelligendos esse rusticos, qui præ civibus fere sint pauperes. Certe ad chorepiscopos quatenus episcopos, cura pauperum præcipue pertinebat. Ὁ προϊστάμενος ait apostolus ἐν σπουδῇ in *epistola* sua ad Romanos

xii. 8. Conf. et *epist. ad Galatas* ii. 10. et vox ipsa σπουδή in *epist. ad Hebræos* vi. 11. alibique de studio beneficentiae erga alios usurpatur. Opus vero hocce amoris inter præcipua munia esse τοῦ προεστῶτος, sive episcopi, confirmat Justinus Martyr in *Apologia Prima* §. 88. Οἱ εὐποροῦντες δὲ, καὶ βουλόμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, ὃ βούλεται δίδωσι, καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον, ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν, λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὔσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὔσι ξένοις· καὶ ἀπλῶς τοῖς ἐν χρείᾳ οὔσι κηδεμῶν γίνεται. p. 148. edit. Ashton.

P. 185. l. 12. τιμώμενοι] *Vetus Canonum Synopsis*, atque interpres ejus Aristenus. Ἐπιχώριος πρεσβύτερος εἰς ναὸν πόλεως οὐ προσφέρει, εἰ μὴ ἄπεισιν ὁ ἐπίσκοπος, καὶ τὸ πρεσβυτέριον ὅλον. ἐὰν δὲ ἀπῶσι, καὶ καλοῖτο, προσάγει. Οἱ μέντοι χωρεπίσκοποι ὡς συλλειτουργοὶ προσφέρουσι, τῶν ἐβδομήκοντα τὸν τόπον ἐπέχοντες. Hæc habet *Synopsis*, quorum *interpretatio* Aristeniana sequitur: Οἱ χειροτονοῦμενοι πρεσβύτεροι ἐν παροικίαις παρὰ τῶν ἐπισκόπων, λειτουργεῖν οὐ συγχωροῦνται εἰς ναὸν πόλεως, παρόντος ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῆς πόλεως· ἐὰν δὲ πάντες ἀπῶσι καὶ καλοῖτό τις τῶν ἐπιχωρίων πρεσβυτέρων εἰς εὐχήν, προσφέρειν τότε καὶ λειτουργεῖν οὐ κεκάλυται. οἱ μέντοι χωρεπίσκοποι, ὡς συλλειτουργοὶ τῶν ἐπισκόπων, καὶ τιμώμενοι διὰ τὸ ἐπέχειν καὶ τὸν τόπον τῶν ἐβδομήκοντα, καὶ ἐνδημῆ ὁ ἐπίσκοπος τῆς πόλεως, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ μὴ, λειτουργήσουσιν ἀκωλύτως ἐν τῷ ναῷ τῆς πόλεως.

CANON XIV.

Ibid. l. 14. Διάκονοι ἑπτὰ] Si qua fides Abrahamo Eceheleni habeatur, Severus Alexandrinus, qui vitas Patriarcharum Alexandrinorum collegit, septem solos Diaconos Alexandriae a D. Marco constitutos asserit his verbis. (*Latine*) *Cum rescivisset sanctus Marcus consilium eorum, constituit Anianum Episcopum Alexandriae et tres Presbyteros et septem Diaconos.* Totidem certe ab apostolis primi constituti sunt. Act. Apost. vi. 5. Totidem etiam Romæ Sozomeni diebus, non plures fuisse, ipse testatur dicens, Διάκονοι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις εἰσέτι νῦν οὐ πλείους εἰσὶν ἑπτὰ,

καθ' ὁμοιότητα τῶν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων χειροτονηθέντων, ὧν ἦν Στέφανος ὁ πρῶτος μαρτυρήσας. Sed addit, apud alios numerum Diaconorum haud quaquam definitum esse, παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ἀδιάφορος ὁ τούτων ἀριθμός. Sozom. Hist. Eccles. lib. vii. c. 19. BEVEREG. Confer auctores, quos ad CORNELII Fragmenta indicavi vol. III. pag. 61.

P. 185. l. 15. κατὰ τὸν κανόνα] Monuit contra Whistonum Robertus Turner V. D. in libro Anglica lingua conscripto *De Constitutionibus Apostolorum*, cap. xvi. pag. 140. vocem κανόνα haud semper significare constitutum aliquod synodicum, sed interdum ecclesiasticum morem et consuetudinem; atque hinc fieri posse, ut patres Neocæsarienses, qui regulam de diaconorum numero κανόνα appellaverint, nihil aliud præter veterem morem, qui ex longo usu invalisset, cogitasse. Neque alio spectant, opinor, CORNELII verba in Epistola ad Fabium. Scilicet Novatianus post susceptum clinicum baptismum, ut scribit Cornelius, οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε, διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας ΚΑΝΟΝΑ, hoc est vertente Valesio, juxta ecclesiasticam regulam. pag. 25. vol. III. Beveregius quoque in *Cod. Canon. Illustrat.* lib. I. cap. xi. §. 5. referente eodem Turnero, negat istud κατὰ κανόνα apud Neocæsarienses de canone aliquo ecclesiastico intelligi debere, censet tamen interpretandum id esse de *sacrae scripturae canone, de canone vere apostolico ab ipsis nimirum Domini nostri apostolis constituto*, ad quem spectare hos patres putat. Canonem quidem veritatis sacram Scripturam appellatam a veteribus fuisse notum est; memoratque *formam divinitus datam* canon duodecimus Concilii Arelatensis; sed melior tamen, me judice, Turneri est explicatio.

Ibid. l. 16. πράξεων] Zonaræ *Commentarius*: Ὁ ἐξεκαδέκατος κανὼν τῆς ἐκτῆς συνόδου, περὶ τούτου τοῦ κανόνος διαλαμβάνει. εἶρηται οὖν ἐκεῖ, ὅπως οὐκ εὐστόχως οἱ τῆς συνόδου ταύτης τὸ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν διακόνων ὄνομα ἐξειλήφασιν. τὰ αὐτὰ οὖν καὶ πάλιν λέγειν ἢ γράφειν οὐκ ἀναγκαῖον. Canon autem hujus Concilii appellati *Trullani* incipit, Ἐπειδὴ ἡ τῶν πράξεων βίβλος ἑπτὰ διακόνους ὑπὸ τῶν ἀποστόλων κατα-

στῆναι παραδίδωσι· οἱ δὲ τῆς κατὰ Νεοκαισαρείαν συνόδου οὕτως ἐν τοῖς ἐκτεθείσι παρ' αὐτῶν κανόσι σαφῶς διεξήλθον, ὅτι διάκονοι ἑπτὰ ὀφείλουσιν εἶναι κατὰ τὸν κανόνα, καὶ πάνν μεγάλη ἢ πόλις ἢ πεισθήσῃ δὲ ἐκ τῆς βίβλου τῶν πράξεων· ἡμεῖς τῷ ἀποστολικῷ ρήτι τὸν νοῦν ἐφαρμόσαντες τῶν πατέρων, εὐρομεν ὡς ὁ λόγος αὐτοῖς οὐ περὶ τῶν τοῖς μυστηρίοις διακονουμένων ἀνδρῶν ἦν, (Conf. 1 *Tim.* cap. 3.) ἀλλὰ περὶ τῆς ἐν ταῖς χρείαις τῶν τραπέζων ὑπουργίας, τῆς τῶν πράξεων βίβλου οὕτως ἐχούσης, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις πληθυνόντων τῶν μαθητῶν &c. At vero, quanvis hanc suam muniverint sacri textus expositionem Trullani patres auctoritate S. Joannis Chrysostomi, eam tamen sententiæ Cypriani atque Hilarii adversari, ostendit cl. Binghamus, *Antiquit. Eccles.* lib. ii. cap. 20. §§. 1. et 2. Conferas Petavium *Dissert. Ecclesiast.* Lib. 2. c. 1. §. v—viii.

CANONES Catalogo clauduntur patrum Neocæsariensium in *Codice Canonum Vetere Ecclesiæ Romanæ*, seu *Dionysiana Canonum Græcorum Versione*, reposito; quem quidem indicem, pro eo quod feci ad Ancyræ Concilium, una cum lectionibus variis *Priscæ* illius *Versionis* ex bibliotheca Ch. Justelli editæ, juxta atque *Isidorianæ*, hic præstabo.

“Convenerunt autem in unum sancti et venerabiles Episcopi in urbe Cæsariensi. (In vet. cod. *Cæsarea*.)” [Et Concilium habitum esse ait *Synodici* auctor ἐν *Καισαρεία τοῦ Πόντου*. Prisca autem Versio Justelliana habet, *Et subscripserunt qui convenerant in Synodo Neocæsariæ.*] “id est:

Vitalis.	(Pater Ancyranus.)
Germanus.	(Pater Ancyranus.)
Gregorius.	
Alphius.	{ Prisca Versio <i>Alphion</i> . Pater Ancyranus, et postea Nicænus.)
Heraclius.	
(S. Basilius.	{ (P. V. habet <i>Basileus</i> . Utriusque concilii Ante Nicæni pater, testibus Zonara, Balsamone, Matthæoque Blastare, qui monet eum sub Licinio martyrii coronam accepisse. Hujus martyrium ab Antonio Pagi in <i>Crit. Baroniana</i> ad an. 416 revera contigisse probatum est.

Leontius.	{ (Pater Ancyranus et Nicænus, postea urbis hujus Neocæsareæ episcopus.)
Amphion.	{ (P. V. <i>Amphion</i> . Pater Ancyranus et Nicænus.)
Stephanus.	{ (Chorepiscopus Cappadociæ in <i>Catal.</i> <i>Isidori</i> dictus.)
Eretius.	{ (P. V. <i>Erytrius</i> . Fortasse pater Nicæ- nus. Saltem inter patres commemo- rantur duo episcopi apud provincias Bithyniam et Armeniam Minorem dicti <i>Evelthios</i> seu <i>Ebetius</i> , qui est in <i>Theodori Catalogo Nicænorum</i> Εὐθή- θιος.
Lupus.	(De eo silet P. V. Pater Ancyranus.)
Valentinus.	
Gerontius.	(Fortasse pater Nicænus.)
Narcissus.	(Pater Ancyranus et Nicænus.)
Longinus.	{ (Pater Ancyranus et Nicænus. Urbis ipsius Neocæsareæ episcopus; sed <i>Λογγινὸς</i> in <i>Theodori Catalogo Ni- cænorum</i> alibique, ut supra dixi, no- minatus.)
Sanctus.	(P. V. <i>Xantulus</i> .)
Salaminus al. Salminus.	{ (P. V. <i>Phalminon</i> . For. pater Ancy- ranus et Nicænus. Vid. supra ad <i>Concil. Ancyran.</i> p. 173.
Rudus al. Redus.	{ (Chorepiscopus Cappadociæ in <i>Catal.</i> <i>Isidori</i> dictus. Sedus in <i>Isidori</i> <i>codd. Hispanicis</i> . Habet <i>Sebii</i> no- men P. V.)
Dicasius.	(Pater Nicænus.)
Et ceteri, qui statuerunt superius scripta.”	

Haud extat clausula in Prisca Versione, ubi pro duobus illis patribus *Lupus* et *Rudus* duorum præsulum nomina *Pauli* et *Sebii*, sed alio ordine, posita sunt. Interea decem saltem ex decem et novem hîc nominatis Ancyrani fuerunt, novem autem et fortasse plures Nicæni. Post autem Versionis Priscæ Catalogum, quem una cum alteris duobus in edit. sua *Conciliarum* posuit Harduinus, hoc ille notavit, “ Alios (patres) habent alii MSS. mirifice omnes interpo-
“ lati.” Nihil vero ab Harduino scriptum invenies, vel de patribus, qui in tribus Conciliis Ancyræ, Neocæsareæ, Nicææ sederunt, vel de numero præsulum hic et Ancyræ collectorum. Pro decem autem et novem patribus donat

tres et viginti huic Neocæsariensi Concilio *Synodicon Vetus* a Joanne Pappo editum, capite xxxii. pag. 14. ed. Argentorat. Immo quinquaginta episcopos adseribit, sed fabulosius fortasse, Arabicus Nomocanon, quem supra memoravit Beveregius pag. 186. Hos autem patrum Ancyranorum ac Neocæsariensium Catalogos tam a Græco Canonum codice, quam a Dionysiana Versione primitus abfuisse, conati sunt ostendere Ballerini Fratres, *De Antiquis Collectionibus Canonum*, P. I. cap. III. ubi auctoritatem Catalogi patrum Nicænorum feliciter tuentur.

RELIQUÆ ANNOTATIONES

CHRISTOPH. JUSTELLI ET GUL. BEVEREGII

IN

CANONES CONCILIORUM ANCYRANI ET NEOCÆ-
SARIENSIS.

SEQUUNTUR commodius hic positæ, propter earum amplitudinem, reliquæ Christophori Justelli Notæ in hæc duo Concilia ad *Codicem*, quem vocat, *Canonum Ecclesiæ Universæ* conscriptæ; tum vero aliæ multæ Gul. Beveregii in eadem Concilia Annotationes; ut ne desideraretur quid faciens ad antiquitatis canonicæ illustrationem.

CONCIL. ANCYRAN.

CANON I.

P. 117. l. 5. *ὑποπεσόντες*] Olim in ecclesia plures erant animadversionis gradus, *πρόσκλαυσις* videlicet, *ἀκρόασις*, *ὑπόπτωσις*, et *σύστασις*. Omnium istorum meminit Gregorius Thaumaturgus epist. can. 11. et Basilius in epistola canonica 3. ad Amphilo-
chium can. 58. *ὁ μοιχεύσας, πεντεκαίδεκαετίαν. τέσσαρα μὲν ἔτη, προσκλαίων· πέντε δὲ, ἀκροώμενος. τέσσαρα, ὑποπίπτων· καὶ ἐνί, συνηστώς.* Est autem *πρόσκλαυσις*, cum quis admissio peccato extra ecclesiam stans, cum luctu et lacrymis eos qui ingrediuntur orat ut pro se misericordiam Dei elicerent. Græcus scholiastes Harmenopuli in epitome canonum sect. v. tit. 3. *προσκλαίων, ἤγουν ἕξω τῆς ἐκκλησίας ἰστάμενος, καὶ τῶν εἰσιόντων δεόμενος, ὑπὲρ αὐτοῦ εὐχεσθαι.* Hinc eleganter Tertullianus dixit, *Fratribus, legationes*

deprecationis suae injungere. et Cyprianus lib. iv. epist. 2. *Pœnitentia deprecationis errorem pristinum confiteri.* προσκλαύσεως exemplum extat apud Eusebium lib. v. cap. 28. ubi de Natali quodam agitur, μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ δακρύων προσπεσεῖν Ζεφυρίῳ τῷ ἐπισκόπῳ, κυλιόμενον ὑπὸ τοὺς πόδας, οὐ μόνον τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἀλλὰ καὶ τῶν λαϊκῶν. συγχέαι τε τοῖς δάκρυσι τὴν εὐσπλαγχνον ἐκκλησίαν τοῦ ἐλεήμονος Χριστοῦ. hoc est, interprete Ruffino, *Multis lacrymis, errorem suum deflens ante pedes Zephyrini episcopi prosternit, et vestigiis omnium, non modo clericorum, sed etiam laicorum, nulla cum lamentatione provolutus, in lacrymas et miseraciones omnem provocavit ecclesiam, ut indulgentiam sibi a Christo continuis et jugibus pro ipso precibus implorarent.* et Synesius epist. 67. ad Theophilum Alexandrinum episcopum: Λαμπωϊανον, ἰνquit, ἴασωv εἶλεν ἀδικίας. ὁ δὲ φθάσας ὁμολογία τὸν ἔλεγχον, ἔχει τὴν δίκην, ἐκκλησιαστικῶν συνόδων εἰργόμενος· καὶ τοι καὶ δακρύων ἐκ μετανοίας ἀφῆκε, καὶ δῆμος ἰκέτης αὐτὸν ἐξήτησατο. ἀλλ' ἐγὼ τοῖς δεδογμένοις ἐνεκατέρησα. τοῦ δὲ λύσαι τὴν αἰθεντιαν εἰς τὴν ἱερατικὴν καθέδραν ἀνέπεμψα. ἀκρόασις autem est, cum quis extra ecclesiam stans, divinas scripturas audit usque ad lectionem sancti evangelii. Scholiastes Græcus loco citato, οἱ ἀκροώμενοι ἐκτὸς ἴστατο τῆς ἐκκλησίας, μέχρι τῆς ἀναγνώσεως τοῦ ἀγίου εὐαγγελίου. Item, ἀκροώμενος, ἦγουν ἔξω ἰστάμενος ἐν τῷ νάρθηκι. *Audiens, hoc est stans foris in narthece,* hoc est, prodromo sive porticu templi. Vide annot. ad can. 50. infra. ὑπόπτωσις, cum quis intra ecclesiæ septa post suggestum stat, et cum catechumenis egreditur. Idem Scholiastes: ὑποπίπτων, ἦγουν ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας ἰστάμενος, ὅπισθεν τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξερχόμενος μετὰ τῶν κατηχουμένων. *Succumbens, hoc est stans intra ecclesiam, post suggestum et cum catechumenis exiens.* συστάσεως meminit canon 45. hujus codicis. est autem σύστασις, cum quis cum fidelibus orat, necdum tamen ad sacramenta admittitur. συνεστὼς, ait idem Scholiastes, ἦγουν τοῖς πιστοῖς συνευχόμενος, τῶν ἁγιασμάτων μῆπω ἀξιούμενος. CH. JUSTELLUS.

CANON XIII.

P. 121. l. 14. Χωρεπισκόποις μὴ ἐξείναι &c.] Id confirmat can. 98. hujus codicis, et Damasus P. R. in epistola ad episcopos Numidiæ tom. i. Concil. *Chorepiscopis, inquit, non liceat sacerdotes consecrare nec diaconos.* Leo I. P. R. epist. 88. ad Episcopos Galliæ et Germaniæ de Chorepiscopis loquens: *Nam quamvis, inquit, cum episcopis plurima illis ministeriorum com-*

munis sit dispensatio, quædam tamen ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint, sicut presbyterorum et diaconorum consecratio. Chorepiscopi autem dicuntur qui in regionibus, agris aut pagis præpositi, officio episcopi fungerentur, veluti vicarii episcopi. Horum frequens mentio est apud scriptores ecclesiasticos, et in subscriptionibus Conciliorum. JUSTELL. Chorepiscoporum in hoc opere frequens occurrit mentio. Præsertim in antiquioribus hisce conciliis; ut extra dubium sit eos passim in ecclesia tunc dierum constitutos fuisse: sed nihilominus valde perplexa est et intricata de iis disputatio. Nos veram eorum constitutionem atque officium ex hoc aliisque canonibus elicere molimur: quibus etiam conficere non dubitamus, veteres chorepiscopos, contra ac pluribus visum est, revera episcopos fuisse, etiamsi episcopalem quarundam functionem exercitia iis a canonibus denegetur. Primo enim episcopalem ordinationem habuerunt. Hoc ex Syn. Antioch. canone x. colligimus, qui sic incipit, τοὺς ἐν ταῖς κόμαις καὶ ταῖς χώραις, καὶ τοῖς καλουμένοις χωρεπισκόπους, εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν ἐπισκόπου εἰληφότες. quæ verba Dionysius Exiguus sic vertit, *Qui in vicis et possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint, et explicationis gratia addit, et ut episcopi consecrati sunt.* Et hanc sane veram esse istorum verborum interpretationem ex iis, quæ in isto canone sequuntur, palam est: statim enim cautum est, quod etiamsi chorepiscopi episcopalem istiusmodi ordinationem haberent, suum tamen modum scire, et ecclesias sibi subjectas administrare, et iis regendis contentos esse debent, εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν ἐπισκόπου εἰληφότες, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδου εἰδέναι τὰ ἐαυτῶν μέτρα, καὶ διοικεῖν τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἐκκλησίας καὶ τῇ τούτων ἀρκείσθαι φροντίδι, καὶ κηδεμονίᾳ. Hinc enim constat eos subjectas sibi ecclesias habuisse, et earundem curam iis commissam esse; quæ quidem nemini attribui possunt, nisi qui episcopalem χειροθεσίαν accepit. Hac autem chorepiscopi freti alia etiam tentare ausi sunt: sed ab hoc canone prohibentur, edicente, quod etiamsi tanquam episcopi consecrati fuerint, intra suos tamen limites se continere debent. Et quod ad ordines ab iis conferendos spectat, proximis ibidem verbis cautum est, ut isti Lectores, Hypodiaconos, et Exorcistas constituent, καθιστᾶν δὲ ἀναγνώστας καὶ ὑποδιακόνους καὶ ἐφορκιστάς. Verum omnium clericorum, ac propterea horum etiam ordinationem ad episcopos solos pertinere ex secundo apostolico canone manifestum est, dicente, Πρεσβύ-

τερος ὑπὸ ἐνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κλη-
 ρικοί. Sed dicat forsitan nonnemo, quod plures sane dixerunt,
 penes episcopos esse ordinare etiam presbyteros et diaconos,
 quod tamen in isto Antiocheno canone chorepiscopis diserte in-
 terdicitur, utpote ubi præcipitur, eos μήτε πρεσβύτερον μήτε διά-
 κονον χειροτονεῖν τολμᾶν. Fateor equidem, non in eo tantum, sed
 et in præsentī canone, hoc iis prohiberi, dicente itidem, χωρεπι-
 σκόποις μὴ ἐξείναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν. Hoc autem
 sententiam nostram non modo non destruit, sed et abunde con-
 firmat. Ex eo enim quod chorepiscopis vetetur in hisce cano-
 nibus presbyteros et diaconos ordinare, palam consequitur eos
 hoc fecisse, vel saltem tentasse; quod quidem nunquam fecis-
 sent, nisi ipsi reipsa episcopi fuissent. Et præterea etiam obser-
 vetur, quod iis presbyteros et diaconos non ordinare non abso-
 lute decernitur; sed ne illud faciant sine permissione episcopi
 civitatis, cui ipsorum regio subest, δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου,
 ut loquitur canon Antiochenus, vel ut præsens, χωρὶς τοῦ ἐπιτρα-
 πῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμμῶν. Verum enimvero si
 chorepiscopi presbyteri tantum, non etiam episcopi fuissent,
 presbyteros aut diaconos ordinare non poterant, etiamsi ab epi-
 scopo quovis vel omnibus permitteretur. Namque episcopi
 permissio, sine consecratione episcopali, presbyteros aut diaconos
 ordinandi potestatem dare nequit. Adhæc Synodus Neocæsari-
 ensis statuit quidem canone XIII. Vicinos presbyteros ἐπιχω-
 ρίους πρεσβυτέρους in urbis dominico offerre non debere, si urbis
 episcopus aut presbyter præsens sit: sed proximo canone sub-
 jungit, chorepiscopos ut συλλειτουργοὺς offerre honoratos, οἱ δὲ
 χωρεπίσκοποι εἰσὶ μὲν εἰς τύπον τῶν ἐβδομήκοντα, ὡς δὲ συλλειτουργοὶ
 διὰ τὴν σπουδὴν τὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς προσφέρουσι τιμώμενοι. Ubi ob-
 serves primo, hunc canonem sensu saltem cum præcedenti con-
 jungendum esse; ut ex particula δὲ constat, (et quidem Joannes
 Antiochenus, Alexius Aristenus, et Dionysius Exiguus hos duos
 canones in unum contrahunt) quæ etiam indigitat canonem
 hunc XIV. esse exceptionem quandam a præcedenti; ac proinde,
 ut ibi vicinos presbyteros isto casu offerre prohibetur, sic chor-
 episcopis id indulgetur; utpote qui inter ἐπιχωρίους πρεσβυτέρους
 non recensendi sunt, ideoque nec inter presbyteros. Dicitur
 autem ibidem chorepiscopus quidem ad typum 70. constitutos
 esse, sed tamen συλλειτουργοὺς, episcopis nimirum comministros
 esse. Sic etiam in Syn. Antioch. can. 8. quascunque cano-

nicas epistolas dare presbyteris prohibetur; sed chorepiscopis pacificas concedere permittitur, non minus quam episcopis. Ut autem prateream chorepiscopos distincte a presbyteris etiam commemorari a Synodo Nicæna prima, can. 8. et a Synodo Chalcedonensi can. 2. Concilium Laodicenum rem extra controversiam ponit, in quo constituitur, *non oportere in vicis et regionibus episcopos constitui, sed περιουεύτας' eos autem, qui prius constituti fuerunt, nihil agere sine consensu episcopi civitatis, ὅτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κόμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίστασθαι ἐπισκόπους. ἀλλὰ περιουεύτας' τοὺς μέντοι ἤδη προκατασταθέντας μηδὲν πράττειν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου ἐν τῇ πόλει.* Syn. Laod. can. 57. Sane *χωρεπίσκοπος* nihil aliud est, quam *ἐπίσκοπος ἐν χώρα.* Quod etiam Josephus Ægyptius in Synodi Nicænae can. VIII. observat, dicens *خوري ابسكوپس أي اسقف القري Chorepiscopus, sive episcopus regionis, seu villarum,* ut distinguantur nimirum illi ab episcopis, qui in civitatibus constituuntur. Et hujusmodi quidem episcopos *ἐν ταῖς χώραις* constitutos esse, dictus Synodi Laodicenaë canon egregie confirmat, addens, iis non licere quippiam facere *ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου ἐν τῇ πόλει, sine sententia episcopi qui est in urbe.* Unde etiam S. Basilius in Epistola canonica ad Chorepiscopos, quæ in hoc opere est canon ejus xc. eos reprehendit, quod contra canones ipso inscio clericos quosdam ordinassent, statuitque eum in posterum pro laico haberi, sive deponi, qui sine ipsius sententia in ministerium admissus fuerit, *γινώσκετε ὅτι λαϊκὸς ἔσται ὁ ἄνευ ἡμετέρας γνώμης εἰς ὑπηρεσίαν παραδεχθεῖς.* Enimvero cum episcopi in civitatibus solum antiquitus ordinati fuerint; quævis autem civitas, juxta laterculum Imperii, ampla sæpe territoria sibi annexa habuerit, quæ tota peragrare et debita cura administrare uni civitatis episcopo haud possibile fuit, summe visum est necessarium, ut qui hujusmodi urbibus, et regionibus ad eas pertinentibus præerant episcopi, coadjutorem unum vel plures, prout amplitudo episcopatus postulabat, in regione aliqua extra urbem haberent, ut aliqua saltem episcopalis functionis parte levarentur. Hoc autem fieri non potuit, nisi aliquis consecratus episcopus eo mitteretur; quo proin factum est, ut nonnulli episcopi majoribus præfecti urbibus, chorepiscopos suos, sive vere episcopos in regionibus sibi subjectis constituerent, sub ea tamen cautione, ut hi nihil momenti facerent citra ipsorum urbium episcoporum sententiam, utpote quorum curæ ac sollicitudini istæ etiam regiones com-

missæ sunt. Hoc e superius citato, decimo puta, Concilii Antiocheni canone discimus, ubi diserte sancitur, ne quis chorepiscopus presbyterum aut diaconum ordinet sine urbis episcopo, cui ipse et regio ejus subjicitur, *δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, ἢ ὑπόκειται αὐτός τε καὶ ἡ χώρα*. Et hinc etiam in ultimis istius canonis verbis constituitur, ut chorepiscopus fiat ab episcopo civitatis, cui subjicitur, *χωρεπίσκοπον δὲ γένεσθαι ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως, ἢ ὑπόκειται ἐπισκόπου*. Non quod ipse solus chorepiscopum consecrare solitus sit; sed quod ille necessario consecrationi interesse, atque etiam præesse debeat: non secus atque Metropolitanus omnes episcopos suos ordinare dicitur, quoniam nullus sine eo ordinari potest; etiamsi ordinationes episcopales ab uno episcopo peractæ validæ satis habitæ sint, ut alibi probatum dedimus. Et quidem plurimos hujusmodi chorepiscopos antiquitus constitutos fuisse, ex Actis Conciliorum patet; utpote quibus ipsi æque ac alii episcopi, non interfuerunt modo, sed et subscripserunt. Exempli gratia, Synodo Nicænæ primæ subscripserunt ex Provincia Cælesyriæ, Palladius Chorepiscopus, et Seleucius Chorepiscopus; ex Provincia Ciliciæ, Eudæmon Chorepiscopus; ex Provincia Cappadociæ, Gorgonius, Stephanus, Euphronius, Rhodon, et Theophanes, omnes Chorepiscopi; ex Provincia Isauriæ, Hesychius, Theodorus, Anatolius, Quintus, et Aquila, singuli itidem Chorepiscopi; et ex Provincia Bithyniæ, Theustinus Chorepiscopus, et Eulalius Chorepiscopus. Sic etiam Synodo Neocæsariensi subscripsit Stephanus Chorepiscopus Cappadociæ. Et sic in aliis Conciliis chorepiscopi ipsos inter episcopos subscripserunt; idque non ut aliorum episcoporum locum tenentes, sed pro seipsis. Qui enim aliorum vices gerunt, illud in subscriptionibus significare solent; quod a chorepiscopis nusquam fit. Hoc autem de eorum subscriptionibus observare licet, quod cum alii episcopi urbes, quibus præsent, perpetuo nominant; chorepiscopi, in subscriptionibus supra notatis, significant tantum in genere se chorepiscopos esse, ut Palladius Chorepiscopus, Seleucius Chorepiscopus; regionis, qua numeribus suis functi sunt, nomine non adjecto. Nimirum etiamsi episcopi revera fuerint, nulli tamen urbi episcopali præfuerunt; sed urbis potius episcopo, intra cujus limites regio ipsorum sita est subjecti sunt: ac propterea etiamsi, quatenus episcopalem ordinationem accepissent, vere episcopi essent; quatenus tamen sub alio episcopo episcopalia sua munera exercere

coacti sunt, et nullam sibi urbem, sed tantum regionem urbi alicui subjectam, assignatam habent, tantum chorepiscopi erant, vel *vicarii episcoporum*; quemadmodum Ferrandus Diaconus, necnon Cresconius in canonum breviario eos vocat. Et quidem vices episcoporum usque adeo gesserunt, ut omni eos episcopali cura nonnunquam levarent. Unde in Caroli Magni capitularibus observatum est, chorepiscopos aliquando constitutos esse ab indoctis episcopis, qui *suis quietibus et delectationibus inherent*. Capitul. lib. vi. cap. 119. Et sic quidem Sidonius lib. iv. ep. 11. de Claudiano Marci Viennensis episcopi fratre hæc olim cecinit.

*Antistes fuit ordine in secundo,
Fratrem fasce levans episcopali.
Nam de pontificis tenore summi,
Ille insignia sumpsit, hic laborem.*

Ubi ut videre est, Claudianus Antistes quidem dicitur, sed ordine in secundo Antistes esse non potuit nisi episcopus esset; neque enim presbyter unquam Antistes dicitur: sed Antistes ordine secundo appellatur, quoniam non ipsius urbis episcopus fuit, sed tantum chorepiscopus; ita tamen, ut fratrem fasce levaret episcopali, et de summi pontificis tenore laborem sumeret; quod ei haud possibile esset, nisi ipse etiam episcopus fuisset. Et sic quidem Gennadius in catalogo Virorum illustrium, ubi de Salviano disserit, dictum Claudianum *episcopum Viennensem* appellat: non immerito quidem, cum tota episcopatus illius cura ei incubuerit. Cum hoc autem postea nimis commune fuerit et usitatum, ut episcopi otio suo et voluptatibus, magis quam ecclesiis sibi commissis, consulentes, chorepiscopos sub se constituerent, qui vices suas in omni episcopali administratione supplerent, hoc a Concilio Meldensi an. D. 845. habito, prohibitum est, cautumque ut, *si episcopus civitatis propter desidiam, aut secularem pervagationem, vel propter infirmitatem modum suum chorepiscopis transcendere consenserit, sententiam canonicam debet ostendere, qua decretum est, ut qui contra dicta canonum fecerit, gradus sui periculo sine retractatione subjaceat*. Concil. Meld. cap. 44. sed non omittendum est, chorepiscoporum officium saltem, etiamsi non nomen in Anglia etiam ab antiquo obtinuisse: dicti sunt enim episcopi suffraganei. Non me latet, omnes etiam episcopos *suffraganeos dictos esse, quod archiepiscopo suffragari et assistere tenentur*. Vocati sunt enim

in partem sollicitudinis archiepiscopi, non in plenitudinem potestatis, ut ait Lyndwodus noster in *Provinc. lib. i. de Constitutionibus fol. vii.* sed nihilominus suffraganei etiam dicti sunt episcopi, qui aliis episcopis provincialibus astiterunt; de quibus editum est statutum vicesimo sexto anno Henrici octavi; quo etiam decretum est, ut in viginti tribus locis ibidem nominatis, iisque solis, suffraganei episcopi constituantur, utque illi ab archiepiscopo et duobus episcopis consecrentur; ita tamen, ut nullus eorum aliquid vel habeat vel faciat proprie episcopale, nisi quod ei concessum fuerit ab episcopo urbis, in cujus parœcia, vel, ut vulgo loquimur, diœcesi constitutus est. Et hujus sane generis episcopos veteres chorepiscopos fuisse contendimus: qui nimirum non secus ac alii episcopi consecrati sunt, et omnem episcopalem potestatem sibi conceditam habuerunt; quam tamen exercere non potuerunt, nisi in quantum episcopus diœceseos, qua constituti sunt, iis permiserit. Etiamsi enim una cum episcopali consecratione universam etiam episcopalibus fungendi muneribus auctoritatem accepissent; eo tamen, quod nulla diœcesis iis assignata est, sed in aliena agere coacti sunt, rationi consentaneum est et canonibus sancitum, ut exercitium istius auctoritatis ad arbitrium istius episcopi restringeretur, cujus solius curæ et sollicitudini ista diœcesis commissa est. Verum si qui eorum presbyteros etiam et diaconos, inconsulto diœceseos episcopo, ordinare tentaverint; ipsi quidem pœnas luant, sed ordinatio nihilominus valida perpetuo habita fuit; siquidem potestas ordinandi, non ex diœceseos assignatione, sed ex episcopali ordinatione ab iis suscepta dependet. Ac proinde etiamsi chorepiscopi in præsentī canone alibique presbyteros et diaconos citra urbis episcopi permissionem ordinare prohibeantur: quos tamen ordinarunt, presbyteros aut diaconos non esse, nec hic nec alibi dicitur; sed quicumque ab iis ordinati sunt, inter vere ordinatos perpetuo reputati fuerunt. BEVEREGIUS.

CANON XV.

P. 122. l. 9. Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ κυριακῷ &c.] Vox κυριακὸν hoc in loco Templum Domino Deoque nostro consecratum significat. Sic etiam usurpatur a Concilio Neocæsariensi, Κατηχούμενος ἂν εἰσερχόμενος εἰς κυριακόν. can. 5. Sic etiam Synodus Laodicensis, ἐν τοῖς κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Syn. Laod. can. 28.

Et Trullan. can. 74. Sic et apud Eusebium legimus, καὶ τὰ κυριακὰ δὲ τὰ οἰκεία ὅπως κατασκευάζοιεν, συγχωρεῖται. Euseb. Eccl. Hist. lib. ix. cap. 10. Qui alibi etiam rationem hujus nominis his verbis reddit, ἱερά καὶ τεμένη ἐν τῷ πάντων βασιλείᾳ Θεῷ τῷ δὴ καὶ τῶν ὄλων δεσπότη καθιερωῦσθαι· ἔνθεν καὶ τῆς τοῦ δεσπότητος προσηγορίας ἤξιώται τὰ καθιερωμένα· οὐκ ἐξ ἀνθρώπων τυχόντα τῆς ἐπικλήσεως, ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ τῶν ὄλων κυρίου, παρὸ καὶ κυριακῶν ἤξιώονται τῶν ἐπωνυμιῶν. Id. de Laud. Constant. cap. 17. Hinc Latini *Dominicum* appellarunt: ut apud Ruffinum, *Surge, et sequere me ad Dominicum, et hujus fidei signaculum suscipe*. Ruffin. Hist. lib. i. cap. 3. Et apud Hieronymum in Chronico, ad annum tertium Olymp. 276. *In Antiochia Dominicum, quod appellatur Aureum, edificari cœptum; et ad secundum Olymp. 280. Antiochiæ Dominicum Aureum dedicatur*. De isto Dominico sic etiam Cedrenus ex Theophane τῷ κγ'. καὶ δ'. καὶ ε'. ἔτει τὸ ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀκτάγωνον κυριακὸν ἤρξατο οἰκοδομεῖσθαι. Ab eodem autem et Κυριακαὶ appellantur, ubi dicit, τότε καθιστῶ Κωνσταντίνος τοὺς ἰδίους παῖδας Καίσαρας, καὶ κυριακὸς πρὸς ἐπιστροφὰς τῶν ἔθνῶν κατὰ τύπους εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ ποιεῖν. Et quidem loca Dei cultui et sacris mysteriis celebrandis dedicata, a summa antiquitate κυριακὰ, sive *Dominica* nominata fuisse, ex D. Cypriano colligimus, dicente, *Et Dominicum celebrare te credis, quæ carbonam omnino respicis: quæ in Dominicum sine sacrificio venis*. Cyprian. de opere et eleemosyn. ubi vox dominicum in priori loco *Dominicam cœnam*, in posteriori *Dominicam domum* aperte significat. Quæ etiam in veteri Testamento דְּבַיִת דְּיְהוָה *Domus Domini* passim appellatur. A Latinis Germani basilicam quamvis aut cathedralem ecclesiam *Dom* vocant, et canonicos earum *Domherren*. Et quidem κυριακὸν talem ecclesiam proprie denotare videtur decimo tertio Synodi Neocæsariensis canone, quo cautum est, ne vicani presbyteri Ἐν τῷ κυριακῷ τῆς πόλεως offerant, si episcopus aut presbyteri civitatis adsint. Hanc saltem vocem ut *ecclesiam* in genere significantem alii Germani a Græcis mutuati sunt, ut docet Walafridus Strabo de Reb. Eccles. cap. 7. Sic etiam antiqui Saxones ecclesiam quamlibet Κύριε *Kyrik* vocarunt. Unde in Scotia et Septentrionalibus Angliæ partibus Kyrk, nobis vulgo, sed magis corrupto nomine *Church*, duplici aspiratione nuncupatur. Cum autem hæc communis fuerit majoribus nostris ecclesiæ cujuslibet templive denominatio, veri nobis simillimum videtur, prima Christianæ religionis semina a Græcis hic

dispersa fuisse. Neque enim existimandum est, quod Latini Græcum nomen ecclesiis imponerent. BEVEREG.

CANON XVI.

P. 122. l. 15. Περὶ τῶν ἀλογευσταμένων, ἢ καὶ ἀλογευμένων] Dionysius Exiguus hæc verba interpretatur, *De his qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur.* Vetus interpres in titulo hujus canonis, *De his qui in animalibus coierunt.* In ipso canone, *Qui animaliter in animalibus tale aliquid committunt.* Et hic sane genuinus est horum verborum sensus. Nam ἀλογευόμενοι hoc in loco ii dicuntur, qui cum ἀλόγοις, brutis nimirum, ut equabus, aliisque bestiis rem habent; vel qui ἐν ἀλόγοις τὴν ἐαυτῶν ἀσέβειαν ἐξαγορεύουσι, ut eos describit S. Basilius, can. 63. Qui alibi etiam eos ζωοφθόρους vocat, can. 7. unde et ipse ille nefarius actus ζωοφθορία audit, Greg. Nyssen. can. 4. Dicti sunt autem et κτηνοβάται. In Basilicis enim legimus οἱ ἀλογευόμενοι ἦτοι κτηνοβάται καυλοπέισθωσαν. Basilic. I. lx. cap. tit. 37. cap. ult. nonnunquam etiam ἱπποπόρνοι dicuntur. Et in hac quidem canonis hujus interpretatione omnes Scholiastes consentiunt. Quinetiam in canonibus sub Edgardo Rege Angliæ editis, eadem fere, quæ hoc canone sic intellecto, constituta sunt, his nimirum verbis, *Ʒif hƷa hýne Ʒif nýtenu beƷmýter. oþfe ƷæƷnesman Ʒif oþerne. Ʒif he biþ xx. Ʒiftra ƷæƷte xv. Ʒifter. Ʒ Ʒif Ʒe man hiƷ Ʒemæccan habbe. Ʒ he beo xl. Ʒiftra. Ʒ Ʒifce Ʒifnge bezæð ƷeƷƷice Ʒ ƷæƷte ða hiþle ðe hiƷ hiƷ beo. Ʒ ne ƷeþƷiftræce þ he ðƷifte neƷ lichaman unðerfo, æƷ hiƷ ende timan. Leongem' Ʒ andƷiftele aƷe man Ʒceal ðeaple ƷƷifƷan ðe Ʒifce ðifnge bezæð. Si quis xx. annos natus se cum bestia coinquinaverit, vel masculus cum masculo, jejundet annos xv. Et si uxorem habeat, sitque ipse xl. annorum ætatis, et tale quid fecerit, abstineat jam et jejundet totius vitæ spatio, nec præsumat donec moriturus sit. Corpus Domini suscipere: juvenis et insipiens acriter flagellabuntur, qui simile quippiam perpetraverint.* Et paulo post, *Ʒif hƷa Ʒif nýtenu hæme—ƷæƷte xv. Ʒeap. eahƷa on hlafa Ʒ on Ʒætere. Ʒ ða vii ælce Ʒeape iii. xl. Ʒ on roðneƷðæƷ. Ʒ on ƷƷifedæƷ ða hiþle ðe he libbe. Ʒ ƷeopƷifge æƷƷe þa miƷðæðe. Si quis cum bestia coierit, jejundet xv. annos, scilicet viii, pane et aqua, et in vii. reliquis iii. quadragesimas quolibet anno; diebus etiam Mercurii et Veneris, usque dum vixerit, et semper defleat iniquitatem istam.* Extant hi canones inter priscas Anglorum leges a Gulielmo Lam-

bardo editas pag. 77. et 80. edit. Cantabrig. an. 1644. item in Henrici Spelmanni Concil. tom. i. pag. 462. et 466. edit. Lond. an. 1639. BEVEREG. [Wilkins. *Concilia*, pp. 232. 234.]

CANON XVII.

P. 122. l. 17. *εἰς τοὺς χειμαζομένους*] De his fusius commentati sumus in annotationibus ad undecimum canonem primæ Synodi Œcumenicæ, Nicææ habitæ, quas consulas: hic interim observamus, Balsamonem inter et Zonaram convenire, nonnullos asseverasse *χειμαζομένους* hoc in loco eosdem esse atque *δαιμονώοντας*. Quod cum Alexius Aristenus asseruerit, veri saltem simile est, eum unum ex iis esse, quos illi ita dixisse scribunt: atque ejus proinde scholia iis lecta fuisse. BEVEREG.—Hic etiam in Narthece, prope catechumenos, *χειμαζόμενοι* antiquitus stationem suam habuisse videntur. Synodus enim Ancyrana eos, qui rationis expertia animalia inierunt, et leprosi sunt, pœnæ loco jussit, *εἰς τοὺς χειμαζομένους εὐχεσθαι, inter Hybernantes orare*. Syn. Ancyr. can. 17. Unde nemini sit dubium, quin isti *χειμαζόμενοι* extra ecclesiam proprie sic dictam, ac proinde in Narthece steterint. Quinam autem ibi *χειμαζόμενοι* nominentur, inter doctos nondum convenit. Balsamon omnes, qui in Narthece stant, *χειμαζομένους* ibi vocatos contendit, *χειμαζόμενοι τοίνυν κληθήσονται κυρίως οἱ ἐν τῷ νάρθηκι ἰστάμενοι, καὶ ἀκροώμενοι τῶν θείων γραφῶν, τόπον ἐπέχοντες τῶν χειμαζομένων, καὶ εἰς τὸν ἐκκλησιαστικὸν λιμένα τῆς σωτηρίας εἰσελθεῖν μὴ παραχωρούμενοι*. Nimirum ac si *χειμαζόμενοι* hic Metaphorice idem significaret ac *ἀκρωμένοι*. Nonnulli autem, ut Balsamon et Zonaras ibidem observarunt, *χειμαζομένους* ibi eosdem esse ac *δαιμονώοντας*, asseruerunt: quæ quidem opinio eis non placet, sed nobis maxime; sic enim Aristenus, *χειμαζόμενοι δὲ εἰσι, κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον, οἱ ὑπὸ πνεύματος πονηροῦ κατεχόμενοι*. Sic enim et Maximus in Scholiis ad librum de Ecclesiastica Hierarchia Dionysio Areopagita falso adscriptum, *ἐνεργουμένους* sæpe explicat per *χειμαζομένους*. Et Scholiastes Harmenopuli ad dictum Syn. Ancyranæ Canonem ait, *χειμαζομένους δὲ τοὺς δαιμονώοντας λέγει, ὡς τινες φασίν*. Harmen. epit. can. sect. v. tit. 3. Et sic quidem Dæmoniaci sive Energumeni in ipso Euchologio vocantur, *ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἀκαθάρτων χειμαζόμενοι*. Ut non mirum sit eos contractius nonnunquam vocari *χειμαζομένους*, reliquis nimirum subintellectis; quemadmodum in vocibus etiam *ἐνεργούμενοι* et *Arreptitii*. Et

sic quidem χειμαζομένους in dicto Canone Dionysius Exiguus vertit, *Qui spiritu periclitantur immundo, et Isidorus Mercator, Qui tempestate jaclantur, qui a nobis Energumeni appellantur.* Et ne ejusmodi viri una cum fidelibus orarent, a Canone Apost. 79. cautum est, dicente, Ἐάν τις δαίμονα ἔχη, κληρικός μὴ γινέσθω, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνεχέσθω. Cum igitur iis una cum fidelibus orare non permissum est, alius iis locus, quo orare possunt, in ecclesia assignetur necesse est. At in ecclesia proprie sic dicta fideles orant: dæmoniaci itaque nullibi præterquam in Narthece stationem habere poterant. In Narthece autem, ad magnas quidem portas catechumeni, ad speciosas, de quibus postea, audientes stabant. Nullus igitur alius in Narthece locus χειμαζομένους sive dæmoniacis, præter medium inter catechumenos et audientes relinquitur, ubi itaque στάσις τῶν χειμαζομένων in Ichnographia jure merito posuimus. Et hæc quidem nostra de χειμαζομένων sive ἐνεργουμένων in Narthece statione sententia eximie confirmatur, ab autore libri Ecclesiasticæ Hierarchiæ dicti; quicumque demum ille fuit. Librum enim istum hujus Concilii temporibus, vel statim postea editum fuisse, æque certum est, ac eum a Dionysio Areopagita cui non minus falso, quam vulgo attribuitur, non conscriptum esse: in eo enim tria eorum genera, qui ad sacra mysteria participanda non admittuntur, et in eodem quidem perpetuo ordine, recensentur, catechumeni, energumeni, et pœnitentes, τοὺς δὲ κατηχουμένους, ἐνεργουμένους τε καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ ὄντας ὁ τῆς ἁγίας ἱεραρχίας θεσμὸς ἐφήσει μὲν ἐπακοῦσαι τῆς ψαλμικῆς ἱερολογίας, καὶ τῆς ἐνθέου τῶν πανιέρων γραφῶν ἀναγνώσεως, εἰς δὲ τὰς ἐξῆς ἱεουργίας καὶ θεωρίας οὐ συγκαλεῖται τούτους, ἀλλὰ τοὺς τελείους τῶν τελεσιουργῶν ὀφθαλμούς. *Catechumenos autem et energumenos, qui que in pœnitentia sunt, sanctæ hierarchiæ mos patitur quidem audire sacram psalmodum modulationem, divinamque sacrarum scripturarum recitationem, ad sacra autem opera, quæ deinceps sequuntur, atque mysteria spectanda, non eos convocat, sed perfectos oculos eorum qui digni sunt.* Eccles. Hierarch. c. 3. et paulo ante cum dixisset in sacramento collectionis sive communionis sacrorum librorum lectionem a ministris recitatam esse, addit, καὶ μετὰ ταύτας ἕξω γίνονται τῆς ἱερᾶς περιοχῆς οἱ κατηχούμενοι, καὶ πρὸς αὐτοῖς οἱ ἐνεργούμενοι, καὶ οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες· μένουσι δὲ οἱ τῆς τῶν θεῶν ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἄξιοι. *Post eam sacro ambitu ejiciuntur catechumeni, et post eos energumeni, et ii qui sunt in*

pœnitentia, manent autem qui divinarum rerum aspectu et communione digni sunt. *ibid.* E quibus non modo colligimus tria hominum genera, cum mysteria celebrari cœperint, narthece exterminata esse, catechumenos, energumenos, et pœnitentes; verum etiam, quo ordine egrediebantur, primo scilicet catechumeni, deinde energumeni, et ultimo pœnitentes, at eodem haud dubie ordine egrediebantur, quo collocati sunt, itaque catechumeni portis proximi, atque ideo primi egressi sunt, quos sequebantur energumeni, et hos pœnitentes, ut a portis remotiores. Ubi igitur Synodus Ancyrana leprosos inter χειμαζομένους orare jubet, eos in medio narthecis inter pœnitentes et catechumenos collocat. Hic enim locus τοῖς χειμαζομένοις sive ἐνεργουμένοις proprius fuit; et idcirco iis a nobis in Ichnographia adscribitur; eamque στάσιν τῶν χειμαζομένων potius quam τῶν ἐνεργουμένων vocamus; quoniam nulla fit in hoc opere, quantum memini, horum in ecclesia stationis mentio, præterquam in dicto Canone Ancyrano, quo χειμαζόμενοι appellantur; ubi etiamsi non diserte commemoretur, aperte tamen indigitatur extra ecclesiam proprie sic dictam esse, alioquin enim nulla fuisset pœna ibi commorari, et precari: quamquam autem narthecis parte fuit, e supra dictis constat. BEVEREG. ad Can. xi. Concil. Nicæen.

CANON XVIII.

P. 124. l. 6. πρεσβυτέριον] Presbyterium hic accipitur pro consessu presbyterorum, cui præerat episcopus: sic in Epist. 1. ad Timoth. cap. iv. 14. μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοὶ διὰ προφητείας μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου. *Ne negligito donum quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii.* Ignatius in Epist. ad Antiochenses salutatur τὸ ἅγιον πρεσβυτέριον, et ἱερὸν σύστημα: et in Epist. ad Trallianos quid sit presbyterium indicat his verbis: τί δὲ πρεσβυτερίον ἐστίν· ἀλλὰ ἡ σύστημα ἱερὸν συμβούλοι καὶ συνεδρευταὶ τοῦ ἐπισκόπου; *Quid vero est presbyterium, nisi cætus sacer consiliiarii et consessores episcopi?* Cornelius urbis Romæ episcopus apud Cyprianum lib. iii. epist. 11. *Omni actu, inquit, ad me perlato placuit contrahi presbyterium.* Pius I. P. R. hoc nomen Latine exprimens, Senatum dixit, in Epist. ad Justum Viennensem episcopum tom. i. Concil. *Salutat te, inquit, Senatus pauper Christi apud Romam constitutus:* et Hieronymus Epist. ad Rusticum, *Ecclesia habet Senatum, cætum presbyterorum.* JUSTELL.

CANON XIX.

P. 124. l. 15. ὡς ἀδελφὰς] Honorius et Theodosius Impp. lib. xix. C. de Episc. et Cler. *Eum qui probabilem sæculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet.* Ita solebant quidam clerici propudia sua, sorores appellare, et sub hoc pietatis nomine vitia sua obtegere: ut non male in eos jactaretur illud Martialis,

Quare non habeat Fabulla quæris

Uxorem, Themison, habet sorores.

Sic et ea notione fratrum appellatio. Interpres Lycophonis: τοὺς ξένους ἀδελφούς τὰ ἐρωτικά ποιούσιν· οἱ γὰρ ἐρώντες φωραθῆναι [ed. Potteri φωραθέντες ad v. 403.], λέγουσιν ἀδελφός μου, ἢ συγγενής μου ἔστιν. Et Martialis:

O quam blandus es Amiane matri!

Quam blanda est tibi mater Amiane!

Fratrem te vocat, et soror vocatur.

Cur vos nomina nequiora tangunt?

Lusum creditis hoc jocumque.

Justinian. Imp. nov. vi. cap. 6. βουλόμεθα δὲ καὶ αὐτὰς τὰς ἐπὶ τὴν χειροτοσίαν ἀγομένους διακόνους, εἴτε ἐκ χηρείας, εἴτε ἐκ παρθενίας, μὴ τινας συνόντας ἔχειν, ἐν τάξει δῆθεν ἀδελφῶν, ἢ συγγενῶν, ἢ τῶν καλουμένων ἀγαπητῶν (τοῖς γὰρ τοιούτοις ὀνόμασι χρώμεναι, πάσης πονηρᾶς ὑποψίας τὸν ἑαυτῶν πληροῦσι βίον) ἀλλ' ἢ καθ' ἑαυτὰς οἰκεῖν, ἢ γονεῦσι μόνοις καὶ παισιν, ἢ ταῖς ἀληθείαις ἀδελφοῖς ἢ θεοῖς συνείναι. Hujusmodi erant συνείσακτοι et ἀγαπηταί, hoc est virgines, quæ, ut ait Hieronymus in Epist. ad Ocean. a caritate nomen trahentes quasi spiritali amore conjunctæ, sic dicebantur ab illis penes quos habitabant ecclesiasticis, quorum sine nuptiis sub alio nomine uxores erant, concubinæ, meretrices. vide annot. ad can. 3. supra (h. e. Codicis.) JUSTELL.

CANON XXI.

P. 125. l. 4. ἀναρουσῶν τὰ γεννώμενα] Fœtum in utero necare Tertullianus olim interdictum asserit, dicens, *Nobis vero homicidio semel interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem deliberatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est, prohibere nasci: nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet: homo est et qui est futurus, et fructus omnis jam in semine est.* Tertull. Apol. c. 9. De hoc atroci flagitio

intelligendus est Lactantius, ubi ait, *Verum homines, ne quid sit facinus, quo manus suas non polluant, rudibus adhuc et simplicibus animis abnegant lucem non a se datam.* Lactant. lib. vi. cap. 20. Hoc autem per medicamenta quædam a mulierculis impense improbis epota perpetrari solet. De quibus Juvenalis Satyr. 6. ait

*Tantum artes hujus, tantum medicamina possunt,
Quæ steriles facit, atque homines in ventre necandos.*

Et Minutius Fœlix in Octavio, dicens, *Vos enim video procreatos filios nunc feris et aribus exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere elidere: sunt quæ in ipsis visceribus medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguant, et parricidium faciant, antequam pariant.* De hoc facinore jus civile sic statuit, *Qui abortionis aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur. Quod si eo mulier aut homo perierit, summo supplicio adficiuntur.* lib. xxxviii. sect. 5. de Pœnis. Hujusmodi medicamenta, a præsentem quidem canone φθόρια dicuntur; sed a Synodo Trullana, can. 91. ἀμβλωθρίδια appellantur. Quæ vox eodem sensu ab Athenagora quoque usurpatur, dicente, *Καὶ οἱ τὰς τοῖς ἀμβλωθριδίους χρωμέναις, ἀνδροφονεῖν τε, καὶ λόγον ὑφέξειν τῆς ἐξαμβλώσεως τῷ Θεῷ φαιμέν, κατὰ ποῖον ἀνδροφονοῦμεν λόγον;* Athenag. leg. pro Christian. In scholiis ad Basilic. lib. ix. tit. 39. Ἀμβλωτρίδια scribitur. Ubi etiam legimus, *καὶ αἱ ἀμβλωτρίδια διδοῦσαι φάρμακα φονεῦντριά εἰσι, καὶ αὐτὰ καὶ αἱ δεχόμεναι τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητηρία.* Quæ ex nonagesimo primo Synodi Trullianæ canone desumpta sunt. Suidas autem de voce Ἀμβλωθρίδιον ait, quod sit, αὐτὸ τε τὸ φθόριον φάρμακον, καὶ δὴ καὶ τὸ διαφθαρέν. BEVEREG.

CANON XXII.

P. 125. l. 111. ὑποπιπτέωσαν μὲν] Quid sit proprie ὑπόπτωσις inter pœnitentiæ gradus, in annotationibus ad undecimum primæ œcumenicæ Synodi canonem edocuimus. Hic insuper observetur, omnes istos gradus præter τῶν ἀκρωμένων, in Scholiis ad Basilica, juxta quæ ibi diximus, sic describi, ὑπόπτωσις ἐστὶν ἡ ἔσω τοῦ περιβόλου τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ ὀπισθίῳ μέρει τοῦ ἀμβῶνος στάσις, ὅτε αὐτὸς τῇ τῶν καθηγουμένων συνεξέρχεται ἐκφωνήσει· σύστασις ἢ μέχρι τῆς πληρώσεως τῆς θείας λειτουργίας σὺν τοῖς πιστοῖς στάσις. Μετοχὴ τῶν ἁγιασμάτων, ἢ τοῦ ζωοποιοῦ ἄρτου κοινωνία.

πρόσκλαυσις τὸ ἴστασθαι ἔξω τοῦ περιβόλου τῆς ἐκκλησίας τὸν ἀμαρτήσαντα, καὶ ἐκάστῳ τῶν εἰσιόντων ἐπιλέγειν μετὰ κλαυθμοῦ, εὐχῆσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, προπίπτοντα καὶ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ. Quæ verba ab interprete male intellecta, sic interpretor, ὑπόπτωσις *Substratio est intra ambitum ecclesiæ in postica ambonis parte statio, cum ipse etiam (qui ibi stat) una cum catechumenorum exclamatione egreditur. Σύστασις sive consistentia est statio cum fidelibus usque ad expletam divinam liturgiam. Participatio Sacramentorum est vivificantis panis communio. πρόσκλαυσις sive fletus, est consistere delinquentem extra ecclesiæ ambitum, et singulis, qui ingrediuntur, dicere cum fletu, ut pro ipso orarent, ad pedes etiam eorum procedentem.* Schol. ad Basil. lib. ix. cap. 39. initio. Quid autem sibi velit vox ὑποπιπέτωσαν hoc in loco, non adeo certum est. Vel ita enim intelligatur, ut voluntariæ cædis rei inter substratos perpetuo usque ad vitæ exitum maneant: vel ita ut ὑπόπτωσιν, nisi moribundi, nunquam transilient. Sed prius nobis non aridet, propterea quod, qui tanto crimine tenentur, humiliores haud dubie gradus peragrare debent, priusquam ad substratos veniant: adeo ut sensus huc potius redire nobis videatur, ut qui tantum scelus admiserint, aliis peragratis pœnitentiam gradibus, ὑποπιπέτωσαν μὲν, inter substratos quidem admittantur, sed ita ut communionis non sint participes, usquedum morituri fuerint. BEVEREG.

CONCIL. NEOCÆSARIENSE.

P. 181. l. 5. Κανόνες τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου] Hæc est Bodleiana hujus Concilii inscriptio; a qua Amerbachiana non multum differt, quæ est, κανόνες τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου δεκαπέντε, *Canones Synodi Neocæsariensis quindecim.* Sed in Parisiensi Zonaræ editione, titulus sic se habet, Κανόνες τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνελθόντων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων, οἵτινες δεύτεροι μὲν εἰσι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ προγενέστεροι. διὰ δὲ σεβασμότητα προτέτακται αὐτῶν οἱ (ἢ) ἐν Νικαίᾳ. *Canones sanctorum et beatorum Patrum, qui Neocæsariæ congregati sunt, posteriores quidem illis, qui Ancyra convenerunt, antiquiores vero Nicænis. Sed propter dignitatem Nicæni his antepositi sunt.* In Parisiensi Balsamonis editione, duplex est inscriptio; una hic ante præfationem, vid. ἢ ἐν Νεοκαισαρείᾳ σύνοδος. Altera ante canones, his

verbis concepta, *Κανόνες τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνελθόντων*, *Canones sanctorum Patrum qui Neocæsariæ congregati sunt*. BEVEREG. Conf. notam supra ad ANCYRANUM CONCIL. secundo loco positam, p. 128.

CANON I.

P. 181. l. 10. Πρεσβύτερος ἐὰν γήμη] Presbyteris matrimonio contrahendo hic interdictum est. Ex quo interdicto constare potest, nonnullos tunc dierum presbyteros feminas sibi matrimonio conjunxisse: aliter enim non opus fuisset, ut hoc prohiberetur. Sed observandum est præterea, hoc canone non cautum esse, ne presbyteri uxores suas ante ordinationem ductas haberent, vel iis uerentur; sed tantum ne postea ducant. Dicunt enim, *πρεσβύτερος ἐὰν γήμη*. Ergo de presbyteris jam ordinatis, et matrimonium postea ineuntibus agunt. De hac re Paphnutius etiam in Nicæno Concilio docte pieque disseruit. Cum nonnullis enim ibi congregatis episcopis visum esset, novam legem in ecclesiam introducere, ut episcopi, presbyteri, et diaconi ab uxorum, quas cum laici essent matrimonio sibi sociaverant, concubitu abstinerent; Paphnutius in medio concilio surgens, admo-nebat, grave hoc jugum sacerdotibus non imponendum esse, addens, honorabiles esse nuptias et torum immaculatum, in clericis nimirum æque ac laicis, (de iis enim controversia agebatur) omnes etiam non posse tam severæ continentiæ disciplinam ferre; et eventurum esse forsitan, ut uxoris cujusque castitas in periculum veniret. Castitatem enim esse congressum viri cum legitima uxore. Et deinde synodum commonefaciebat, *Satis esse ut qui in clerum fuissent adscripti, juxta veterem ecclesiæ traditionem, jam non amplius uxores ducerent; non tamen quemquam sejungendum esse ab ea, quam antehac cum esset laicus, legitime duxisset*, Ἀρκείσθαι τὸ τὸν φθάσαντα κλήρον τυχεῖν, μηκέτι ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι, κατὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀρχαίαν παράδοσιν· μήτε μὴν ἀποζεύγνυσθαι ταύτης, ἣν ἀπαξ ἤδη πρότερον λαϊκὸς ὢν ἠγάγετο. Socrat. Hist. Eccles. lib. i. cap. 11. Sozom. lib. i. cap. 23. Gelas. Cyzic. Act. Concil. Nic. lib. ii. cap. 32. Hæc a Paphnutio conjugio experte dicta, tota synodus suo suffragio comprobavit; ut ex locis citatis constat. Quod Paphnutius igitur veteri traditioni adscribit, in præsentī canone constituitur, et nihil amplius: neque enim in hoc nec alio quovis antiquo canone decretum invenimus, quo presbyteris aliisque clericis legitimo uxorum su-

arum consortio interdicitur. Tentatum sane a nonnullis in Synodo Nicæna fuit; sed ut e supradictis patet, a tota synodo explosum. Adeo ut Siricius papa Romanus nobis primus videatur, qui talem legem ecclesiæ Christianæ obtrudere ausus est. Is autem in Epistola Decretali, ait quidem, *Plurimos enim sacerdotes Christi atque levitas post longa consecrationis suæ tempora, tam de conjugibus propriis, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, et crimen suum hac præscriptione defendere, qua in veteri Testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Et postea decernit, Hi vero, qui illicita privilegii excusatione nituntur, et sibi asserunt veteri hoc lege concessum, noverint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne usi sunt, apostolicæ sedis autoritate dejectos, nec unquam posse veneranda attrectare mysteria, a quibus se ipsi, dum obscænis cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla præsentia cavere nos præmonent in futurum, quilibet episcopus, presbyter, atque diaconus (quod non optamus) si deinceps fuerit talis inventus, jam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum; quia ferro necesse est excindantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.* Siric. Decret. cap. 8. Hoc Siricii decretum Innocentius I. renovatum confirmavit, Decret. cap. 21. et post eum alii. Adeo ut ab eo usque tempore omnes ecclesiæ Romanæ propugnatores pro istius decreti justitia et æquitate, tanquam pro aris et focus dimicârint. BEVEREG.

CANON IV.

P. 182. l. 111. ὑπὸ τῆς χάριτος ἐρρύσθη] Gratia servatus, id est divino beneficio potius quam proposito, et animi destinatione. Id etiam profani scriptores de fato et vi numinum usurparunt. Sic Plato lib. ix. de Legibus, quo loco pœnam ejus qui cum hominem vellet occidere vulneraverit tantum, mitigandum hac ratione censet, quod dæmonis beneficio potius habenda sit gratia, qui et illum mortis periculo, et hunc imminentis supplicii gravitate liberarit. Sic IC. 1. 32. ff. ad leg. Jul. de Adult. *Licet interempto adultero mulier supervixerit, post tam gravia vulnera, quæ ei pater inflixerat, magis fato quam voluntate ejus servata est.* Vide Fornerium lib. vi. Rer. Quot. cap. 9. JUSTELL.

CANON V.

Ibid. l. 13. Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος] In codice Amerba-

chiano ad præsentem canonem hoc scholium apponitur, Κατηχο-
 μένους λέγει πιστοὺς βαπτίζεσθαι μέλλοντας. δύο δὲ τούτων εἶδη· οἱ
 μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται, διὸ καὶ ὡς ἀτελέστεροι μετὰ τὴν ἀκρόασιν
 τῶν γραφῶν καὶ τῶν θείων εὐαγγελίων εὐθὺς ἐξίσιασιν· οἱ δὲ ἤδη προσ-
 ἦλθον, καὶ γεγόνασι τελειότεροι τῶν ἄρτι προσερχομένων, ὅθεν καὶ τὴν
 ἐπὶ τοῖς κατηχομένοις εὐχὴν ἀναμένοντες, τὸ γόνυ κλίνουσιν ἐν ταύτῃ.
*Catechumenos vocal fideles, qui baptismum suscepturi sunt. Eorum
 autem duæ sunt species. Nonnulli enim modo accedunt; qua-
 propter ut imperfectiores post scripturarum et divinorum evange-
 liorum auditionem protinus egrediuntur: alii autem antehac vene-
 runt, et perfectiores iis, qui modo accedunt, facti sunt; quare
 etiam illi ad orationem usque pro catechumenis factam manentes,
 in ea peragenda genuflectunt.* Simile huic Scholium in Harme-
 nopuli epitomen hujus canonis extat, his verbis, Δύο τῶν κατη-
 χουμένων ἦσαν τάξεις, ἡ μὲν τῶν γονυκλινόντων, ἡ τελειότερα, ἡ δὲ τῶν
 ἀκροωμένων, ἡ ἀτελεστέρα. λέγει γοῦν, εἰ τῶν γονυκλινόντων εἴη, καὶ
 ἀμάρτοι, πανσάμενος τοῦ ἀμαρτάνειν γενέσθω τῶν ἀκροωμένων· εἰ δὲ τῶν
 ἀκροωμένων, ἔξω στήτῳ τῆς ἐκκλησίας. καὶ οἱ ἀκροώμενοι γὰρ ἐκτὸς
 ἴσταντο τῆς ἐκκλησίας μέχρι τῆς ἀναγνώσεως τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου. *Duo
 catechumenorum ordines erant; unus eorum qui genu flectebant,
 perfectior scilicet; alter imperfectior eorum, qui audiebant.
 Vult ergo dicere, si sit ex ordine flectentium genu, et peccet, quod
 peccare desinens in ordinem audientium referri debeat: sin ex
 audientibus sit, consistat extra ecclesiam. Nam et audientes ex-
 tra ecclesiam stabant usque ad lectionem sancti evangelii.* Har-
 menop. Epit. Can. sect. v. tit. 3. Hæc duo scholia juxta se
 posita præsentem canonem, satis in se obscurum, perspicuum
 reddunt et apertum. Vide etiam quæ de catechumenis diximus
 in annotationibus ad decimum quartum primæ Synodi Nicænæ
 canonem. BEVEREG. [Quæstionis solutio difficilis videtur.]

CANON VII.

P. 185. l. 7. Πρεσβύτερον εἰς γάμους διγαμοῦντος] Cautum est hoc
 canone, ne quis presbyter in ejus, qui digamiam init, nuptiis
 convivetur. Hinc cum Constantinus quidam episcopus ad Nice-
 tam Metropolitanum Heracleæ hanc quæstionem proposuisset,
 τοὺς εἰς δεῦτερον συνοικέσιον ἐρχομένους εἰ δεῖ λαβεῖν τὴν τοῦ διγάμου
 εὐχὴν παρὰ τοῦ κατὰ χώραν ἀρχιέρεως; *An qui ad secundam convo-
 lant nuptias accipere possint bigami precatationem a regionis an-
 tistite?* Respondit ille juris canonici peritissimus, Ἡ μὲν ἀκρίβεια

τοὺς διγάμους οὐκ οἶδε στεφανοῦν· ἡ δὲ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ συνήθεια τὰ τοιαῦτα οὐ παρατηρεῖται· ἀλλὰ καὶ τοῖς διγάμοις τοὺς νυμφικούς στεφάνους ἐπιτίθησι, καὶ οὐδεὶς οὐδέποτε διὰ τοῦτο ἐνεκλήθη, ὥστε οὐδέ τις φοβηθήσεται τὸ ἐπίκλημα, τοὺς τοιοῦτους στεφανώσας· πλὴν ὀφείλουσιν ἓνα ἢ καὶ δεύτερον ἐνιαυτὸν κωλυθῆναι τῆς τῶν ἁγίων μυστηρίων μεταλήψεως, καὶ οὐδὲ τὸν ἱερολογῆσαντα χρὴ συνεστιαθῆναι τούτοις. *Accurata sane disciplina bigamos coronare non novit. Magnæ autem ecclesiæ consuetudo hæc non observat; sed bigamis etiam sponsalilias coronas imponit; nec ullus unquam propter eam causam accusatus est: ideoque calumniam non formidabit quisquam, qui tales coronavit. Illi autem annum unum aut alterum a mysteriorum communionem arceri debent: nec eum, qui precationem concepit, simul cum iis convivari oportet.* In Jur. Gr. Rom. lib. v. pag. 310. Extat hoc responsum etiam in Euchologio, ubi ultima ejus pars his verbis concipitur, Ἄλλὰ καὶ τὸν ἱερολογῆσαντα τούτοις πρεσβύτερον συνδειπνεῖν αὐτοῖς οὐ νενόμισται, κατὰ τὸν ζ'. κανόνα τῆς ἐν Νεοκαισαρεία συνόδου. *Sed neque fas est presbyterum benedictionem iis impertientem, sive pro iis precantem, simul cum iis convivari, juxta septimum canonem Neocæsariensis Synodi.* Ex hoc etiam canone desumpta videntur, quæ Ælfricus in Saxonicos ad Wulfinum episcopum canones de hac re retulit, ubi statuit, Ne nan Ppeoƿt ne mot beon æt ðam brýðlacum ahpæp ðær mæn eft ƿiƿað oþþe ƿif eft ceoplað nene zæðepe ne ne to zæðepe bletƿian ƿilce man biƿiƿe him ƿpa, *Ne liceat sacerdoti ulli iis interesse nuptiarum celebritatibus, in quibus aut secundæ vir uxori jungitur, aut secundo viro fæmina; nec vel iisdem benedicere, ut sic admoneat eos:* et paulo post, ac ða canoneƿ ƿopbeodað ða bletƿunzæ ðærto. 7 zc ƿetton dæbbote ƿilcum mannum to ðonne, *Canones autem jam tum prohibent benedictionem, et ejusmodi commubentibus imponunt etiam pænitentiam.* Ælfric. can. 9. BEVEREG.

CANON XI.

P. 184. l. 11. Πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν] *Id confirmat Synodus vi. in Trullo, can. 14. et Agathensis can. 17. Presbyterum vel episcopum ante trigesimum annum, id est antequam ad viri perfecti ætatem perveniat, nullus ordinare præsumat. Justinianus Novel. cxliii. cap. 13. triginta quinque annos requirit. Apud Judæos in ordinandis sive initiandis sacerdotibus ætas triginta annorum definita est. Num. cap. iv. 3. et 1 Chron.*

cap. xxiii. 3. *A nato triginta annos et deinceps usque ad natum quinquaginta annos*, sic habet editio Hebraïca, et Chaldaïca paraphrasis. Græca vero editio LXX. quam sequutus est Philo Hellenista Alexandrinus, in libro cujus est titulus, de eo quod deterius potiori insidiari soleat: et Theodoretus Quæst. 13. in Numer. ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν καὶ ἐπάνω, ἕως πενήκοντα ἐτῶν. *A viginti quinque annis et supra ad quinquaginta annos*. Sed temeratus est ille locus, atque omnino pro εἴκοσι πέντε, legendum ert τριάκοντα, ut jam docti viri observarunt. Hieronymus in Epist. ad Theophilum Alexand. advers. errorem Joannis Hierosolym. *Recordetur legis antiquæ, et post 25. annos a Levitica tribu, eligi in sacerdotium pervidebit: aut si in hoc testimonio solo Hebraïcam sequitur veritatem, noverit 30. annorum fieri sacerdotem*. Postea viginti annorum numerus a Davide præscriptus est. Quum enim animadverteret filios Levi tam sacerdotes quam Levitas propter multitudinem sacrificiorum quotidie augescentem, non posse functionibus templi superesse, si trigesimus annus in illis expectandus esset, quod plures essent infra ætatem illam, legem annalem sacerdotum breviori gyro contraxit, eamque vigesimo anno definivit, ut testatur 1 Chron. cap. xxiii. 27. *In actis Davidis posterioribus numerus Levitarum fuit, horum nempe a nato viginti annos, et deinceps*: et 1 Chron. cap. xxxi. 17. et Esdræ cap. iii. 8. *Constituerunt Levitas a nato viginti annos et deinceps, ut præessent operi domus Dei*. Sed nec usque adeo de ætate sollicitos fuisse apostolos, si cætera convenirent, vel inde colligere licet, quod juvenis fuerit Timotheus, nec voluerit Paulus Apostolus juvenilem ejus ætatem contemni, 1 ad Timoth. cap. iv. 12. μηδεὶς σου τῆς νεότητος καταφρονεῖτω. et Ignatius ad Magnesianos: καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ καταφρονεῖν τῆς ἡλικίας τοῦ ἐπισκόπου. Sic Eleutherius, propter insignem virtutem et pietatem, vigesimum tantum annum agens, Illyrici episcopus ordinatus est, ut refert Nicephorus lib. iii. Hist. Eccl. cap. 29. Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἐτεί. D. Lucas cap. iii. 23. de baptismo Christi loquens, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος. *Ipsæ autem Jesus erat quasi triginta annorum incipiens*. Hæc autem dictio ὡσεὶ duplicis est notionis, eaque Græci utuntur nunc affirmanter nunc dubitanter. Ac priori quidem notione dictio accipienda est cap. 3. et Joan. cap. i. 14. ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. *Spectavimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre*: ubi μονογενῆ affirmanter vocat, ut de eo dubitari minime

debeat. Huic sententiæ adstipulatur Ignatius epistola ad Tral-
 lianos: καὶ τρεῖς δεκάδας, inquit, ἐτῶν πολιτευσόμενος ἐβαπτίσθη
 ὑπὸ Ἰωάννου. Idem tradit Chrysostomus et Euthymius in Matth.
 cap. iii. Auctor sermonis de jejuniis qui Cypriano tribuitur:
Anno trigesimo carnis assumptæ baptisato Domino. Hieronymus
 in Epist. ad Theophilum Alexand. Episcop. adversus errorem
 Jo. Hierosolym. de ætate cujusque presbyteri loquens: *Cum ad*
30. annorum spatia jam pervenerit, puto eam in hoc non esse re-
prehendendam, quæ juxta mysterium assumpti hominis in Christo
perfecta est: et Bernardus serm. 4. de Epiph. Jam triginta an-
norum ad baptismum ipse perrexit. Discrepat Irenæus lib. ii.
 cap. 39. *Ad baptismum, inquit, venit qui nondum triginta an-*
nos suppleverat, sed qui incipiebat esse tanquam triginta annorum:
 et Epiphanius hæresi 51. ἦν γὰρ τῷ μὲν ὄντι εἰκοσιεννέα ἐτῶν, καὶ
 μνηῶν δέκα, ὅτε ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἦκε, τριάκοντα μὲν ἐτῶν, ἀλλ' οὐ πλή-
 ρης. Adde quæ de ea re illustrissimus Scaliger olim observavit
 lib. vi. de Emendat. Temp. Certe ætas triginta annorum solidæ
 ac perfectæ prudentiæ est, et majore tam animi quam corporis
 robore prædita: eamque rationem reddit Euthymius loco citato,
 quare post trigesimum ann. Christus ad baptismum venerit. Sic
 can. 17. Concilii Agathensis, perfecti viri ætas dicitur: et per-
 fecta ætas in legibus Wisigothorum lib. x. tit. 2. ætas legitima,
 Theophilo lib. i. Instit. Tit. de Libert. §. 4. ἔννομος, inquit, ἡλικία,
 καὶ ὑπὲρ τῶν λ'. ἐνιαυτῶν. *Legitima ætas est, quæ trigesimum an-*
num excedit; quia scilicet eam ætatem in manumisso olim desi-
 deraret lex Ælia Sentia, qua cautum refert Ulpianus in frag.
 tit. 1. *ut minorem xxx. annorum servum manumittere non liceret.*
 JUSTELL. Lege Mosaica præscriptum fuit, ut Levitæ recen-
 serentur מִבְּנֵי שְׁלֹשִׁים שָׁנָה וְעַד בְּנֵי חַמְשִׁים שָׁנָה *A filio*
triginta annorum, et supra, usque ad filium quinquaginta annorum,
 Num. iv. 3. Sic etiam in textu Hebræo-Samaritano legitur, et
 eodem sensu a Chaldæo, Syro, et Arabe locus iste vertitur. Sed
 septuaginta interpretes juxta Romanum quidem exemplar inter-
 pretati sunt, ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν, juxta Complutensem edi-
 tionem, ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ πέντε ἐτῶν. Sed juxta codicem Alex-
 andrinum ἀπὸ εἰκοσαετοῦς, καὶ ἐπάνω: adeo ut nonnulla ex his
 exemplaribus corrupta sint, necesse est; vel potius omnia: cum
 nec unum Hebræicæ veritati respondeat. Sed facilius est emen-
 datio codicis Alexandrini, quam aliorum, ubi εἰκοσαετοῦς scriptori
 forsitan incuria scribitur pro τριακονταετοῦς. Et sic quidem

omnia septuaginta interpretum exemplaria legunt, 1 Chron. xxiii. 3. ubi verba Hebraica מִן שְׁלֹשִׁים וּמֵלֶכֶת הַגִּבּוֹרִים Græce vertuntur, Καὶ ἠρίθμῃσαν οἱ Λευῖται ἀπὸ τριακονταετοῦς καὶ ἐπάνω. *Et numerati sunt Levitæ a tricesimo anno et supra.* Ac proinde etiamsi nonnulli etiam e Patribus, ut Origenes, Theodoretus, Cyrillus, aliique in supra dicto Numerorum loco, juxta corrupta septuaginta interpretum exemplaria ἀπὸ ἑξήκοντα καὶ πέντε ἐτῶν legerint, primo haud dubie scriptum fuit ἀπὸ τριακονταετοῦς. Secundum hanc igitur ætatem, Levitis ordinandis a lege præscriptam, Dominus noster a Joanne baptizatus prædicare cœpit, cum esset annorum plus minus triginta, Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος. Luc. iii. 23. Non opus est hic disputemus, utrum juxta hæc verba, currente aut expleto tricesimo ipsius anno, baptizatus fuerit. Neque video quid certi solidique ex istis verbis deduci possit, plusquam Dominum nostrum triginta plus minus annos tunc temporis natum esse. Quo quidem sensu Justinus Martyr verba illa intellexit, quippe qui de Domino nostro loquens, ait, τρεφόμενος τὰς πάσας τροφάς, καὶ τριάκοντα ἔτη ἢ πλείονα ἢ καὶ ἐλάσσονα μείνας, μέχρις οὗ προελήλυθεν Ἰωάννης κήρυξ αὐτοῦ τῆς παρουσίας. Justin. Dial. cum Tryph. pag. 246. edit. Sylb. an. 1593. adeo ut si undetricesimus vel etiam tricesimus primus ætatis ejus annus tunc currebat, ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα nihilominus dici potuit. Ut cum Matt. xvii. 1. Servator noster transfiguratus dicitur μεθ' ἡμέρας ἕξ a sermone discipulis habito. Sed Luc. ix. 28. id factum dicitur μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέρας ὀκτώ. ubi, ut videre est, idem Lucas, qui supradicta de Christi baptismo verba scripsit ὡσεὶ ὀκτώ dicit, cum revera sex tantum dies erant. Verum in præsentī canone diserte asseritur Christum in tricesimo ætatis anno, adhuc nimirum currente, baptizatum esse, ὁ γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐβαπτίσθη. Et sic quidem Arabs supra citata D. Lucae verba intellexit, vertit enim وكان يسوع قد بدأ سنة يصبر في ثلاثين سنة. *Et Jesus cœperat ingredi in tricesimum annum.* Item Irenæus, *Ad baptismum enim venit nondum qui triginta annos suppleverat, sed qui inciperet esse tanquam triginta annorum.* Ita enim qui ejus annos significavit Lucas posuit, Jesus autem erat quasi incipiens triginta annorum cum veniret ad baptismum, et a baptismo uno tantum anno prædicavit, complens tricesimum annum. Iren. Adv. Hær. lib. ii. cap. 39. Sic et autor sermonis de jejuniō Cypriano adscripti, *Anno trigesimo carnis as-*

sumptæ baptizato Domino. Ut alios præteream, Epiphanius ea D. Lucæ verba ita interpretatus est, ut Christum non nisi undetriginta annorum et decem mensium esse statuerit, cum baptizatus est, ἦν γὰρ τῷ μὲν ὄντι εἰκοσιεννέα ἐτῶν καὶ μηνῶν δέκα, ὅτε ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἦκε, τριάκοντα μὲν ἐτῶν, ἀλλ' οὐ πλήρης, διὸ λέγει ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριάκοντα. Epiph. Hær. li. num. 16. Porro ex hac Sospitatoris nostri ætate, cum ministerium in se susceptum exequi cœperit, D. Hieronymus fratris sui ordinationem in presbyterum defendit, in Epistola ad Theophilum adversus errores Joannis Hierosolymitani, dicens, *Porro ætas ejus et beatitudini tuæ nota est; et cum ad triginta annorum spatia jam pervenerit, puto eam in hoc non esse reprehendam, quæ juxta mysterium assumpti hominis in Christo perfecta est.* Hieron. ad Theoph. tom. ii. pag. 67. edit. Paris. an. 1533. Eadem hac ratione ducti Patres Neocæsarienses etiam in præsentī canone, ut ipsi testantur, decreverunt, ne quis presbyter ante triginta annos, a nativitate sua computandos, ordinetur. Cui simile decretum a Concilio Agathensi anno D. 506. editum est, his verbis, *Presbyterum vero vel episcopum ante triginta annos, id est, antequam ad viri perfecti ætatem perveniat, et diaconos ante viginti quinque, nullus metropolitanorum ordinare præsumat. Ne per ætatem (quod aliquoties evenit) aliquo errore culpentur.* Concil. Agath. can. 17. Ubi etiam observare licet, aliam hujus decreti rationem reddi, nimirum quod hæc perfecta sit viri ætas, quemadmodum etiam in legibus Wisigothorum vocatur, lib. x. tit. 2. Sic etiam Theophylactus, *Αὕτη ἡ ἡλικία ἐστὶ τελειοπάτη,* Theophyl. in Luc. cap. iii. et alibi, *Ἀνὴρ δὲ λέγεται ὁ Κύριος τάχα μὲν καὶ διὰ τὸ τῆς ἡλικίας τέλειον, τριακονταετῆς γὰρ ἐβαπτίσατο.* Id. in Joan. cap. i. Et ante eum Gregorius Nazianzenus, *Ἀνεδείχθη μὲν γὰρ τριακοστὸν γεγονὼς ἔτος, οὐ πρότερον, τοῦτε μὴ δοκεῖν ἐπιδεικτικὸς εἶναι τις* (τῶν γὰρ ἀπειροκάλων τὸ πάθος) καὶ ὡς τελείαν βάσανον ἀρετῆς καὶ τοῦ διδάσκειν καιρὸν ταύτης ἐχούσης τῆς ἡλικίας. Greg. Naz. orat. 40. Sed nihilo secius Justinianus presbyterum ante 35. ætatis annum ordinari non permisit. *Presbyterum autem minorem triginta quinque annorum fieri non permittimus.* Justin. Nov. cxiii. cap. 13. Alii autem tempus illud minuere potius quam augere visum est. Et quidem Egbertus Eboracensis hunc ipsum Concilii Neocæsariensis canonem ita intellexit, ut necessitate saltem cogente, presbyter ante præscriptam ætatem ordinetur. Præsentem enim canonem his verbis citat, *Ut nullatenus presbyter ordinetur ante*

tricesimum ætatis annum, nisi rationabili necessitate cogente, quia Dominus Jesus non prædicavit ante xxx. ætatis annum. Egbert. Eborac. Excerpt. can. 95. Et multa sane extant eorum exempla, qui ante istam ætatem non presbyteri modo, sed et episcopi ordinati fuerunt. Nam Eleutherius Illyrici episcopus ordinatus est, cum nondum vicesimum ætatis annum transegerat; ut testatur Nicephorus Callistus Hist. Eccl. lib. iii. cap. 29. Et Hincmarus Rhemensis in vita S. Remigii, eum vicesimo secundo ætatis anno archiepiscopum electum asserit. Quinetiam non obstante ipsa lege Mosaica, Levitæ a Davide recensiti sunt a vicesimo ætatis anno 1 Paral. xxiii. 27. atque etiam ab Hezekia, 2 Paralip. xxxi. 17. Sic etiam Timotheus episcopus a D. Paulo creatus fuit, cum adhuc juvenis esset. 1 Tim. iv. 12. Nimirum in hisce rebus non tam ætatis quam pietatis et doctrinæ ratio habenda est. Ut optime enim observat D. Chrysostomus, ἕως γὰρ ἀντήρροπον ἐπίδεικνύη βίον, οὐκέτι διὰ τὴν ἡλικίαν τις καταφρονήσει, ἀλλὰ καὶ θαυμάσει μᾶλλον. Chrys. in ep. 1. ad Tim. λογ. ιγ'. pag. 299. edit. Savil. BEVEREG.

CANON XII.

P. 184. l. 16. Ἐὰν νοσῶν τις φωτισθῆ] Cornelius urbis Romæ episcopus in Epistola ad Fabium Antiochenum, quæ apud Eusebium extat lib. vi. cap. 43. de Novato loquens: καταλιπὼν γὰρ, inquit, τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ ἐν ἧ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλήρον, ὃς διακωλύμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν. ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐν κλίνῃ διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλήρον τινα γενέσθαι, ἤξιώσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. De baptisatis in ægritudine meminit etiam can. 151. hujus codicis et can. 48. collectionis Africanæ. Cyprianus lib. iv. epist. 7. qui et hujusmodi clinicos appellatos fuisse tradit. Erant autem clinicorum duo genera. Alii, qui fidem quidem Christianam amplexi, necdum tamen baptisati, si in morbos inciderent, in ipsa ægritudine, καὶ ἐν τῇ κλίνῃ, in lecto decumbentes baptisabantur. Horum meminit Epiphanius hæresi 28. οἱ μελλόντες τελευτᾶν, inquit, ἐὰν ὡσι κατηχούμενοι, πρὸ τῆς τελευτῆς λούτρον καταξιοῦνται. Sic Prætozem Arinthæum in ipso vitæ exitu regenerationis lavacrum accepisse memorat Basilius epist. 5. Alii vero, qui professione Christiani, et pietatis doctrina instructi, ad extremum usque ætatis, baptismum consulto proten-

debant, simul et baptizari et mori volentes, ne post illum acceptum rursus peccarent: pervulgato quippe illis temporibus errore decepti, existimabant a peracto baptismo vitam immunem ab omni lapsu requiri, nec ullam delinquentibus expiationem aliam deinceps reliquam esse: cui opinioni causam dedit male intellectus D. Pauli locus ad Hebræos cap. vi. 4. quo etiam Novatiani abutentes lapsis omnino veniam denegabant: sic Constantinus Imp. extremo vitæ suæ tempore, ab Eusebio Nicomediensi episcopo baptizatus est, ut præter Eusebium lib. iv. de ejus Vita cap. 62. alii etiam Ecclesiastici scriptores tradiderunt, Socrat. lib. i. cap. 26. Theodor. lib. i. cap. 32. Sozom. lib. ii. cap. 34. Hieronymus in Chronico, et Niceph. lib. viii. cap. 54. Constantius etiam moriens voluit baptisari ἀποθνῆσκων ἔδοξε βαπτίζεσθαι, ut docet Athanasius de synodis Arimini et Seleuciæ. Idem de Theodosio Magno tradit Ambrosius in Orat. de ejus obitu, et Socrates lib. v. cap. 6. Hunc vero clinicorum morem, et in suscipiendo baptismo dilationem, acriter reprehenderunt orthodoxi patres. Tertullianus lib. de Pœnit. *Omne præterea, inquit, cunctationis et tergiversationis erga pœnitentiam vitium, presumptio intinctionis importat: certi enim indubitata veniæ delictorum, medium tempus interim furantur, et comestum sibi faciunt delinquendi.* Gregor. Nazianzenus Orat. in sanctum Baptisma, *Baptisemur hodie, ne cras vi aliqua majore cogamur: ne beneficium tanquam injuriam prorogemus, nec expectemus ut plura peccata congeramus, quo plura nobis condonentur: nec graviore onere premamur quam vires nostræ ferre queant, ne una cum navi aquis obruamur, ac baptismi gratiam naufragio amittamus, ac dum plura spe atque animo concipimus, omnia perdamus, &c.* De clinicis etiam quidam accipiunt illud D. Pauli 1 Corinth. cap. xv. 29. τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, quid facient ii qui baptisantur pro mortuis? Hoc est, ut ipsi putant, qui tanquam mortui sive moribundi baptisantur. Ego vero, salvo meliore judicio, illud intelligendum puto, de iis qui, perverso quorundam hæreticorum more, vice mortuorum baptisabantur. Hunc morem indicat Epiphanius de Cerinthianis loquens hæresi 28. καὶ τί παραδόσεως πρᾶγμα ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὡς τινῶν μὲν παρ' αὐτοῖς προφθανόντων τελευτῆσαι ἄνευ βαπτίσματος, ἄλλους δὲ ἀντ' αὐτῶν εἰς ὄνομα ἐκείνων βαπτίζεσθαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐν τῇ ἀναστάσει ἀναστήσαντας αὐτοὺς δίκην δούναι τιμωρίας, βάπτισμα μὴ εἰληφότας. Id etiam Marcionitæ postea factitarunt, exemplum forte a Cerinthianis mutuati: sic

enim de iis Chrysostomus in Epist. 1. ad Corinth. cap. xv. Homil. 40. ἐπειδὴν γάρ τις κατηχούμενος ἀπέλθη παρ' αὐτοῖς, τὸν ζῶντα ὑπὸ τὴν κλίνην τοῦ τελευτηκότος κρύψαντες, προσίασι τῷ νεκρῷ, καὶ διαλέγονται, καὶ πυνθάνονται εἰ βούλοιο λαβεῖν τὸ βάπτισμα; εἶτα ἐκείνου μηδὲν ἀποκρινομένου, ὁ κεκρυμμένος κάτωθεν ἀντ' ἐκείνου φησὶ, ὅτι δὴ βούλοιο βαπτισθῆναι, καὶ οὕτω βαπτίζουσιν αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ἀπελθόντος. Hujusmodi Marcionitarum baptismum, vicarium vocat Tertullianus lib. de Resurrect. Carnis. *Si autem et baptisantar quidam pro mortuis, videbis an ratione, certa illa præsumptione hoc eos instituisse portendit, qua alii etiam carni ut vicarium baptismum profuturum existimarent ad spem resurrectionis: quæ nisi corporalis, non alias sic baptismate corporali obligaretur:* et lib. v. advers. Marcionem cap. 10. Ambrosius in 1 Corinth. cap. xv. Pauli locum explicans: *Exemplum, inquit, eorum subjicit qui tam securi erant de futura resurrectione, ut etiam pro mortuis baptisarentur, si quem forte mors prævenisset, timentes ne aut male, aut non resurgeret, qui baptisatus non fuerat, vivus nomine mortui tingebatur.* JUSTELL. Cum nonnulli in ecclesia primitiva lethali corripere morbo, priusquam sacrum baptismum, quæ etiam illuminatio dicitur, suscepissent, orta est de iis controversia, utrum per baptismum isto casu collatum vere Christiani facti fuerint, necne. Hanc quæstionem quidam cognomento Magnus D. Cypriano proposuit, ut ipse in epistola ad eum rescripta testatur, dicens, *Quæsisisti etiam, fili charissime, quid mihi de illis videatur, qui in infirmitate et languore gratiam Dei consequuntur, an habendi sint legitimi Christiani, eo quod aqua salutaris non loti sint, sed perfusi.* Et statim respondet Cyprianus affirmative, *Nos, inquit, quantum concipit mediocritas nostra, existimamus, in nullo mutilari et debilitari posse beneficia divina, nec minus aliquid illic posse contingere, ubi plena et tota fide et dantis et sumentis accipitur, quod de divinis muneribus hauritur.* Cyprian. epist. 77. edit. Pamel. Et mox indicat hos *clínicos* vulgo nuncupatos esse, nimirum quod ἐν τῇ κλίνῃ in lecto baptizati sunt. Et quidem ipsos catechumenos, si animam agerent, mox ante mortem baptizatos esse, Epiphanius testatur, οἱ μέλλουσι τελευτᾶν, ἐὰν ὧσι κατηχούμενοι, πρὸ τῆς τελευτῆς λούτρου καταξιούνται. Epiph. hæc. 28. Hinc cum vulgo persuasum esset, omnia anteactæ vitæ peccata per baptismum ablui, plures usque ad vitæ exitum baptismum suum consulto distulerunt. Quod de Constantino Magno, Theodosio, imperatoribus, aliisque Historici Eccle-

siastici tradiderunt. Hoc autem a Tertulliano olim observatum et damnatum est, dicente, *Omne præterea cunctationis et tergiversationis erga penitentiam vitium præsumptio intinctionis importat. Certi enim indubitata veniæ delictorum, medium tempus interim furantur, et comæatum sibi faciunt delinquendi.* Tertul. de Pœnit. c. 5. Ne quis etiam baptismum ita differat, Gregorius Theologus eleganter admonuit, Βαπτισθῶμεν τήμερον, inquit, ἵνα μὴ αὔριον βιασθῶμεν. καὶ μὴ ἀναβαλώμεθα τὴν εὐεργεσίαν ὡς ἀδικίαν, μηδὲ ἀναμείνωμεν πλείον γενέσθαι κακοὶ, ἵνα πλείον συγχωρηθῶμεν, μηδὲ γενώμεθα Χριστοκάπηλοι καὶ Χριστέμποροι, μηδὲ φορτισθῶμεν πλέον ἢ δυνάμεθα φέρειν, ἵνα μὴ αὐτάνδρῳ τῇ νηὶ βαπτισθῶμεν, καὶ τὸ χάρισμα ναυαγήσωμεν, ἀνθ' ὧν τὸ πλείον ἠλπίσαμεν. Greg. Naz. Orat. 40. Et Patres quidem Neocæsarienses hoc sibi displicuisse luculenter satis demonstrarunt, eo quod præsentī canone constituerint, tales in presbyteratus gradum non evehendos esse, qui morbo laborantes, et mortis timore percussi, ad sacrum baptismum se contulerunt. Hoc autem non novum erat institutum, sed quod longe antea sancitum fuerat. Quod ut palam faciamus, tenendum est, Novatianum hujusmodi fuisse Clinicum. Cum is enim a dæmone vexaretur, et propterea apud exorcistas maneret, in gravem incidit morbum, quo se moriturum credebat, ac proinde in ipso, quo cumbabat, lectulo baptizatus est; ut Cornelius papa Romanus in Epistola ad Fabium Antiochenum tradidit, dicens de eo, ᾧ γε ἀφορμὴ τοῦ πιστεῦσαι γέγονεν ὁ Σατανᾶς, φοιτήσας εἰς αὐτὸν καὶ οἰκήσας ἐν αὐτῷ χρόνον ἰκανόν· ὅς βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐπορκιστῶν, νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ, καὶ ἀποθανεῖσθαι ὅσον οὐδέπω νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ, ἣ ἔκειτο, περιχυθεὶς τὸ βάπτισμα ἔλαβεν. apud Euseb. Hist. Eccles. lib. vi. cap. 43. Hinc cum iste Novatianus presbyter ordinandus erat, universus clerus, multiq̄ue a populo refragabantur, dicentes, non licere quempiam in lectulo perfusus sive baptizatum in clerum unquam assumi, ὅς διακωλύμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν, ἐπεὶ μὴ ἔξὸν ἦν τὸν ἐπὶ κλίνης διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ αὐτὸς, εἰς κληρὸν τινα γενέσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. Ibid. Constat itaque, quod hoc μὴ ἔξον ἦν non licitum erat, ut Clinicus presbyter fieret, etiam Cornelii et Novatiani diebus, hoc est, plusquam quinquaginta annis ante celebratum hoc Neocæsareæ Concilium. Sin autem nulla hoc lege vetitum fuisset, illicitum esse aut dici non potuit. Ac proinde nihil novī hoc canone decernitur; sed vetus ea lex, antiquitus instituta, renovatur. BEVEREG.

CONCILIUM
CONTRA NOETUM.

CONCILIUM SUPERADDITUM.

ASIATICUS CONTRA NOETUM PRESBY- TERORUM CONSESSUS

ANTE MEDIUM SÆCULUM TERTIUM

5

CELEBRATUS.

ΤΙ γὰρ κακὸν πεποίηκα; inquit Noetus, ἕνα Θεὸν
δοξάζω, ἕνα ἐπιστάμαι, καὶ οὐκ ἄλλον πλὴν αὐτοῦ,
γεννηθέντα, πεπονθότα, ἀποθανόντα.—ὅτε γὰρ
ἐρωτώμενος ἀπὸ τοῦ Πρεσβυτερίου ἔφη, ἕνα Θεὸν
10 δοξάζειν, ἤκουε παρ' αὐτῶν φιλαλήθως· Ὅτι ἕνα
Θεὸν δοξάζομεν καὶ αὐτοὶ, ἀλλ' ὡς οἶδαμεν δικαίως
δοξάζειν. καὶ ἕνα Χριστὸν ἔχομεν, ἀλλ' ὡς οἶδαμεν
ἕνα Χριστὸν υἱὸν Θεοῦ, παθόντα καθὼς ἔπαθεν, ἀπο-
θανόντα καθὼς ἀπέθανεν, ἀναστάντα, ἀνελθόντα εἰς
15 τὸν οὐρανὸν, ὄντα ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ἐρχόμενον
κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς. ταῦτα λέγομεν, μεμαθη-
κότες ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, ἃ καὶ ἐπιστάμεθα.
Attulit S. Epiphanius *Hæres.* LVII. num. 11. p. 480. ed. Petavii.

Interprete Dionysio Petavio.

20 Ac quid, inquit, mali feci?
Unum Deum veneror, unum
novi, nec præter ipsum alterum,
natum, passum, mortuum.—
Nam cum Presbyterorum con-
25 cilio percontanti dixisset; unum
se Deum colere, vere hoc ab
illis responsum audiit: Et nos
unum quoque Deum colimus:
sed quemadmodum legitime il-
30 lum colere novimus. Itidem-

que Christum habemus unum,
sed quemadmodum novimus,
unum Christum Dei filium: pas-
sum, quomodo passus est: mor-
tuum, quomodo mortuus est.
Qui et resurrexit, et in cœlum
ascendit, et ad Patris dexte-
ram manet, et venturus est ju-
dicare vivos et mortuos. Hæc
nos ab Scripturis sacris accep-
ta profitemur, quæ et novimus.

ANNOTATIONES
IN CONCILIUM PRESBYTERCRUM
CONTRA NOETUM.

P. 243. l. I. CONCILIUM &c.] Hunc Consessum tanquam si fuerit inter Concilia reponendus, addidit Steph. Baluzius *Novæ suæ Collectioni Concilior.* notitia ejus pag. 16. ex Epiphanio desumpta. Ante vero Baluzii mortem textum Græcum *Homiliæ*, quæ vocatur, *Contra Noetum Hippolyti Martyris* primus edidit J. Alb. Fabricius, qui illam extremam partem esse libri Hippolytei *adversus Hæreses* confirmat. Et quia Epiphanius atque Hippolytus eadem propemodum ad verbum de Noeti atque hæresis ejus condemnatione protulerunt, idcirco Epiphanium ista ex ipso Hippolyto, quanquam haud nominato, desumpsisse statuit ibid. præstantiss. Fabricius. Fateor quidem plurima *Confutationis Noeti* apud Hippolytum extare, quæ sua fecit Epiphanius; cum vero alia quædam addiderit Epiphanius condemnationi isti, eaque ex eodem vetere auctore, ut videtur, desumpta, cui cetera debet; hinc magis putaverim, vel auctorem istum, quicumque demum is fuerit, ex Hippolyto pleraque sua habuisse, vel contra ex isto auctore sua Hippolytum, qui alia ex ipso hæretico Noeto in opus suum hauserit. Idem tamen vetus auctor haud multo vel recentior vel antiquior Hippolyto esse potuit.

P. 243. l. 6. Τί γὰρ κακὸν &c.] Ante hæc Epiphanius, Ἔτερος πάλιν μετὰ τοῦτον (Bardesanum) Νοητὸς ὀνόματι ἀνέστη, οὐ πρὸ ἐτῶν πλειόνων, ἀλλ' ὡς πρὸ χρόνου τῶν τούτων ἑκατὸν τριάκοντα, πλείω ἢ ἐλάσσω, Ἀσιανὸς, τῆς Ἐφέσου πόλεως ὑπάρχων. ὃς ἀλλοτρίῳ πνεύματι φερόμενος, ἠθέλησεν ἀφ' ἑαυτοῦ ἢ μῆτε προφήται, μῆτε ἀπόστολοι, μῆτε ἐξ ὑπαρχῆς κατέσχεν ἢ ἐκκλησία, μῆτε ἐνενοήθη, λέγειν τε καὶ διδάσκειν. *Post hunc alius quidam hæreticus Noetus nomine prodiit: neque multis ab hinc annis; sed ante hos fere centum ac triginta, in Asia oriundus, urbe Epheso. Qui alieno spiritu afflatus ea dicere ac docere ausus est, quæ nec prophetæ, nec apostoli, nec ecclesia ab initio tenuit, ac ne cogitavit quidem.* De his autem Epiphanius ita Fabricius in Notis ad Hippolytum: “ Epiphanius ait Noëtum prodidisse hæresin “ suam ante annos circiter cxxx. Scripsit Epiphanius anno “ Christi ccclxxv. His si centum ac triginta demas, manet “ annus ccxlv. Mox idem testatur Noëtum ἔναγχος paulo “ post, una cum fratre mortuum esse.” Scil. in illis, quæ mox descripturus sum. At vero ex voce ἔναγχος i. e. *nuper*, hoc quidem, ni fallor, recte colligas, Epiphanium verba sequentia ex vetustiore aliquo auctore partim κατὰ λέξιν more suo sumpsisse. Nam pergit ita scribere Epiphanius, Οὗτος ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπάρμασι (ita Petavius pro ἐπ' ἄρμασι, sed forsitan ἐπάρματι legend. Habet Hippolytus ὕσον ἔπαρμα καρδίας de Noeto scribens) *μανίας ἐπαρθεῖς, ἐτόλμησε λέγειν τὸν πατέρα πεπονηθέναι. ἔτι δὲ μείζονί τινι τύφῳ καὶ παραφροσύνῃ ἐνεχθεὶς, ἑαυτὸν ἔλεγε Μωϋσέα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἀαρών. ἀλλὰ μεταξὺ τούτων ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν ἐιρηγήσεως, οἱ μακάριοι πρεσβύτεροι τῆς ἐκκλησίας προσκαλεσάμενοι αὐτὸν, ἐξήταζον περὶ τούτων ἀπάντων, καὶ εἰ ταύτην τὴν βλασφημίαν περὶ πατρὸς προηγάγετο. ὁ δὲ τὰ πρῶτα μὲν ἠρνεῖτο, ἐπὶ τοῦ πρεσβυτερίου ἀγόμενος, διὰ τὸ μηδένα πρὸ αὐτοῦ ἐξεμέσαι ταυτηνὴν τὴν δεινὴν, καὶ ὀλετήριον πικρίαν. ὕστερον δὲ ἀφ' ἧς εἶχε λύσεως εἰς τινας ἄλλους ἐμβαλὼν, ὡς εἰπεῖν, καὶ σὺν αὐτῷ ὥσπερ δέκα ἀνδρας ἐπαγόμενος, εἰς τύφον μείζονα καὶ θράσος ἐπαρθεῖς, τολμηρὸς γεγωνῶς, παρρησία λοιπὸν τὴν αἵρεσιν ἐδογματίζε. πάλιν ὁ αὐτὸς οἱ αὐτοὶ πρεσβύτεροι προσκαλεσάμενοι αὐτόν τε, καὶ τοὺς προσφθαρέντας αὐτῷ ἀνθρώπους, περὶ τῶν αὐτῶν πάλιν ἠρώτων. ὁ*

δὲ ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένοις ὑποτρίψας τὸ μέτωπον, λοιπὸν παρῆρησία ἀντέλεγε, φάσκων· ΤΙ ΓΑΡ κακὸν πεποίηκα &c. &c. (Hæc supra in textu, quem vocant, reposita sunt) ὡς οὖν ἐν τούτοις ἔμενεν, ἐξέωσαν αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας, ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ δόγμα μαμαθητευμένοις. τελευτᾷ δὲ ὁ αὐτὸς ἜΝΑΓΧΟΣ ἅμα τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ, οὐχ ὡς ὁ Μωϋσῆς ἐν δόξῃ, οὐδὲ ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς (for. addend. ὡς) ὁ Ἰακώβων ἐτάφη ἐν τιμῇ. ἐβρίφησαν γὰρ ὡς παραβάται, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς τῶν θεοσεβῶν περιέστειλε. μετὰ τοῦτο οἱ ὑπ' αὐτοῦ τὸν νοῦν φθαρέντες ἐκράτουναν τουτὶ τὸ δόγμα, τούτοις τοῖς ῥητοῖς ὑπαχθέντες, οἷς καὶ ὁ αὐτῶν διδάσκαλος ἐξ ἀρχῆς. ὍΤΕ γὰρ ἐρωτώμενος ἀπὸ τοῦ πρεσβυτερίου ἔφη, ἕνα Θεὸν &c. &c. Hæc quoque, ubi supra, transcripta sunt. Gemina sunt Epiphianianis istis, quæ de eodem Consessu protulit S. Hippolytus initio Libri *Contra Noctum*, quem inter *Opuscula Scriptorum Ecclesiasticorum* nuper posui. Ἐτεροί τινες ἐτέραν διδασκαλίαν παρεισάγουσιν, γενόμεοί τινος Νοήτου μαθηταί, ὃς τὸ μὲν γένος ἦν Συμυριαῖος, οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου γενόμενος. Οὗτος φυσιωθεὶς εἰς ἐπὶ ἠρμένον ἤχθη· οἴσει πνεύματος ἀλλοτρίου ἐπαχθεὶς (for. ἐπαρθεὶς). Ἐφη τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι τὸν Πατέρα, καὶ αὐτὸν τὸν Πατέρα γεγεννηθῆναι καὶ πεπουθῆναι καὶ ἀποτεθνηκέναι. Ὅρατε ὅσον ἔπαρμα καρδίας καὶ φυσίωμα πνεύματος ἀλλοτρίου ὑπεισήληθεν εἰς αὐτόν. Ἦδη μὲν οὖν ἐκ τῶν ἐτέρων πράξεων εἰς τοῦτο φέρεται ὁ ἔλεγχος αὐτῶν, ὅτι μὴ καθαρῶ πνεύματι ἐφθέγγετο. Ὁ γὰρ εἰς πνεῦμα ἅγιον βλασφημιῶν ἐκβλητὸς γένηται (cor. γεγένηται) κλήρου ἁγίου. Οὗτος ἔλεγεν ἑαυτὸν εἶναι Μωϋσῆν, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἰακώβων. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ μακάριοι Πρεσβύτεροι προσκαλεσάμενοι ἐνώπιον τῆς ἐκκλησίας ἐξήταζον· ὁ δὲ ἠρνεῖτο, λέγων τὰς ἀρχὰς, μὴ φρονεῖν. ὕστερον δὲ ἐμφωλεύσας ἐν τισιν, καὶ συσκευάσας ἑαυτῷ συμπλανωμένους, καθαρὸν (for. καὶ θαρρῶν) ὕστερον ἰστᾶν τὸ δόγμα ἐβούλετο. Ἄν πάλιν προσκαλεσάμενοι οἱ μακάριοι Πρεσβύτεροι ἤλεγξαν. Ὁ δὲ ἀντίστατο, λέγων· Τί οὖν κακὸν ποιῶ δοξάζων τὸν Χριστόν; πρὸς ὃν ἀνταποκρίνονται οἱ Πρεσβύτεροι· Καὶ ἡμεῖς ἕνα Θεὸν οἶδαμεν ἀληθῶς. οἶδαμεν Χριστόν· οἶδαμεν τὸν Υἱὸν παθόντα, καθὼς ἔπαθεν, ἀποθανόντα, καθὼς ἀπέθανεν, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ὄντα ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ

ταῦτα λέγομεν ἂ ἐμάθομεν. Τότε τοῦτον ἐλέγξαντες ἐξέωσαν τῆς ἐκκλησίας, ὃς εἰς τοσοῦτο φυσίωμα ἠνέχθη, ὡς διδασκαλείου συστήσαι. Quod attinet ad Mosem et Aaronem in Noeto ac fratre redivos, notavit Fabricius ad *Hippolytum*, id Damascenum quoque referre; sed scripsisse Philastrium *Hæresi* liii. *Noetiani insensati* (ἀνόητοι) *cujusdam nomine Noeti*.—hic etiam dicebat se Mosen esse, et fratrem suum *Heliam prophetam*. Rem ita exponit cl. Moshemius, in *Comm. De Rebus Christianorum ante Constantin. M. Sæc.* iii. §. 33. p. 682. ut sectarius iste existimetur sese cum Mose, fratremque suum cum Aarone, comparasse; id est, arroganter prædicasse, Deum suo fratrisque ministerio ad populum Christianum ex falsarum de religione opinionum servitute educendum uti velle, quemadmodum Mosis et Aaronis operam ad Hebræorum populum ex Ægypto liberandum olim adhibuisset. Satis ingeniosa ista. Attamen recordantur omnes, docuisse Pythagoram, se in Trojano bello Euphorbum fuisse; et memini ego extitisse in his oris ante triginta fere annos planum quendam. aut certe hominem fanaticum, qui se Heliam prophetam esse impudenter affirmaret. Rectius ergo fortasse statuendum, Noetum et fratrem ejus prædicasse, super sese ex cælo descendisse πνεῦμα καὶ δύναμιν Mosis atque Aaronis, ut plane iidem qui illi ipsi recte censeri possent.

P. 243. l. 9. τοῦ Πρεσβυτερίου] Presbyterorum nomine vocati interdum episcopi in sæculo ecclesiæ secundo. Vid. supra *Epist. Concil. Lugd.* pag. 40. vol. II. et *Irenæum Adv. Hæres.* lib. iv. c. 43. al. 26. Clementemque Al. *Strom.* vi. cap. 13. qui tamen ambo inter episcopos atque presbyteros alibi aperte distinguunt. Adi, exempli gratia, *Iren.* lib. iii. cap. 14. et *Clem. Al.* ipso eodem loco. Cum vero tertio hoc sæculo vix et ne vix quidem singuli episcopi presbyteri vocitarentur, rursus ego dubito, utrum etiam plures episcopi in unum, hoc est provinciale concilium, collecti ita nuncupari tum temporis solerent; etsi de antecessoribus suis ita locutus sit Dionysius Alexandrinus episcopus.—παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν, inquit, πρεσβυτέρων τύπον καὶ κανόνα παρεληφότες, apud S. Basilium M. *Lib. De Spiritu Sancto*

cap. penult. Confer et Firmiliani ad S. Cyprianum epistolam, cap. 6. Conjecturam facit cl. Moshemius in opere modo allato pag. 683. caruisse tum urbem, in qua Noetus vivebat, episcopo. Sed et potest fieri, ut tam episcopis, quam presbyteris, constiterit hoc *presbyterium*; quale Romæ se contraxisse ait urbis episcopus Cornelius in *Epist. ad Cyprianum*, quodque eo nomine appellat. vid. *Ep.* xlvi. al. 49. Noto obiter, nusquam, quod sciam, veteres patres his primis ecclesiæ sæculis secundi ordinis sacerdotes nomine episcoporum appellasse, nisi forsitan id fecerit S. Pauli discipulus Clemens Romanus in *Epist. ad Corinthios*, cap. 42. ubi accommodantur verba ad locum ex Vet. Testamento allatum. Superius autem, in cap. 40. notum est, hunc sanctum episcopum tres ordines Christianæ ecclesiæ cum politia Judaica contulisse; quod illustre antiquissimæ disciplinæ documentum est. Itidem hæc duo Judaicum et Christianum sacerdotium simul comparavit Hieronymus in *Epistola ad Nepotianum et Evangelum*.

P. 243. l. 13. παθόντα] Quæ sequuntur sunt ipsa verba Symboli, quale extat apud Irenæum lib. i. cap. 2. seq. lib. iii. cap. 4. Tertullianum Contra Praxeam cap. 2. et De Præscript. c. 13. et De Virginibus Velandis c. 1. &c. FABRICIUS, ad Hippolytum.

Ibid. l. 17. ἐπιστάμεθα.] Auctor *Prædestinati*, ut notat ad Hippolytum Fabricius, Noetum damnatum a Tranquillo episcopo Chalcedoniorum Syriæ scribit, cap. 36. Sed sublestior fides est hujus scriptoris, qui de dogmate tamen Noeti hæc satis apte posuit; *Hæresis*, inquit, *tricesima et sexta Noetianorum est, qui dicunt Christum eundem esse atque Patrem et Spiritum Sanctum, non per substantiam, sicut nos, sed per personam, ut putative dicatur Spiritus Sanctus, non veraciter*. Hoc nimirum negantes, Spiritum S. subsistentiam habere propriam. Itaque scribit alibi Epiphanius, *νόπατορα τὸν Χριστὸν ἐδίδαξε* (Noetus) *τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα*. *Anacephal.* p. 145.

ASCLEPIADES.

ASCLEPIADIS,
QUI AD LACTANTIUM SCRIPSIT,
FRAGMENTUM.

ATQUE ideo merito quis arbitretur, proximum sibi locum divinam providentiam dedisse ei, qui potuerit intelligere ordinationem suam. Nam sol iste est; quis eum videt ita, ut intelligat quia sol est, et quantum gratiæ afferat cæteris institutis? hoc cælum est; quis id suspicit? terra hæc; quis eam colit? hoc pelagus; quis in eo navigat? hic ignis est; quis eo utitur? Instituit ergo summus Deus, non propter se, quia nihilo indiget, sed propter hominem, qui his congruenter uteretur.

Attulit hæc in libro vii. *Divinarum Institutionum* c. iv. Lactantius Firmianus, qui sæculi quarti floruit initio, ita præfatus; *Optime igitur Asclepiades noster de providentia summi Dei disserens in eo libro, quem scripsit ad me.* ATQUE ideo, *inquit*, merito &c. Porro ipsum Lactantium libros duos scripsisse ad Aselepiadem tradit S. Hieronymus cap. lxxx. *Libri De Viris Illustr.* Ubi Fabricius ait, “ Sed et “ Lactantii ad Aselepiadem, et Aselepiadis ad Lactantium “ scripta, nusquam hodie extant.” Christianum autem hunc scriptorem fuisse, verisimile videtur. Nota positum esse post verbum, *intelligat*, similiter atque in Latinis Bibliis, aliisque ejus ætatis operibus, *quia sol est* pro infinitivo, *solem esse*.

APPENDIX I.

IN QUA CONTINENTUR

CONCILIA, ELIBERITANUM,
ROMANUM, ARELATENSE I.
GESTA PURGATIONIS FELICIS,
GESTAQUE APUD ZENOPHILUM.

ELIBERITANUM CONCILIUM,

IN HISPANIA ANTE MAGNAM SYNODUM NICÆNAM
CELEBRATUM,

AD EDITIONEM CONCILIORUM HARDUINAM
PARISIIS ANNO 1715. TYPIS IMPRESSAM.

CONCILIIUM ^aELIBERITANUM ^bXIX. EPISCOPORUM.

EX collectione Isidori, editione viri doctissimi Garsiaë Loaisa et novissima Emin. Card. De Aguirre, quam ille contulit cum quinque MSS. codicibus: item ex perantiqua collectione Canonum MS. gemina, quæ est in Collegio Parisiensi Societatis Jesu. In altera, in qua indiculus est synodorum verbis ipsius Isidori, quæ sunt relata ex parte a Gratiano, XI. dist. XVI. hæc tantum leguntur de Eliberitana: Concilium *Heliberitanum*, XVIII. *episcoporum, in quo statuti sunt Canones LXXXI.* Altera addit in titulo, *tempore Constantini.* In duobus MSS. Alveldensi et Hispalensi, qui nunc sunt Bibliothecæ S. Laurentii, scripti ambo (ut amanuensis quidem ipse testatur) sæculo Christi decimo, dicitur hæc habita synodus *eodem tempore quo Nicæna.* In duobus MSS. Toletanis, ejusdem fere ævi, apponitur Era CCLXII. qui est annus Christi CCCXXIV. Hincmarus Remensis, [eodem sæc. nono, quo Isidorus] in opusc. xxxiii. cap. 20. coactum synodum refert iisdem Consulibus, quibus et Nicænam. Onuphrius in Fastis, assignat annum CCCXIII. quoniam, opinor, Canones Concilii Arelatensis, anni CCCXIV. multi videntur excerpti fuisse ex Eliberitano. Quæ causa nos etiam impulit, ut salva tamen auctoritate Hincmari et MSS. codicum, quæ debet hic esse potior, exhiberemus *hoc loco Concilium Eliberitanum. Fuit istud in Bætica oppidum *Iliberi, quod Liberini tenere*, ut ait Plinius, lib. iii. sect. 3.

^a In MSS. plerisque Elibertinum, *vel* Elibertanum. ^b Iduum Maïarum, Episcoporum numero XLIII. *in MS. Pith. at in nostro*, XVIII. * (ad an. Christi 313.)

TITULI CAPITULORUM.

- I. *De his qui post baptismum idolis immolaverunt.*
 II. *De sacerdotibus ^c gentilium, qui post baptismum ^d immolaverunt.*
 III. *De eisdem, si idolis munus tantum dederunt.*
 IV. *De eisdem, si catechumeni adhuc immolant, quando baptizantur.*
 V. *Si domina per zelum ancillam occiderit.*
 VI. *Si quicumque per maleficium hominem interfecerit.*
 VII. *De pœnitentibus mœchiæ, si rursus ^e mœchaverint.*
 VIII. *De feminis, quæ relictis viris suis aliis nubunt.*
 IX. *De feminis, quæ adulteros maritos relinquunt, et aliis nubunt.*
 X. *De relicta catechumeni, si alterum duxerit.*
 XI. *De catechumena, si graviter ægrotaverit.*
 XII. *De mulieribus, quæ lenocinium fecerint.*
 XIII. *De virginibus Deo sacratis, si adulteraverint.*
 XIV. *De virginibus sæcularibus, si ^f mœchaverint.*
 XV. *De conjugio eorum qui ex gentilitate veniunt.*
 XVI. *De puellis fidelibus, ne infidelibus jungantur.*
 XVII. *De his qui filias suas sacerdotibus gentilium conjungunt.*
 XVIII. *De sacerdotibus et ministris, si mœchaverunt.*
 XIX. *De clericis negotia et nundinas sectantibus.*
 XX. *De clericis et laicis usurariis.*
 XXI. *De his qui tardius ad ecclesiam accedunt.*
 XXII. *De catholicis in hæresim transeuntibus, si revertantur.*
 XXIII. *De temporibus jejuniorum.*
 XXIV. *De his qui peregre baptizantur, ut ad clerum non veniant.*
 XXV. *De epistolis communicatoriis confessorum.*
 XXVI. *Ut omni sabbato jejunetur.*
 XXVII. *De clericis, ut ^g extraneas feminas in domo non habeant.*
 XXVIII. *De oblationibus eorum qui non communicant.*
 XXIX. *De energumenis, qualiter habeantur ab ecclesia.*
 XXX. *De his qui post lavacrum mœchaverint, ne subdiacones fiant.*
 XXXI. *De adolescentibus, qui post lavacrum mœchati sunt.*
 XXXII. *De presbyteris, ut excommunicatis in necessitate communionem dent.*
 XXXIII. *De episcopis, et ministris, ut ab uxoribus se abstineant.*

^c *al. gentium.*
 chatæ fuerint.

^d *al. sacrificant.*

^e *al. peccaverint.*

^f *al. mœ-*

^g *Aquirre, extraneam mulierem.*

- XXXIV. *Ne^h cereum in cæmeteriis incendatur.*
 XXXV. *Ne feminae in cæmeteriis pervigilent.*
 XXXVI. *Ne picturae in ecclesia fiant.*
 XXXVII. *Deⁱ energumenis non baptizatis.*
 XXXVIII. *Ut in necessitate et fideles baptizent.*
 XXXIX. *De gentilibus, si in discrimine baptizari expetunt.*
 XL. ^k *Ne id quod idolothyum est, fideles accipiant.*
 XLI. *Ut prohibeant domini idola colere servis.*
 XLII. *De his qui ad fidem veniunt, quando baptizentur.*
 XLIII. *De celebratione Pentecostes.*
 XLIV. *De meretricibus paganis, si convertantur.*
 XLV. *De catechumenis, si ad ecclesiam non frequentant.*
 XLVI. *De fidelibus, si apostataverint, quamdiu pœniteant.*
 XLVII. *De eo qui uxorem^l habens, sæpius mæchatur.*
 XLVIII. *De^m baptizatis, ut nihil accipiat clericus.*
 XLIX. *De frugibus fidelium, ne a Judæis benedicantur.*
 L. *De Christianis, qui cum Judæis vescuntur.*
 LI. *De hæreticis, ut ad clerum non promoveantur.*
 LII. *De his qui in ecclesia libellos famosos ponunt.*
 LIII. *De episcopis, qui excommunicato alieno communicant.*
 LIV. *De parentibus, qui fidem sponsaliorum frangunt.*
 LV. *De sacerdotibus gentilium, qui jam non sacrificant.*
 LVI. *De magistratibus, et duumviratis.*
 LVII. *De his qui vestimenta ad ornandam pompam dederint.*
 LVIII. *De his qui communicatorias literas portant, ut de fide interrogentur.*
 LIX. *De fidelibus, ne ad Capitolium causa sacrificandi ascendant.*
 LX. *De his qui destruentes idola occiduntur.*
 LXI. *De his qui duabus sororibus copulantur,*
 LXII. *De aurigis et pantomimis, si convertantur.*
 LXIII. *De uxoribus, qui filios ex adulterio necant.*
 LXIV. *De feminis quæ usque ad mortem cum alienis viris adulterant.*
 LXV. *De adulteris uxoribus clericorum.*
 LXVI. *De his qui prævignas suas ducunt.*
 LXVII. *De conjugio catechumenæ feminae.*
 LXVIII. *De catechumena adultera, quæ filium necat.*

^h *Aguirre*, cerei incendantur. ⁱ *Aguirre* edidit, de energumenis baptizandis. ^k *Aguirre* edidit, Ne de hoc quod idolis datum est. ^l *Aguirre*, habet, si sæpius. ^m *Aguirre*, baptizandis.

- LXIX. *De viris conjugatis, postea in adulterium lapsis.*
 LXX. *De feminis, quæ consciis maritis adulterant.*
 LXXI. *De stupratoribus puerorum.*
 LXXII. *De viduis mæchis, si eundem postea maritum duxerint.*
 LXXIII. *De delatoribus.*
 LXXIV. *De falsis testibus.*
 LXXV. *De his qui sacerdotes accusant, nec probant.*
 LXXVI. *De diaconibus, qui ante honorem peccasse probantur.*
 LXXVII. *De baptizatis, qui nondum confirmati moriuntur.*
 LXXVIII. *De fidelibus conjugatis, si cum Judæa vel Gentili mæchaverint.*
 LXXIX. *De his qui tabula ludunt.*
 LXXX. *De libertis.*
 LXXXI. *De feminarum epistolis.*

*Cum ° consedissent sancti et religiosi episcopi in ecclesia
 Eliberitana, hoc est :*

- I. Felix episcopus p Accitanus.
- II. Osius episcopus Cordubensis.
- III. Sabinus episcopus Spalensis.
- IV. Camerinus episcopus Tuccitanus.
- V. Sanagius episcopus q Epagrensis.
- VI. Secundinus episcopus r Castulonensis.
- VII. s Pardus episcopus Mentesanus.
- VIII. Flavius episcopus t Eliberitanus.
- IX. Cantonius episcopus u Corsicanus.
- X. Liberius episcopus Emeritanus.
- XI. Valerius episcopus Cæsaraugustanus.
- XII. Decentius episcopus Legionensis.
- XIII. Melantius episcopus Toletanus.
- XIV. Januarius episcopus de x Salaria.
- XV. Vincentius episcopus Ossonobensis.
- XVI. Quintianus episcopus Elborensis.
- XVII. Successus episcopus de Elioerota.
- XVIII. Eutyichianus episcopus y Bastitanus.
- XIX. Patritius episcopus Malacitanus.

° *al. convenissent.* p *al. Aquitanus.* q *al. Bigerrensis.* r *al. Ca-*
traleucensis. s *al. Pardijs.* t *al. Flavianus Elibertinus.* u *al. Cato-*
nus Urcitanus. x *al. Siblaria, al. Sibiariensis.* y *al. Bassitanus.*

Post subscriptiones episcoporum, in vetusto codice Urgelensi leguntur sequentes presbyterorum.

Restitutus presbyter de Elepel.	Eucharis a Municipio.
Natalis presbyter de Orsuna.	Victor, Ulia.
Maurus presbyter de Illiturgi.	Silvanus, Sagalbina.
Lamponius presbyter Karula.	Januarius, Urci.
Barbatus, de Advingi.	Leo, Gemella.
Felicissimus, de Ateva.	Turrinus, Castellona.
Leo Accinipi.	Luxurius, de Drona.
Liberatus, de Eliocrota.	Emeritus, Barca.
Januarius, de Lauro.	Eumancius, Solia.
Januarius, Barbæ.	Eumencianus, Ossigi.
Victorinus, a Gabro.	Evexes, Carthagine.
Titus, a Vinc.	Julianus, Corduba, presbyter.

Residentibus etiam viginti et sex presbyteris, adstantibus diaconibus et omni plebe, episcopi dixerunt :

CAPITULUM I.

PLACUIT ^binter eos ; Qui post fidem baptismi salutaris, adulta ætate, ad templum idololatraturus accesserit, et fecerit, quod est crimen ^cprincipale : quia est summum scelus, placuit, nec in fine eum ^dcommunione accipere.

II.

Flamines, qui post fidem lavaeri et regenerationis sacrificaverunt ; eo quod geminaverint scelera, accedente homicidio ; vel triplicaverint facinus, cohærente mœchia ; placuit eos nec in fine accipere communionem.

III.

Item flamines, qui non immolaverint, sed munus tantum dederint ; eo quod se a funestis abstinerunt sacrificiis, placuit, in fine eis* præstari communionem ; acta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi, si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, ulterius his non esse dandam

^a *In edit. Card. de Aguirre, et Mendozæ, xxxvi.* ^b *Aguirre, ut quicumque.* ^c *Aguirre, capitale.* ^d *Aguerr, ad communionem suscipere.*

* (Præstare habet Collectio Canonum Ecclesiæ Hispaniæ Matrili anno 1808 ex codl. scriptis edita.)

communione; ne ^e lusisse de Dominica communione videantur.

IV.

Item flamines, si fuerint catechumeni, et se sacrificiis abstinerint, post triennii tempora, placuit ad baptismum admitti debere.

V.

Si qua ^f domina furore zeli accensa flagris verberaverit ancillam suam, ita ut ^g in tertium diem animam cum cruciatu ^h effundat; eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit; si voluntate, post septem annos; si casu, post quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

VI.

Si quis vero ⁱ a maleficio interficiat alterum; eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, ^k nec in fine impertiendam esse ille communionem.

VII.

Si quis forte fidelis post lapsum mœchiæ, post tempora constituta, accepta pœnitentia denuo fuerit fornicatus, placuit, nec in fine habere eum communionem.

VIII.

Item feminæ, quæ nulla præcedente causa, reliquerint viros suos, et se copulaverint ^l alteris, nec in fine accipiant communionem.

IX.

Item fidelis femina, quæ adulterum maritum reliquerit

^e inclusisse, *Aguirr. ex cod. Alveld.* ^f MS. femina, 43. *Dist. 50.* Si qua femina. ^g MS. intra: *Gratianus*, infra: *Ivo*, part. xv. et cxliii. *Burch.* lib. vi. c. 19. *Raban. de Judic. Pœnit.* lib. iii. c. 5. *Mogunt. Conc.* 1. anno 747. cap. xxii. *Regino*, lib. ii. c. 58. et alii. ^h MS. emittat. *Ivo*, in *Decr.* part. x. cap. 155. *Burch.* lib. vi. cap. 26. ⁱ legunt, veneficio. ^k Ita etiam *Regino*, lib. ii. cap. 83. ex *Conc. Eliber.* At *Ivo* et *Burch.* legunt, nisi in fine impertiendam non esse. ^l *Ivo* in *Decr.* part. viii. cap. 198. *Burch.* lib. ix. cap. 62. ex *Conc. Eliber.* cap. 8. sed interpolato sic: alteri se copulaverunt, et in hoc permanere voluerint.

fidelem, ^m et alterum ducit, prohibeatur ne ducat; si autem duxerit, non prius accipiat communionem, ⁿ nisi quem reliquerit, prius de sæculo exierit; nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit.

X.

Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lavacri admitti. Hoc et circa feminas catechumenas erit observandum. Quod si fuerit fidelis, quæ ducitur, ab eo qui uxorem inculpatam reliquit ^o et cum scierit illum habere uxorem, quam sine causa reliquit, placuit, huic nec in finem dandam esse communionem.

Posterior hujus canonis pars sic legitur in codice quodam membranaceo.

Quod si ducitur ab eo qui inculpatam reliquit uxorem, et eum scierit habere uxorem, quam sine causa reliquit; placuit nec in fine hujus dari communionem.

XI.

Intra quinquennii autem tempora, catechumena si graviter fuerit infirmata, dandum ei baptismum placuit, non denegari.

XII.

Mater, vel parens, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit; eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius suum, placuit, eas, ^p nec in fine accipere communionem.

XIII.

^q Virgines, quæ se Deo dicaverint, si pactum ^r perdiderint virginitatis, atque eidem libidini servierint, non intel-

^m 8. xxxii. Qu. 7. Fidelis femina quæ. *Ivo in Decr.* part. viii. c. 199. *Burch.* lib. ix. cap. 63. *Regino*, lib. ii. cap. 103. *Raban. lib. Pœnit.* cap. 3. *et in epist. ad Heribald.* cap. 21. *Aguirre*, et alterum duxerit, *omissis üs quæ sunt interjecta.* ⁿ MS. quam is quem reliquit, de sæc. ^o *Aguirre.* et cum eluerit illum ab uxore—placuit hujusmodi in fine dari communionem. ^p *Ita etiam Regino*, lib. ii. cap. 142, *et Ivo in Decr. At Burch.* lib. xix. c. 5. nisi in fine non accipiat commun. ^q 25. xxvii. Q. 1. Virgines quæ se. *Item Raban. in libro Pœnit. et in epist. ad Heribald.* cap. 23. ^r *Concil. Mogunt. iii. anno 888. c. 26. et in Colon. 1. c. 6. anno 887. prodiderint.*

* (eam editio Matritensis.)

ligentes quid amiserint; placuit nec in fine eis dandam esse communionem. ^s Quod si semel persuasæ, aut infirmi corporis lapsu vitiatae, omni tempore vitæ suæ hujusmodi feminae egerint pœnitentiam, ut abstineant se a coitu: eo quod lapsæ potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

XIV.

Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem, qui eas violaverint, duxerint, et tenuerint maritos; eo quod solas nuptias violaverint, ^t post annum sine pœnitentia, reconciliari debebunt. Vel si alios cognoverint viros; eo quod mœchatae sint, placuit, per quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem oportere.

XV.

Propter copiam puellarum, Gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ: ne ætas in floretumens, in adulterio animæ resolvatur.

XVI.

Hæretici, ^u si se transferre noluerint ad ecclesiam catholicam, nec ipsis catholicas dandas esse puellas: sed neque Judæis, neque hæreticis, dare placuit; eo quod nulla possit esse societas fidei cum infidei. Si contra interdictum fecerint parentes, ^x abstineri per quinquennium placet.

XVII.

Si qui forte sacerdotibus idolorum filias suas junxerint; placuit, nec in fine eis dandam esse communionem.

XVIII.

^y Episcopi, presbyteri, et diacones de locis suis, negoti-

^s *Aguirre, sic edidit*: Quod si semetipsas pœniterit, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, et toto tempore, &c. ^t *Ita Rabanus, lib. Pœnit. cap. 4. et in epist. ad Heribald. cap. 23. ex Conc. Elib. cap. 14. At Regino, lib. ii. cap. 151. Burch. lib. ix. cap. 14. et Ivo, part. viii. cap. 152. sic interpolant*: post pœnitentiam unius anni, reconcilientur. ^u *Aguirre, qui erant ab ecclesia cath.* ^x *Aguirre, abstinere.* ^y *Regino, lib. i. cap. 227. ex Conc. Elib. Est hic Canon XIX. apud Aguirre: sequens vero XVIII. (Sic in ed. Matrit.)*

andi causa, non discedant; nec circumeuntes provincias, quæstuosas nundinas sectentur. Sane ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant: et si voluerint negotiari, intra provinciam negotientur.

XIX.

Episcopi, presbyteri, et diacones, si in ministerio positi, detecti fuerint, quod sint mœchati; placuit, et propter scandalum, et propter ^z profanum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

XX.

^aSi quis clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit eum degradari, et abstineri. Si quis etiam laicus accepisse probatur usuras; et promiserit, correctus jam, se cessaturum, nec ulterius exacturum; placuit ei veniam tribui. Si vero in ea iniquitate duraverit, ab ecclesia ^b esse projiciendum.

XXI.

^cSi quis in civitate positus tres dominicas ad ecclesiam non accesserit, paucò tempore* abstineat, ut correptus esse videatur.

XXII.

Si quis de catholica ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusque recurrerit; placuit, huic pœnitentiam non esse denegandam, eo quod cognoverit peccatum suum. Qui etiam decem annis agat pœnitentiam. Cui post decem annos præstari communicatio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

^z *Aguirre*, nefandum. ^a 5. Dist. 47. Si quis clericorum. *Et Ivo*, part. xiii. cap. 12. ^b *Aguirre*, sciat se esse. ^c *Citat hunc Canonem in Sardinic. Concilio*, can. 14. *Osius Cordub. quod et Hincmarus observat, in opusc.* xxxiii. cap. 20. *Item Regino*, lib. i. cap. 182. *ex Conc. Eliberino.*

* (abstineatur *editio Matritensis.*)

XXIII.

^dJejuniorum superpositiones per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium, Julii, et Augusti, ob quorundam infirmitatem.

XXIV.

^eOmnes qui ^fperegre fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit, ad clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

XXV.

^gOmnis qui attulerit litteras confessionis, sublato nomine confessoris, eo quod omnes sub hac nominis gloria passim concutiant simplices, communicatoriae ei dandae sunt litterae.

XXVI.

Errorem placuit corrigi, ut omni sabbati die ^hsuperpositiones celebremus.

XXVII.

Episcopus, vel quilibet alius clericus, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantum secum habeat; extraneam nequaquam ⁱhabere placuit.

XXVIII.

Episcopos placuit ab eo qui non communicat, munera accipere non debere.

XXIX.

^kEnergumenus qui ab erratico spiritu exagitur, hujus nomen neque ad altare, cum oblatione, recitandum; neque permittendum, ut sua manu in ecclesia ministret.

XXX.

^lSubdiaconos eos ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerint mœchati; eo quod postmodum, per

^d *Ivo*, part. iv. cap. 31. *Aguirre edidit*, Jejunia seu abstinentias per. ^e 4. Dist. 98. Omnes qui peregre. *Ivo*, part. vi. cap. 352. ^f *MS. quidam*, in peregre. ^g *Arelatense Concil.* 1. can. 9. ^h *Aguirre edidit*, jejuniorum superpositionem. ⁱ *Aguirre edidit*, secum habeat. ^k *Hunc canonem spectasse videtur Conc. Tolet. XI. anni 674.* ^l *Raban. lib. Pœnit. cap. 4. ex Conc. Elib. cap. 30. et in Epist. ad Heribald. cap. 22.*

subreptionem, ad altiorem gradum ^mpromoveantur: vel si qui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.

XXXI.

ⁿ Adolescentes, qui post fidem lavaeri salutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem admitti.

XXXII.

Apud presbyterum, si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, sed potius apud episcopum: cogente tamen infirmitate, necesse est presbyterum communionem præstare debere; et ^o diaconum, si ei jusserit sacerdos.

*Hic canon sic legitur in altera editione, quam secutus est
Card. de Aguirre.*

Si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit, agere pœnitentiam non debere sine episcopi consultu, sed potius apud episcopum agat: cogente tamen infirmitate, non est presbyterorum aut diaconorum, communionem talibus præstare debere, nisi eis jusserit episcopus.

XXXIII.

^p Placuit in totum ^{*} prohiberi episcopis, presbyteris, et diaconibus, vel omnibus clericis positis in ministerio, abstinere se a conjugibus suis, et non generare filios: quicumque vero fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

XXXIV.

Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi: ^q inquietandi enim spiritus sanctorum non sunt. Qui hæc non observaverint, arceantur ab ecclesiæ communione.

^m *Aguirre edidit*, non sit promovendus. Si autem aliqui sunt. ⁿ *Rabanus hæc totidem verbis, locis citatis, ex Conc. Elib. cap. 31.* ^o *Confer Cyprianum epist. 12.* ^p *Canon hic est etiam nonus Concilii Vornat. anni 868.* ^q *De hac locutione vide Tertull. lib. de Spect. cap. 15. lib. de Patientia, cap. 7.*

^{*} (prohibere editio *Matrit.*)

XXXV.

† Placuit prohiberi, ne feminae in cœmeterio pervigilent; eo quod sæpe sub obtentu orationis latenter scelera committant.

XXXVI.

§ Placuit, picturas in ecclesia esse non debere; * ne quod colitur, † et adoratur, in parietibus depingatur.

XXXVII.

Eos qui ab immundis spiritibus vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet; si fideles fuerint, dandam esse communionem: prohibendum etiam, ne lucernas hi publice accendant. Si facere contra interdictum voluerint † abstineant a communione.

XXXVIII.

Peregre navigantes, aut si ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem, qui lavaerum suum × integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum catechumenum: ita ut si supervixerit, ad episcopum eum perducatur, ut per manus impositionem † proficere possit.

XXXIX.

z Gentiles, si in infirmitate desideraverint sibi manum imponi; si fuerit eorum ex aliqua parte vita honesta, placuit eis manum imponi, et fieri Christianos.

XL.

Prohiberi placuit, ut cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non

† *Hunc canonem Meldensi Concilio tribuit Ivo, part. xi. cap. 60.* § *Agobard. lib. de Imag. citat. ex Conc. Eliber. Item Ivo, part. iii. cap. 40. Burchardus, lib. iii. c. 35.* † *Aguirre, aut.* † *In MS. abstineantur hoc tantum.* × *Valafrid. Strabo, lib. de Rebus Eccl. cap. 26. plenum posuit pro integro, et male interpretatur, Cyprianus epist. 52. et Pacianus epist. 3. integros sacerdotes vocant, non lapsos.* † *MS. perfici, ut infra, cap. 77.* z *Hunc canonem Burchardus, libro iv. cap. 30. tribuit Agathensi Concilio. Vide can. 6. Concilii Arelat. 1.*

* (nec MSS. editio *Matrit.*)

† (abstineantur *ed. Matrit.*)

‡ (perfici, editio *Matrit.*)

^areferant: si post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporum a communione esse arcendos.

XLI.

Admoneri placuit fideles, ut in quantum possint, prohibeant ne idola in domibus suis habeant: si vero vim metuunt servorum, vel seipsos puros conservent: si non fecerint, alieni ab ecclesia habeantur.

XLII.

Eos qui ad fidem primam credulitatis accedunt, si bonæ fuerint conversationis, intra biennium placuit ad baptismi gratiam admitti debere; nisi infirmitate compellente coegerit ratio velocius subvenire periclitanti, * vel gratiam postulanti.

XLIII.

Pravam institutionem emendari placuit, juxta auctoritatem scripturarum, ut cuncti ^b diem Pentecostes post Pascha celebremus, non quadragesimam, nisi quinquagesimam. Qui non fecerit, novam hæresim induxisse notetur.

XLIV.

Meretrix quæ aliquando fuerit, et postea habuerit maritum; si postmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.

XLV.

Qui aliquando fuerit catechumenus, et per infinita tempora nunquam ad ecclesiam accesserit, si eum de clero quisque cognoverit esse Christianum, aut testes aliqui extiterint fideles; placuit, ei baptismum non negari; eo quod ^c in veterem † hominem deliquisse videatur.

XLVI.

^d Si quis fidelis apostata, per infinita tempora ad eccle-

^a *Aguirre*, inferant.

^b *Aguirre* edidit, diem Pentecostes celebremus.

Quod qui non fecerit, quasi &c.

^c *MS.* in veteri homine, ut *Innoc. I.* in

epist. 22. cap. 2.

^d *Confer canonem ultimum Concilii Arelat.* 1.

* (*for. et.*)

† (veterem hominem dereliquisse videatur, *edit. Matrit*,

for. legend. in veteri homine deliquisse.)

siam non accesserit; si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra; post decem annos, placuit eum communionem accipere.

XLVII.

^e Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed sæpe fuerit mœchatus; in fine mortis est conveniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit ulterius non ludere eum de communione pacis.

XLVIII.

^f Emendari placuit, ut qui baptizantur, (ut fieri solebat) nummos in concham non immittant, ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus, ^g sed * clericis.

XLIX.

Admoneri placuit possessores, ut non patiantur fructus suos, quos a Deo percipiunt, ^h † a Judæis benedicti; ne nostram irritam et infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere usurpaverit, penitus ab ecclesia abjiciatur.

L.

ⁱ Si vero quis clericus vel fidelis cum Judæis cibum sumpserit, placuit eum a communione † abstinere, ut debeat emendari.

LI.

Ex omni hæresi ^k fidelis si venerit, minime est ad clerum promovendus: vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponantur.

^e *Raban. locis jam citatis. Regino, lib. ii. c. 137. Burch. lib. ix. cap. 67. et Ivo, part. viii. cap. 203.* ^f 104. 1. *Qu. 1. Emendari placuit.* ^g *Vel, in MS. collect. canonum, et apud Gratianum.* ^h *Aguirre edidit, cum gratiarum actione, a Jud.* ⁱ *Raban. lib. Pœnit. cap. 26. et in Epist. ad Heribald. cap. 27. Burch. lib. xix. cap. 132. et Ivo, part. xv. cap. 142.* ^k *Aguirre, qui ad nos fidelis venerit.*

* (2. vel, *ed. Matrit.*) † (cum gratiarum actione, a Judæis, *ed. Matrit.*)
‡ (abstineri *ed. Matrit.*)

LII.

^l Hi qui inventi fuerint libellos famosos in ecclesia ponere, anathematizentur.

LIII.

^m Placuit cunctis, ut ab eo episcopo quis accipiat communionem, a quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quod si alius episcopus præsumpserit eum admitti, illo adhuc minime faciente, vel consentiente, a quo fuerat communionem privatus; sciat se hujusmodi causas inter fratres eum status sui periculo præstaturum.

LIV.

ⁿ Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennii tempore abstineantur. Si tamen iidem sponsus vel sponsa in gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes: si in iisdem fuerit vitium, et polluerint se, superior sententia servetur.

LV.

Sacerdotes, qui tantum ^o coronam portant, nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid ad idola præstant, placuit post biennium accipere communionem.

LVI.

^p Magistratum vero uno anno, quo agit duumviratum, prohibendum placuit, ut se ab ecclesia cohibeat.

LVII.

Matronæ, vel earum mariti, ut vestimenta sua ad ornamdam sæculariter pompam non dent; et si fecerint, triennio abstineantur.

LVIII.

^q Placuit, ubique, et maxime in eo loco in quo prima cathedra constituta est episcopatus, ut interrogentur hi

^l 3. *V. Qu.* 1. Si qui inventi. *Ivo*, part. iii. cap. 251. ^m *Similis huic canon* 16. *Arelat.* 1. *Concilii.*
ⁿ *Ivo*, part. viii. cap. 46. *Item Gratianus, causa* 3. *quæst.* 3. *sed canone interpolato*, cap. 1. Si qui parentes. *Gratianum secutus est Card. de Aguirre.*
^o sacrificantium coronam, *Aguirre.*
^p *Similis huic canon* VII. *Concilii Arelat.* 1. ^q *Confer Canonem* VII. *Concilii Arelat.* 1.

qui communicatorias litteras tradunt, an omnia recte habeant, suo testimonio comprobati.

LIX.

Prohibendum ne quis Christianus, ut gentilis, ad idolum Capitolii causa sacrificandi ascendat, * et videat. Quod si fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos, acta pœnitentia, recipiatur.

LX.

† Si quis idola fregerit, et ibidem fuerit occisus; quatenus in evangelio scriptum non est, neque invenitur ^s sub apostolis unquam factum, placuit in numero eum non recipi martyrum.

LXI.

‡ Si quis post obitum uxoris suæ, sororem ejus duxerit, et ipsa fuerit fidelis; quinquennium a communione placuit abstineri; nisi forte dari pacem velocius necessitas coegerit infirmitatis.

LXII.

§ Si auriga † et pantomimus credere voluerint; placuit, ut prius actibus suis renunciarent, et tunc demum suscipiantur; ita ut ulterius ad ea non revertantur. Qui si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab ecclesia.

LXIII.

* Si qua mulier per adulterium, absente marito, conceperit, idque post facinus occiderit, placuit, ¶ neque in fine dandam esse communionem; eo quod geminaverit scelus.

† *Burch.* lib. vi. cap. 45. *Ivo*, part. x. cap. 172. § *Aguirre*, ab *Apost. et mox*, in numerum. ‡ *Est hic canon et apud Gregor. III. in Judiciis Pœnit.* cap. 11. non appellato nomine Concilii. *Ex Elib. citat Rabanus*, in *epist. ad Heribald.* cap. 20. et *Regino*, lib. ii. c. 194. ¶ *Vide canonem 4. et 5. Concilii Arelat. 1.* * *Rabanus*, lib. *Pœnit.* cap. 11. et in *Conc. Mog.* anni 847. can. 21. *ex Conc. Elib.* cap. 63. *Burch.* lib. xvii. cap. 51. *Ivo*, part. ix. cap. 102. *ex Conc. Elib.* cap. 3. pro 63. ¶ *Burch.* vii in fine.

* (*for. legend. aut ut videat.*)

† (*aut ed. Matrit.*)

LXIV.

Si qua mulier usque in finem mortis suæ cum alieno viro fuerit mœchata; placuit, nec in fine dandam ei esse communionem. Si vero eum reliquerit, post decem annos ^z accipiat communionem, acta legitima pœnitentia.

LXV.

Si cujus clerici uxor fuerit mœchata, et scierit eam maritus suus mœchari, et non eam statim projecerit, nec in fine accipiat communionem; ne ab ^{*}iis, qui exemplum bonæ conversationis esse debent, ab eis videantur scelerum magisteria procedere.

LXVI.

Si quis ^a † prævignam suam duxerit uxorem; eo quod sit incestus, placuit, nec in fine dandam esse ei communionem.

LXVII.

Prohibendum, ne qua fidelis, vel catechumena aut ^b comatos, aut viros cinerarios habeant. Quæcunque hoc fecerint, a communione arceantur.

LXVIII.

Catechumena, si per adulterium conceperit, ^cpræfocaverit; placuit ‡, in fine baptizari.

LXIX.

^dSi quis forte habens uxorem semel fuerit lapsus; placuit, eum quinquennium agere de ea re pœnitentiam, et sic reconciliari: nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc et circa feminas observandum.

LXX.

^eSi cum conscientia mariti uxor fuerit mœchata, pla-

^z *Aguirre*, recipi ad. ^a *Aguirre*, privignam. ^b *Aguirre*, comicos, aut viros scenicos habeant. ^c *Aguirre*, et conceptum necaverit, plac. ^d *Ivo in Decr.* part. viii. cap. 281. et *Regino*, lib. ii. cap. 138. ^e *Burch.* lib. ix. cap. 69. ex *Conc. Mogunt.* *Ivo in Decr.* part. viii. cap. 264. ex *Conc. Elib.* et cap. 206. ex *Conc. Mog.* utrobique addit in fine: Si eum eam scierit adulteram, aliquo tempore in domo sua retinuit.

* (his edit. *Matrit.*) † (privignam ed. *Matrit.*) ‡ (eam additur in edit. *Matrit.*)

cuit, nec in fine dandam esse communionem: si vero eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem.

LXXI.

Stupratoribus puerorum, nec in fine dandam esse communionem.

LXXII.

^f Si qua vidua fuerit mœchata, et eundem postea habuerit maritum; post quinquennii tempus, acta legitima pœnitentia, placuit eam communioni reconciliari: si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam esse communionem: vel si fuerit ille fidelis, quem accepit, communionem non accipiat, nisi post decem annos, acta legitima pœnitentia; nisi infirmitas coëgerit velocius dare communionem.

LXXIII.

^g Delator si quis exstiterit fidelis, et per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, vel interfectus; placuit, eum nec in fine accipere communionem. Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ad baptismum.

LXXIV.

^h Falsus testis, prout est crimen, abstinebitur. Si tamen non fuerit mortale quod objecit, et probaverit; quod non tacuerit, biennii tempore abstineatur; si autem non probaverit * conventui clericorum, placuit, per quinquennium abstineri.

LXXV.

ⁱ Si quis autem episcopum, vel presbyterum, † aut diaco-

^f 7. xxxi. Qu. 1. Si qua mulier. ^g Gratianus, 6. V. Q. 6. Delator si quis. *Burch.* lib. vi c 27. et *Ivo*, part. x. cap. 156. hunc canonem recitant, sed interpolatum ex ævi sui clementiore disciplina. Legunt enim, non nisi in fine. ^h *Rubanus*, lib. iii. de Pœnit. Satisf. cap. 53. *Regino*, lib. ii. cap. 341. *Burch.* lib. xvi. cap. 18. et ante hos omnes, *Gregorius III.* in *Judiciis Pœnit.* cap. 13. sed ibi interpolatus est canon. ⁱ *Gregor. III.* loco cit. cap. 13. *Regino*, lib. iii. cap. 338. *Conc. Suess. II.* anno 853. *Gratianus*, 4. 11. Qu. 3. Si quis episcopum. At *Burchardus*, lib. ii. cap. 195. et *Ivo*, part. vi. cap. 240. *Carthaginensi* adscribunt, et legunt, non nisi in fine.

* (convento clero ed. *Matrit.*)

† (vel ed. *Matrit.*)

num falsis criminibus appetierit, et probare non potuerit ; nec in fine dandam ei communionem.

LXXVI.

Si quis diaconum se permiserit ordinari, et postea fuerit detectus in crimine mortis, quod aliquando commiserit ; si sponte fuerit confessus, placuit eum, acta legitima pœnitentia post triennium accipere communionem : quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

LXXVII.

^k Si quis diaconus regens plebem, sine episcopo, vel presbytero, aliquos baptizaverit, episcopus eos per benedictionem perficere debet. Quod si ante de sæculo recesserint, sub fide, qua quis credidit, poterit esse justus.

LXXVIII.

^l Si quis fidelis, habens uxorem, cum Judæa vel gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod si alius eum detexerit, post quinquennium acta legitima pœnitentia, poterit Dominicæ sociari communioni.

LXXIX.

Si quis fidelis * alea, id est, tabula luserit nummos, placuit eum abstineri : et si emendatus cessaverit, post annum poterit communioni reconciliari.

LXXX.

^m Prohibendum est, ut liberti, quorum patroni in sæculo fuerint, ad clerum non promoveantur.

^k Ita Regino, lib. i. c. 267. ex Conc. Eliberit. sed Burchardus interpolat, lib. iv. cap. 92. ex Conc. Turonico. ^l Gregor. III. in *Judiciis Pœnit.* cap. 27. non appellato Concilio. Raban. epist. ad Heribald. cap. 11. ex Conc. Elibertino, cap. 78. Regino, lib. ii. c. 141. et Ivo in *Decr.* part. viii. cap. 212. ^m 24. *Dist.* 54. Prohibendum est ut.

Apud Gratianum constant hi quoque Canonès, Concilio Eliberitano, ut recte

* (aleam, id est tabulam luserit nummis, edit. *Matrit.*)

LXXXI.

Ne feminæ suo potius absque maritorum nominibus, laicis scribere audeant, quæ fideles sunt; vel literas alijus pacificas ad suum solum nomen scriptas accipiant.

admonet Card. de Aguirre, falso attributi : 21. De Consecr. dist. 22. Omnis homo : forte ex aliquo Concilio Hibernensi, quod legis vitio mutatum est in Iliber. 17. XXII. quæst. 4. Diffinitio, quod Burchardus citat ex Conc. Hibernensi. 15. XXII. quæst. 5. Pueri ante annos : quod idem Burchardus eidem Concilio Hibernensi tribuit. Horum Canonum Hibernensium selecta capitula Lucas Dacherius edidit in Spicilegio, tomo ix. unde incaute Regino, libro i. cap. 328. descripsit, Ex Synodo Helibernensium.

CONCILIUM ROMANUM,
IN CÆCILIANI CARTHAGINIENSIS ET
DONATISTARUM CAUSA.

GUL. CAVIUS, *Hist. Lit.* vol. i. p. 350.

CONCILIUM Romanum I. anno 313. in causa Cæciliani, præside Melehiade papa, Constantini M. literis convocatum. Convenerunt episcopi XIX. 6 Non. Octobr. in Laterano in domum Faustæ; a quibus Cæcilianus absolvitur, damnantur Donatistæ. Tribus Sessionibus synodus absoluta est. Sessione I. Donatistæ, oblato libello, Cæcilianum multorum criminum accusarunt, Cæciliano e contra Donatum accusante. Sess. II. alium adversus Cæcilianum libellum obtulerunt. Sess. III. auditis omnibus, quæ dici poterant, et plenius examinatis, Donatus tanquam schismatis reus damnatur, Cæcilianus a Donatistarum accusationibus, judicio synodali absolvitur. Acta hujus Concilii extant apud Optatum lib. i. p. 25. (ed. Dupin.) et Concil. tom. i. pag. 1403. [ed. Labb. Post Cavii mortem Harduinus, qui in Indice tomi primi *Conciliarum* hocce Concilium recensuerat, Actaque ejus lectori indicaverat, in ipso tamen opere Acta omisit: quæ in novissima *Conciliarum* editione restituta sunt] ubi etiam Anulini proconsulis et Constantini literæ habentur. Vide August. epist. 152. et Brev. Coll. cap. 3. Hæc CAVIUS.

I.

RELATIO ANULINI PROCONSULIS

AD IMPERATOREM CONSTANTINUM M.

Ex Augustino, Ep. LXXXVIII. olim 68.^a $\overline{\text{A. GGG. NNN. ANULINUS VC.}}$ Proconsul Africae.

SCRIPTA caelestia majestatis vestrae accepta atque adorata, Cæciliano et his qui sub eodem agunt, quique clerici appellantur, devotio mea apud acta parvitatæ meæ insinuare curavit; eosdemque hortata est, ut unitate consensu omnium facta, cum omni omnino munere indulgentia majestatis vestrae liberati esse videantur, Catholica custodita, sanctitati legis debita reverentia ac divinis rebus inserviant. Verum post paucos dies exstiterunt quidam adunata secum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent, quique fasciculum in aluta signatum et libellum sine signo obtulerunt dicationi meæ, atque impendio postularunt, ut ad sacrum et venerabilem comitatum numinis vestri dirigerem, quæ manente Cæciliano in statu suo, subjectis eorundem actis, quo euncta majestas vestra possit dignoscere, parvitas mea dirigere curavit. Transmisi libellos duos, unum in aluta supra scriptum ita: **LIBELLUS ECCLESIE CATHOLICE CRIMINUM CÆCILIANI TRADITUS A PARTE MAJORINI.** Item alium sine sigillo coherentem eidem alutæ. Datum die decimo-septimo Kalend. Maias, Carthagine, Domino nostro Constantino Augusto tertium Cos. *Monument. Vet. ad finem Optati* adjunct. p. 179. ed. Dupin. Paris. an. 1702.

^a (Augustis Nostris.)

II.

EPISTOLA IMPERATORIS CONSTANTINI

AD MELCHIADEM ROMANUM EPISCOPUM,

QUA CONCILIUM ROMÆ FIERI JUBET AD JUDICANDAM CAUSAM
CÆCILIANI.

Ex Eusebio, lib. x. Hist. Eccl. cap. 5.

MONITUM.

CÆCILIANUM ecclesiæ Carthaginensi præesse ideo non posse contendebant Donatistæ, quia Felix Aptugnensis, quem librorum sacrorum traditorem fuisse calumniabantur, ipsum ordinasset. Quamobrem anno Christi 313. causam illius ad imperatorem Constantinum, precibus datis quas Optatus sub libri sui primi finem refert, detulerunt. *Sed quia*, ut Augustinus loquitur, epist. cv. n. 8. olim xvi. *Constantinus non est ausus de causa episcopi judicare, cum discutiendam atque finiendam episcopis demandavit. Quod et factum est in urbe Roma, præsidente Melchiade episcopo illius ecclesiæ cum multis collegis suis.* Ipsam epistolam, qua Constantinus Melchiadi negotii hujus delegavit cognitionem, Eusebius e Latino sermone in Græcum conversam, historiæ suæ inseruit. Hanc autem ut exhibeamus, nostrum institutum videtur postulare. CONSTANT. ad *Pontif. Romanorum Epistolas* anno 1721 editas.

Ἀντίγραφον Βασιλικῆς ἐπιστολῆς, δι' ἧς σύνοδου
ἐπισκόπων ἐπὶ Ῥώμης κελεύει γενέσθαι ὑπὲρ τῆς
τῶν ἐκκλησιῶν ἐνώσεώς τε καὶ ὁμοιοίας.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς Μιλτιάδῃ ἐπισκόπῳ Ῥωμαίων καὶ ^mΜάρκῳ.

ΕΠΕΙΔΗ τοιοῦτοι χάρται παρὰ Ἀνυλίνου τοῦ λαμπροτάτου ἀνθυπάτου τῆς Ἀφρικῆς πρὸς με πλείους ἀπεστάλησαν, ἐν οἷς ἐμφέρεται, Καικιλιανὸν τὸν ἐπίσκοπον τῆς Καρταγεννησίων πόλεως, παρά τινων κολλήγων αὐτοῦ τῶν κατὰ τὴν Ἀφρικὴν καθεστώτων ἐν πολλοῖς πράγμασιν εὐθύνεσθαι· καὶ τοῦτό μοι βαρὺ σφόδρα δοκεῖ, τὸ ἐν ταύταις ταῖς ἐπαρχίαις, ἅς τῇ ἐμῇ καθοσιώσει ἀυθαίρετος ἢ θεία πρόνοια ἐνεχείρισε, κἀκεῖσε πολὺ πλῆθος λαοῦ ὄχλον ἐπὶ τὸ φανλότερον ἐπιμένοντα εὐρίσκεσθαι ὡσανεὶ διχοστατοῦντα, καὶ μεταξὺ ἐπισκόπους διαφορὰς ἔχειν· ⁿ ἔδοξέ μοι ἵν' αὐτὸς ὁ Καικιλιανὸς μετὰ δέκα ἐπισκόπων τῶν αὐτὸν εὐθύνειν δοκούντων, καὶ δέκα ἐτέρων οὓς αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ δίκῃ ἀναγκαίους ὑπολάβοι, εἰς τὴν Ῥώμην πλῶ ἀπιέναι· ἵν' ἐκέῖσε ὑμῶν παρόντων, ἀλλὰ μὴν

Exemplum epistolæ Imperatoris Constantini, qua episcoporum concilium Romæ fieri jubet pro unitate et concordia ecclesiarum.

Constantinus Augustus Milliadi episcopo urbis Romæ et Marco.

Quoniam hujusmodi plures libelli a viro clarissimo Anulino Africæ proconsule ad me sunt missi, in quibus continetur, Cæcilianum Carthaginensis ur-

bis episcopum a quibusdam collegis suis per Africam constitutis, multis de rebus insimulari; ac mihi permolestum videtur, in iis provinciis, quas divina providentia meæ devotioni mera liberalitate tradidit, et in quibus maxima est populi multitudo, plebem quasi in duas partes divisam ad deteriora deflectere, et episcopos inter se dissentire: Placuit mihi, ut ipse Cæcilianus cum decem episco-

^m (Quis fuerit Marcus, non constat. Opinatur autem Valesius cum fuisse Marcum presbyterum Romanum, qui post Sylvestrum papam episcopatum urbis Romæ gesserit, Certe positum hic Marci nomen nunc ab Augustino firmatur in *Sermonibus* anno 1792 primum editis. Vid. infra pag. 310.)

ⁿ (ἔδοξέ μοι αὐτὸν τὸν Καικιλιανὸν habet Nicephorus.)

καὶ Ῥετικίου, καὶ Ματέρνου καὶ Μαρίνου τῶν κολ-
 λήγων ὑμῶν, οὓς τούτου ἕνεκεν εἰς τὴν Ῥώμην προσ-
 ἔταξα ἐπισπεύσαι, δυναθῆναι ἀκουσθῆναι, ὡς ἂν κατα-
 μάθοιτε τῷ σεβασμιωτάτῳ νόμῳ ἀρμόττειν. ἵνα μέν-
 τοι καὶ περὶ πάντων αὐτῶν τούτων πληρεστάτην δυ-
 νηθῆτε ἔχειν γνῶσιν, τὰ ἀντίτυπα τῶν ἐγγράφων τῶν
 πρὸς με παρὰ Ἀνυλίνου ἀποσταλέντων γράμμασιν
 ἐμοῖς ὑποτάξας πρὸς τοὺς προειρημένους κόλληγας
 ὑμῶν ἐξέπεμψα· οἷς ἐντυχούσα ἢ ὑμετέρα στερρότης,
 δοκιμάσει ὄντινα χρὴ τρόπον τὴν προειρημένην δίκην
 ἐπιμελέστατα διευκρινῆσαι, καὶ κατὰ τὸ δίκαιον τερ-
 ματίσαι. ὅποτε μηδὲ τὴν ὑμετέραν ἐπιμέλειαν λαν-
 θάνει, τοσαύτην με αἰδῶ τῇ ἐνθέσμῳ καθολικῇ ἐκ-
 κλησίᾳ ἀπονέμειν, ὡς μηδὲν καθόλου σχίσμα ἢ διχο-
 στασίαν ἔν τινι τόπῳ βούλεσθαί με ὑμᾶς καταλιπεῖν.
 ἢ θειότης ὑμᾶς τοῦ μεγάλου Θεοῦ διαφυλάξοι πολλοῖς
 ἔτεσι, τιμιώτατε. p. 325. Rom. Pontif. Epistolarum a Petro
 Coustantio Parisiis anno 1721. editarum. Extat epistola apud
 Eusebium lib. x. Hist. Eccl. cap. 5.

pis qui accusare illum videntur, ac decem aliis, quos ipse ad causam suam necessarios esse judicaverit, Romam naviget; ut ibi coram vobis, necnon Reticio, Materno et Marino collegis vestris, quos hujus rei causa Romam properare præcepi, possit audiri, quemadmodum sanctissimæ legi convenire optime nostis. Porro ut de omnibus his plenissimam valeatis habere notitiam, exempla libellorum ad me ab Anulino missorum litteris meis subjecta,

ad supradictos collegas vestros transmisi. Quibus lectis perpendat gravitas vestra, quonam modo prædicta controversia accuratissime dijudicanda sit, et ex præscripto justitiæ terminanda. Siquidem nec vestram sedulitatem latet tantam a me reverentiam sanctissimæ ecclesiæ catholicæ exhiberi, ut nullum omnino schisma vel discidium ullo in loco a vobis relinqui velim. Divinitas summi Dei multis annis vos servet, carissime.

III.

DE ACTIS HUIUS CONCILII,

ALIISQUE REBUS HUC PERTINENTIBUS,

S. Optatus *De Schismate Donatistarum*, lib. i. capp. 22—27.
p. 22—26. ed. Dupin.

NOSTRAS chartas probant et conflictus causarum, et contentiones partium, et exitus judiciorum, et epistolæ Constantini. Nam quod de nobis dicitis, quid Christianis cum regibus? aut quid episcopis cum palatio? Si ^b nota est nosse reges, vos tota perfundit invidia. Nam majores vestri, Lucianus, Dignus, Nasutius, Capito, Fidentius, et cæteri imperatorem Constantinum, harum rerum adhuc ignarum, his precibus rogaverunt: quarum exemplum infra scriptum est: “Rogamus te, Constantine optime imperator, quoniam de genere justo es, cujus pater inter cæteros imperatores persecutionem non exercuit, et ab hoc facinore immunis est Gallia; nam in Africa inter nos et cæteros episcopos contentiones sunt; petimus, ut de Gallia nobis iudices dari præcipiat pietas tua. Datæ a Luciano, Digno, Nasutio, Capitone, Fidentio, et cæteris episcopis partis Donati.”

Quibus lectis, Constantinus pleno livore respondit. In qua responsione et eorum preces prodidit, dum ait: “petitis a me in sæculo iudicium, cum ego ipse Christi iudicium expectem.” Et tamen dati sunt iudices, Maternus ex Agrippina civitate, Reticius ab Augustoduno civitate, Marinus Arelatensis. Ad urbem Romam ventum est ab his tribus Gallis, et ab aliis quindecim Italis. Convenerunt in domum Faustæ in Laterano, Constantino ^c quater et

^b (sc. nota turpitudinis.)

^c (Emendat Dupinius, et posuit *tertium*

cl. Morcelli in *Africa sua Christiana* vol. ii. p. 209.)

Licinio ter consulibus, sexto nonas Octobris die, sexta feria. Cum consedisent Miltiades episcopus urbis Romæ, et Reticius et Maternus et Marinus episcopi Gallicani: et Meroles a Mediolano, Florianus a Sinna, Zotieus a Quintiano, Stennius ab Arimino, Felix a Florentia Tuscorum, Gaudentius a Pisis, Constantius a Faventia, Proterius a Capua, Theophilus a Benevento, Sabinus a Terracina, Secundus a Præneste, Felix a tribus Tabernis, Maximus ab Ostia, Evandrus ab Ursino, Donatianus a Foro Claudii.

His ^d decem et novem consedentibus episcopis, causa Donati et Cæciliani in medium missa est. A singulis in Donatum sunt hæ sententiæ latæ. “Quod confessus sit rebaptizasse, et episcopis lapsis manum imposuisse; quod ab ecclesia alienum est.” Testes inducti a Donato confessi sunt se non habere quod in Cæcilianum dicerent. Cæcilianus omnium supra memoratorum sententiis innocens est pronuntiatus: etiam Miltiadis sententia, qua iudicium clausum est his verbis: “Cum constiterit Cæcilianum, ab iis qui cum Donato venerunt, juxta professionem suam non accusari: nec a Donato convictum esse in aliqua parte constiterit: suæ communioni ecclesiasticæ integro statu retinendum merito esse conseo.”

Sufficit ergo et Donatum tot sententiis esse percussum, et Cæcilianum tanto iudicio esse purgatum. Et tamen Donatus appellandum esse ab episcopis credit. Ad quam appellationem Constantinus imperator sic respondit: “ô rabida furoris audacia: sicut in causis gentilium fieri solet, appellationem interposuerunt^e.”

^f Eodem tempore idem Donatus petiit, ut ei reverti licuisset, et nec ad Carthaginem accederet. Tuné a Filumino, suffragatore ejus, imperatori suggestum est, ut bono pacis Cæcilianus Brixiaë retineretur: et factum est.

^d (Decem et novem, adnumerato illis urbis Romæ episcopo Miltiade.)

^e (Hoc scriptum esse ab Imp. post Concil. Arelat. constat. vid. infra, p. 314.)

^f (Hæc S. Optati quæ sequuntur usque ad verba, *Sed quia in ipsa causa*, in Conciliorum editiones haud desumpta sunt.)

Tunc duo episcopi ad Africam missi sunt Eunomius et Olympius. Venerunt, et apud Carthaginem fuerunt per dies quadraginta, ut pronunciarent ubi esset catholica. Hoc seditiosa pars Donati fieri passa non est: de studio partium strepitus quotidiani sunt habiti: novissima sententia eorundem episcoporum Eunomii et Olympii talis legitur; “ ut dicerent illam esse catholicam, quæ esset in “ toto orbe terrarum diffusa; et sententiam decem et no- “ vem episcoporum jamdudum datam, dissolvi non posse.” Sic communicaverunt clero Cæciliani, et reversi sunt. De iis rebus habemus volumina actorum, quod si quis voluerit, in novissimis partibus legat. Cum hæc fierent, Donatus ultro prior ad Carthaginem redit. Hoc audito, Cæcilianus ad suam plebem properavit. Hoc modo iterum renovellatæ sunt partes. Constat tamen et Donatum tot sententiis esse percussum, et Cæcilianum innocentem totidem sententiis pronunciatum.

Sed quia in ipsa causa jamdudum in catholica duorum videbantur laborare personæ, et ordinati et ordinatoris: postquam ordinatus in urbe purgatus est, et purgandus adhuc remanserat ordinator. Tunc Constantinus ad Ælianum Proconsulem scripsit, ut remotis necessitatibus publicis, de vita Felicis * Autummitani publice quæreretur. Sedit is cui erat indictum. Inducti sunt Claudius Saturianus, curator Reipublicæ, qui fuit tempore persecutionis in civitate Felicis, et curator præsentis tunc temporis quando causa flagitabatur, Callidius Gratianus, et magistratus Alfius Cæcilianus, sed et Superius stationarius perductus, et Ingentius scriba publicus pependit sub metu imminentium tormentorum. Responsis omnium nihil tale inventum est in vita Felicis episcopi, propter quod ordinare non potuisset. Habetur volumen actorum, in quo continentur præsentium nomina, qui fuerant in causa Claudii Saturiani curatoris, et Cæciliani magistratus, et Superii stationarii,

* (Aptungitani, vid. infra p. 286.)

et scribæ Ingentii, et Solonis officialis publici ipsius temporis. Post quorum responsa, a supra memorato proconsule hæc pars sententiæ dicta est: “ Felicem autem religiosum
 “ episcopum, liberum esse ab exustione instrumentorum
 “ manifestum est, cum nemo in eum aliquid probare poterit,
 “ quod religiosissimas scripturas tradiderit vel exusserit.
 “ Omnium enim * interrogatio suprascriptorum manifesta
 “ festa est, nullas scripturas deificas, vel inventas, vel corruptas,
 “ vel incensas fuisse. Hoc actis continetur, quod
 “ Felix episcopus religiosus, illis temporibus, neque præsens
 “ fuerit, neque conscientiam accommodaverit, neque aliquid tale
 “ fieri jusserit.” Unde pulsa atque extersa infamia, cum ingenti laude de illo iudicio recessit.

IV.

Ex *Collationis Carthag.* Cognitione iii. cap. 223. seu potius ex capitis illius titulo, qui solus superest, patet, per triduum in hoc Concilio Romano Cæciliani causam actam fuisse. Tradiditque, quæ hic sequuntur, in libro tertio *Breviculi Collationis Carthag.* capite xii. §. 24. p. 385. ed. Amstel. S. Augustinus:

ATQUE inde ex ordine legi cœpit etiam Episcopale iudicium Melchiadis Romani episcopi et aliorum, cum illo Gallorum et Italarum Episcoporum in eadem urbe Romæ factum. Cujus iudicii prima parte, id est gestis primi diei recitatis, ubi accusatores Cæciliani, qui missi fuerant, negaverunt se habere quod in eum dicerent; ubi etiam Donatus a Casis Nigris in præsentem convictus est, adhuc diacono Cæciliano schisma fecisse Carthagine, de Carthaginis enim schismate exorta est adversus ecclesiam catholicam pars Donati; ubi etiam promiserunt iidem adversarii Cæciliani alio die se repræsentaturos, quos causæ necessarios subtraxisse arguebantur; et hoc mentiti, ulterius ad iudicium accedere noluerunt.

* (for. interrogazione suprascriptorum manifestatum est. Mox sequuntur ipsa *Gesta Purgationis Felicis* p. 294. in quibus Baluzius et *Concilia* habent interrogatio suprascripta manifestata est, ut utroque loco *Concilia*. Conf. p. 287. l. 20.)

Hæc Augustinus, qui pergit referre, noluisse tum temporis Donatistas in collatione Carthaginis habita auscultare, cum cæpisset recitari quid alio die gestum sit, hoc est, absolutio Cæciliani; Catholicis contradicentibus non debere interrumpi quod legi jam cœperat, donec ejusdem judicii omnia gesta terminarentur. Postea vero, quod videre licet in cap. 17. gestis ceteris recitatis, apparuit omnium qui tunc conserant episcoporum sententiis et ipsius Melchiadis, Cæcilianum absolutum atque purgatum, Donatum vero damnatum, qui præsens in prima fuisset actione convictus. Sed et in *Epistola sua ad Gloriam* &c. num. xliii. olim 162, capp. 15. et 16. de ejusdem Concilii Romani Actis hæc addit S. Augustinus:

Potestis enim pro vestra prudentia et illorum perversitatem illic attendere, et judicium gravitatem, quemadmodum ad extremum persuaderi non possent, ut a plebe partis Majorini, quæ certam personam non habebat, argueretur Cæcilianus; et requisiti ab eis essent vel accusatores vel testes vel quoquo modo causæ necessarij, qui simul cum eis ex Africa venerant; et eos præsentis fuisse atque a Donato subtractos esse diceretur. Promisit idem Donatus quod eos esset exhibiturus: quod cum non semel, sed sæpius promisisset, amplius ad illud judicium accedere noluit; ubi jam erat tanta confessus, ut nihil aliud * deinceps non accedendo, nisi præsens damnari noluisse videretur, cum tamen ea quæ damnanda essent, eo præsentis atque interrogata (interrogante, *alii*, for. interrogato) manifestata fuerint. Accessit et aliud, ut a quibusdam adversus Cæcilianum denuntiationis libellus daretur, post quod factum, quemadmodum sit rursus agitata cognitio, et quæ personæ illum libellum dederint, quoque modo nihil in Cæcilianum probari potuerit, quid dicam, cum et audieritis omnia, et quoties volueritis legere, possitis? De numero autem septuaginta episcoporum, (*in Concil. Carthag. adversus Cæcilianum*) cum quasi gravissima opponeretur auctoritas, quæ fuerint dicta meministis; et tamen viri gravissimi ab infinitis quæstionibus catena quadam inexplicabili sese necitentibus suum temperare arbitrium maluerunt, nequaquam

* (for. dein ceperit.)

curantes quam multi essent illi episcopi, aut unde collecti, quos videbant tanta temeritate cœcotos, ut in absentes et non interrogatos collegas, tam præcipites auderent proferre sententias. Et tamen qualis ipsius beati Melchiadis ultima est prolata sententia, quam innocens, quam integra, quam provida atque pacifica! qua neque collegas, in quibus nihil constiterat, de collegio suo ausus est remove; et Donato solo, quem totius mali principem invenerat, maxime culpato, sanitatis recuperandæ optionem liberam ceteris fecit, paratus communicatorias litteras mittere etiam iis quos a Majorino ordinatos esse constaret; ita ut quibuscunque locis duo essent episcopi, quos dissensio geminasset, eum confirmari vellet, qui fuisset ordinatus prior, alteri autem eorum plebs alia regenda provideretur. O virum optimum, o filium Christianæ pacis, et patrem Christianæ plebis! S. Augustini *Op.* tom. ii. p. 72. edit. Amstel. Confer et *Epist.* clxxxv. §. 47. p. 503. ubi hanc clementiam defendit laudatque Augustinus.

Extat Epistola brevis Imp. Constantini in Conciliorum tomis post hoc Concilium posita, ad episcopos ex parte Donati directâ, jubens illos non ad Africam litis judicandæ causa reverti, sed ad Brixiam, ut præ se fert epistolæ titulus, eosdem convocans. Vidimus narrare S. Optatum in superioribus p. 281. imperatori suggestum^o fuisse a Filumeno suffragatore Donati, *ut bono pacis Cæcilianus Brixie retineretur.* A qua quidem urbe Mediolanum accito Cæciliano, et Donatistis admissis, Cæcilianum innocentissimum, illos improbissimos, judicavit Constantinus. Vide Morcelli *Africam Christianam* vol. II. p. 218. Hoc vero post Concilium Arelatense, in quo Cæciliani causa agebatur, contigit, ut Testimonia sine Concilii a me posita exponunt. Nec tempus nec locus litterarum ex ipsa epistola patet.

GESTA PURGATIONIS FELICIS.

^a *Gesta Purgationis Felicis episcopi Aptungitani, qui ordinavit Cæcilianum episcopum Carthaginensem, habita Carthagini apud Ælianum proconsulem Africae, Volusiano et Anniano Conss. h. e. anno Christi 314.*

Primum edita a Jo. Papirio Massono cum Gestis Collationis Carthag. ex vetere MS. olim Bibl. Thuanae nunc Regiae.

Desunt plurima.

.....
..... in municipio Autumnitanorum (id est, Aptungitanorum, *Baluzius*. vid. infra p.^o 288.) Gallienus duumvir dixit: Quoniam praesens es, ^b Cæciliane, audi litteras Domini mei Ælii Paulini (hic, et paulo post, nomen Verini substitui debere statuit Baluzius; nescio quam vere. Conf. enim pag. 290.) viri spectabilis agentis vicariam praefecturam, quid jubere sit dignatus secundum epistolam ad nos datam, quae declarare te compellit et scribam quem habuisti tunc temporis administrationis tuae et tabularium. Sed quoniam tabularius ejus temporis vita functus est, et omnes actus administrationis tuae secundum fidem litterarum ejusdem mei Domini tecum perferre debebis, et ad coloniam Carthaginiensem cum scriba tuo proficisci necesse est. Praesens est curator, sub cujus praesentiam vos compellimus. Quid ad hoc respondes? Cæcilianus dixit: Mox ad me epistolam

^a (Vid. supra *Concil. Romanum* p. 282.)

^b (Is fuit *Alfius Cæcilianus duumvir.*)

Æli Paulini viri spectabilis agentis vicariam præfecturam pertulistis, statim ad scribam Miccium misi ut veniret et acta ipsius temporis confecta mihi obtulisset, et usque adhuc inquit, quoniam non modicum tempus est ex quo duumviratum administravi; anni sunt undecim. Itaque cum invenerit, parebo tanto præcepto. Gallienus duumvir dixit: Tua interest jussioni parere. Vides enim jussionem esse sacram. Cæcilianus dixit: Devotus sum tanto præcepto. Item cum paulo post scriba Miccius supervenisset, Fuscus duumvir dixit: Audisti et tu, Micci, quod et tu una cum Cæciliano necessarius es ire ad officium viri spectabilis Vicarii, instructionem ejus temporis ut vobiscum perferatis. Ad hæc quid dicis? Miccius respondit: Magistratus suppleto anno omnes actus suos domum suam tulit, si mei in cera possint inveniri inquirō.

Et cum quæreret, Quintus Sisenna duumvir dixit: Quod cognovit ^c officium respondit. Apronianus dixit: Si omnes actus suos tulerat magistratus, unde acta quæ tunc emissa erant, vel confecta tanto tempore? Et cum diceret, Ælianus proconsul dixit: Et mea interrogatio et singularum personarum responsio actis continetur. Agesilaus dixit: Sunt præterea et aliæ epistolæ huic rei necessariae. Interest ut legantur. Ælianus proconsul dixit: Lege Cæciliano audiente, ut agnoscat an ipse dictaverit. Agesilaus recitavit.

Volusiano et Anniano consulibus XIII. Kalendas Septembris in jure apud Aurelium Didymum Speretium sacerdotem Jovis optimi maximi, duumvirum splendidæ coloniae Carthaginiensium, Maximus dixit: Loquor nomine seniorum Christiani populi catholicæ legis. Apud maximos Imperatores causa agenda erit contra Cæcilianum et Felicem, qui principatum ejusdem legis ^d omnia conantur invadere. Contra ipsos documenta criminum ^e ejus conquiruntur. Nam cum persecutio esset indicta Christianis, id

^c (*h. e. officialis. Vid. p. 289.*) ^d (*h. e. per omnia, vel, scribend. omnino.*)

^e (*h. e. Felicis.*)

est, ut sacrificarent, aut quascunque scripturas haberent, incendio traderent, Felix, qui tunc episcopus fuit Autunnos (Aptungis, *Conciliorum margo*) consensum adtulerat ut de manu Galatii scripturæ traderentur, ut igni concremari possent; et erat tunc temporis magistratus Alfius Cæcilianus, quem præsentem videre dignaris. Et quoniam ejus temporis officium incumbabat ut ex jussione proconsulari omnes sacrificarent, et si quas scripturas haberent, offerrent secundum sacram legem, quæso secundum sens est (ita MS. secundus senex est, nullo sensu edidit Massonus, s̄ *Baluz.*) et senem vides, et non potest ad comitatum sacrum pergere, apud acta deponat utrumne jam de pactione ^h secundum ab eodem habita litteras dederit, et utrum ea quæ in litteris contulerit, vera sint; ut horum actus et fides in judicio sacro detegi ⁱ possit. Adstanti Cæciliano Speretius duumvir dixit: Audis quæ apud acta sint deposita? Alfius Cæcilianus dixit: Zamæ eram propter lineas comparandas cum Saturnino. Et cum veniremus illo, mittunt ad me ^k in prætorio ipsi Christiani ut dicerent: Sacrum præceptum ad te pervenit? Ego dixi: Non, sed vidi jam exempla. Et ^lZama et Furnis dirui basilicas et uri scripturas vidi. Itaque proferte si quas scripturas habetis, ut jussioni sacræ pareatur. Tunc mittunt in domum episcopi Felicis, ut tollerent inde scripturas, ut exuri possent secundum sacrum præceptum. Sic Galatius nobiscum perrexit ad locum ubi orationes celebrare consueti fuerant. Inde cathedram tulimus et epistolas saluatorias, et ostia omnia combusta sunt secundum sacrum præceptum. Et cum ad domum ejusdem Felicis episcopi mitteremus, renuntiaverunt officiales publici illum absentem esse. ^m Nam cum posteriori tempore adveniret Ingentius scriba Augustii, cum quo ædilitatem administravi, dictavi epistolam eidem

g (*for.* secundum quod senex est.) h (*for.* secum ab eodem, *h. c.*
 Felice, *vid. infra* p. 291.) i (*for.* possint.) k (*for.* de prætorio.
Vid. infra pp. 289. 290. 292.) l (*for.* Zamæ.) m (*for.* Nam non
mutand.)

collegæ quam feci ad eundem episcopum Felicem. Maximus dixit: Præsens est. Eadem epistola ei offeratur, ut eandem recognoscat. Respondit: Ipsa est. Maximus dixit: Quoniam recognovit epistolam suam, hanc lego, et oro plena actis inseratur. Et recitavit. *Cæcilianus parenti Felici salutem. Cum Ingentius collegam meum Augustium amicum suum conveniret, et inquisisset anno duoviratus mei an aliqua scripturæ legis vestræ secundum sacram legem adustæ sint. *ⁿ quàm Galatius unus ex lege vestra publice epistolas salutorias de basilica protulerit. Opto te ^o bene valere.* “^pHoc signum, quod deprecatorium ad me ^q miserant Christiani, et ipse cujus est ^r prætorium. et dixisti: “Tolle clavem, et quos inveneris in cathedra libros et “super lapide codices, tolle illos. Sane vide, officiales ne “tollant oleum et triticum. Et ego dixi tibi: Tu nescis “quia ubi scripturæ inveniuntur, ^s ipsa domus diruitur? Et “dixisti? Quid ergo faciemus? Et dixi ego vobis: Tollat “aliquis de vestris in ^t area ubi orationes facitis, et illic “ponantur. Et ego venio cum officialibus, et tollo. Et “nos illo venimus, et omnia tulimus—^u secundum sacrum “præceptum.” Maximus dixit: Quoniam ejus epistolæ lectio apud acta recitata est, quam ipse agnovit se misisse, quæ dixit quæsumus actis hæreant. Speretius duumvir dixit: Quæ dixisti scripta sunt. Agesilaus dixit: ^x Ad præsentem epistolam recognovit; residuam partem, quam nunc legit, falsam esse dicit. Cæcilianus dixit: Domine, usque ad hoc dictavi usquequo habet: *Opto te, parens carissime, bene valere.* Apronianus dixit: Semper sic falsum per terrorem, per scenam, per inreligiosam mentem actum est ab his qui catholicæ ecclesiæ consentire noluerunt.

ⁿ (*for. excidit, docui*), ^o (*Supplendum ex sequentibus; parens carissime multos annos 6. v. Vid. p. 292.*) ^p (*for. Hoc signo, quod de precatorio vid. infra. p. 292.*) ^q (*for. corrupta hæc sunt ex superioribus p. 288. et conferenda quæ sequuntur in p. 292.*) ^r (*for. precatorium.*) ^s (*leg. et ipsa domus. Vid. infra p. 292.*) ^t (*for. aream.*) ^u (*Supplendum ex sequentibus, secundum placitum et adussemus s. s. p.*) ^x (*for. At præsentem*)

Nam Paulino hic administrante vices præfectorum, subornatus est quidam privatus homo, qui modum cursoris haberet, qui ad catholicæ unitatem veniret, atque eos induceret et terreret. Detecta igitur factio est. Nam componebatur Felici religiosissimo episcopo per mendacium, ut videretur scripturas prodidisse et exussisse. Ingentius quidem, cum hoc totum, quicquid ^y agebat, obsesset sanctitati et religioni Cæciliani, subornatus est ut veniret cum litteris veluti Felicis episcopi ad ^z Cæcilianum duumvirum, et ei confingeret a Felice se esse mandatum. ^a Dicat ipsa verba quibus hoc est confictum. Ælianus proconsul dixit: Die. Apronianus dixit: “ Die, inquit, Cæciliano amico “ meo quod codices accepi pretiosos deificos xi. quiaque “ me nunc convenit ut illos restituam, die quod anno magistratus tui eos exusseris, ne reddam illos.” Qua de re igitur de Ingentio quærendum est, quatenus hæc machinata sint ac fabricata, et quatenus voluerit circumscribere magistrum (*for.* magistratum, *Dupin.*) ad mendacium, ut Felicem aspergeret infamia; dicat a quo missus sit; verumtamen ^b machinationem istam in conscientiam Felicis, quo ^c Cæciliani pudori et initio derogaret. Est enim quidam qui per Mauritaniam et Numidiam legatus missus sit ex diversa parte. Et adstante Ingentio, Ælianus proconsul dixit: Cujus præcepto ea suscepisti agenda quæ tibi obijciuntur? Ingentius dixit: Ubi? Ælianus proconsul dixit: Quoniam fingis te non intelligere quod interrogaris, dicam apertius. Quis te ad magistratum Cæcilianum misit? Ingentius dixit: Nemo me misit. Ælianus proconsul dixit: Quomodo ergo venisti ad magistratum Cæcilianum? Ingentius dixit: Cum venissemus, et ageretur causa Mauri ab Utica episcopi, qui episcopatum sibi redemit, ad urbem ascendit ^d Autumnitanus episcopus Felix ut tractaret, et

^y (*for.* agebatur.)
293.) ^a (*for.* Dicam.)
episcopus Carthaginiensis.

^z *Potius ad Augustinum. Vid. infra pp. 291.*
^b (*for.* machinatio est ista.) ^c (*Is est*
^d (*Aptungitanus. Vid. supra.*)

dixit: Nemo communicet, quia falsum admisit. Et dixi illi ego e contra: Nec tibi, nec illi, ^e qui traditor es. Dolui enim causam Mauri hospitis mei, quia communicaveram cum illo in peregre, ^f quia evasi persecutionem. Exinde ibi in ^g patria ipsius Felicis duxi mecum tres seniores, ut viderent an verum tradidisset, an non. Apronianus dixit: Non ita venit ad Cæcilianum ^h quærere de Cæciliano. Ælianus proconsul Cæciliano dixit: Quomodo ad te venit Ingentius? Cæcilianus respondit: Domi ad me venit. prandebam cum operariis. venit illuc. stetit in janua. Cæcilianus ubi est? dixit. Respondi: Hic. Ego dico ei: Quid est? Omnia recte? Omnia, dicit. Respondi illi: Si non fastidis prandere, veni, prande. Dicit mihi: Revertor huc. Venit illuc solus. Dicere mihi cœpit, ⁱ ecce sic mihi, curare et inquirere an adusta fuerit scriptura anno duoviratus mei. Dico illi ego: Molestus es mihi, tu homo immissus es: laxa hinc te a me. Et sprevi illum a me. Et venit illo iterato cum collega meo, cum quo fui Ædilis. Ait mihi collega meus: Felix noster episcopus misit hunc hominem ut facias illi literas, quia accepit codices pretiosos, et noluit revocare illos, ^k scribas illo quod anno ^l duoviratus tui combusti sunt. Et dixi ego: Hæc est fides Christianorum! Ingentius dixit: Domine, veniat et Augentius. Et ego honorificus sum, et honor meus ^m pereat, et hujus latera (ejus literas, *edidit Masson.*) habemus. Ælianus proconsul Ingentio dixit: Revineeris alio titulo. Ælianus proconsul dixit ad officium: Apta illum. Cumque aptaretur, Ælianus proconsul dixit: Suspendatur. Cumque suspenderetur, Ælianus proconsul Cæciliano dixit: Quomodo ad te Ingentius venit? Respondit: Misit huc me Felix, dixit, noster, ut scribas illo, "quia est unus perditus, nescio qui, ⁿ habens penes me codices pretiosissimos,

^e (*for.* quia *et* causa, ut infra, p. 293.) ^f (*for.* qua.) ^g (*for.* patriam)
^h (*for.* quære, *vel*, quærere quæsumus.) ⁱ (*for.* accessisse se.) ^k (*for.*
et scribas.) ^l (*duumviratus.*) ^m (*for.* perit.) ⁿ (*Nonnihil excidit;*
an. dicens haberi?)

“ et nolo illos restituere. Itaque fac litteras quia adusti sunt, ne revochem illos.” Et ego dixi: Christiani fides hæc est! Et cœpi illum corripere. Et ait collega meus: Scribe illo Felici nostro. Et sic ego epistolam dictavi, ° quæ paret usquequo dictavi. Ælianus proconsul dixit: Audi sine metu recitationem epistolæ tuæ. Recognoſce quousque dictaveris. Agesilaus recitavit. *Opto te, parens carissime, multos annos bene valere.* Ælianus proconsul Cæciliano dixit: Hucusque dictasti? Respondit: Hucusque. reliquum falsum est. Agesilaus recitavit. “^p Hoc signo quod de prætorium ad me misisti nisi ego et tu et cujus est prætorium, et dixit: Tolle clavem, et quos invenies in cathedra libros et super lapide codices, tolle illos. Sane vide, officiales ne tollant oleum et triticum. Et ego dixi: Tu nescis quia ubi scripturæ inveniuntur, et ipsa domus diruitur? Et dixisti: Quid ergo faciemus? Et dixi ego vobis: Tollat aliquis de vobis in arcis ubi orationes facitis, et illic ponantur. Et ego venio cum officialibus, et tollo. Et nos illo venimus, et omnia tulimus secundum placitum, et adussimus secundum sacrum præceptum.” Maximus dixit: Quoniam ejus epistolæ tenor etiam apud acta recitatus est, quam ipse agnovisse ac misisse dixit, quæsumus hoc actis tuis hæreat. Speretius dixit: Quæ dixistis scripta sunt. Cæcilianus respondit: Cillo (*for. Ex illo, Dupin.*) est falsum, quousque est epistola mea, quousque dixi: *Bene vale, parens carissime.* Ælianus proconsul dixit: Quem dicis addidisse ad epistolam? Cæci-

o (*for. qua.*)

^p (Cum in superioribus aliud positum sit hujus falsæ epistolæ exemplum, ex utrisque formulam, quæ sequitur, expiscari conatus sum. ‘Hoc signo, quod de prætorio ad me misistis, nisi erro, et tu et ipse, cujus est prætorium, et dixisti, Tolle clavem, et quos inveneris in cathedra libros, et super lapide codices, tolle illos; sane vide, officiales ne tollant oleum et triticum. Et ego dixi tibi, Tu nescis quia ubi scripturæ inveniuntur, et ipsa domus diruitur? Et dixisti, Quid ergo faciemus? Et dixi ego vobis, Tollat aliquis de vestris in aream, ubi orationes facitis, et illic ponantur; et ego venio cum officialibus, et tollo. Et nos illo venimus, et omnia tulimus secundum placitum, et adussimus secundum sacrum præceptum.’)

lianus dixit: Ingentium. Ælianus proconsul dixit: Professio tua actis hæret. Ælianus proconsul Ingentio dixit: Torqueris, ne mentiaris. Ingentius dixit: Erravi, huic epistolæ ego addidi, dolens causa Mauri hospitis mei. Ælianus proconsul dixit: Constantinus Maximus semper Augustus et Licinius Cæsares ita pietatem Christianis exhibere dignantur ut disciplinam corrumpi nolint, sed potius observari religionem istam et coli velint. Noli itaque tibi blandiri quod mihi dicas Decurionem te esse, ac propterea non possis torqueri. Torqueris; ne mentiaris, quod alienum Christianis esse videtur. Et ideo dic simpliciter, ne torquearis. Ingentius dixit: Jam confessus sum sine tormento. Apronianus dixit: Dignare de eo quærere qua auctoritate, quo dolo, qua insania circuierit Mauritanias omnes, Numidias etiam, qua ratione seditionem commoverit catholicæ ecclesiæ. Ælianus proconsul dixit: Ad Numidias fuisti? Respondit: Non, Domine. sit qui probet. Ælianus proconsul dixit: Nec in Mauritania? Respondit: Negotiari illo fui. Apronianus dixit: Et in hoc mentitur, Domine, nam ad Mauritaniam situm non nisi per Numidias pergitur, quatenus dicit se in Mauritania fuisse, non fuisse in Numidia. Ælianus proconsul Ingentio dixit: Cujus conditionis es? Ingentius respondit: Decurio sum Ziquensium. Ælianus proconsul ad officium dixit: Submitte illum. Quo submisso, Ælianus proconsul Cæciliano dixit: Falsa dicis quæ dixisti? Cæcilianus respondit: Non, Domine. Is qui scripsit epistolam, jube veniat. Amicus ipsius est. Ipse dicet quousque dictavi epistolam. Ælianus proconsul dixit: Quis est ille quem venire desideras? Cæcilianus dixit: Augentium, cum quo fui Ædilis. Non possum probare nisi per ipsum Augentium, qui scripsit epistolam, quousque dictavi illi. Ipse dicere potest. Ælianus proconsul dixit: Constat ergo falsam esse epistolam? Cæcilianus respondit: Constat, Domine, non mentior in

sanguine meo. Ælianus proconsul dixit: ^q Cum duumviratum egeris in patria tua, oportet fidem verbis tuis habere. Apronianus dixit: Nec novum est illis hoc facere. Ceterum et actis addiderunt quod voluerunt. Jam artificium est illis. Ælianus proconsul dixit: Ex professione Cæcilianus, qui acta falsata esse dicit atque epistolæ plurima addita, manifestum est qua voluntate hæc gesserit Ingenitius. Et ideo recipiatur in carcerem. Est enim arctiori interrogationi necessarius. Felicem autem religiosum episcopum liberum esse ab exustione instrumentorum deificorum manifestum est, cum nemo in eum aliquid probare potuerit, quod religiosissimas scripturas tradiderit vel exuserit. Omnium enim ^r interrogatio suprascripta manifestata est, nullas scripturas deificas vel inventas, vel corruptas, vel incensas fuisse. Hoc actis ^s continetur, quod Felix episcopus religiosus illis temporibus neque præsens fuerit, neque conscientiam accommodaverit, neque tale aliquid fieri jusserit. Agesilaus dixit: De his qui ad potestatem vestram instruendam venerunt, quid jubet potestas tua? Ælianus proconsul dixit: Revertantur ad sedes suas.

Explicit (sic) Gesta Purgationis Felicis episcopi Autumnitani ordinatoris Cæcilianus Carthaginis. Extant in vol. ii. *Miscell.* Steph. Baluzii p. 81—89. et ad fin. op. S. Optati edente Dupinio p. 162.

EPISTOLA IMPERATORIS CONSTANTINI

AD PROBIANUM PROCONSULEM AFRICÆ,

Ex Augustini lib. iii. Contra Cresconium cap. 81.

et Epist. lxxxviii. cap. 4.

IMPERATORES Cæsares Flavius Constantinus Maximus et Valerius Licinianus Licinius Probiano proconsuli Africæ.

^q (Ex ordine decurionum recipi non poterunt nisi qui *dignissimi moribus et facultatibus erunt*, statuente *Imp. Honorio in l. 46. c. de Decurionibus.*)
^r (*for. interrogazione suprascriptorum manifestatum.*) ^s (h. e. nunc repositum est. Confer pag. 288. l. 16.)

Ælianus prædecessor tuus, merito, dum vir perfectissimus Verus (Verinus) Vicarius præfactorum tunc per Africam nostram incommoda valetudine teneretur, ejusdem partibus functus, inter cetera etiam id negotium vel invidiam, quæ de Cæciliano episcopo ecclesiæ catholicæ videtur esse commota, ad examen suum atque jussionem credidit esse revocandam. Etenim cum jam Superium centurionem, et Cæcilianum magistratum Aptungitanorum, et Saturninum (Saturianum) excuratorem, et Calibium juniorem ejusdem civitatis curatorem, atque Solonem servum publicum supra-scriptæ civitatis præsentem esse fecisset, audientiam præbuit competentem, adeo ut cum Cæciliano fuisset objectum quod a Felice eidem episcopatus videretur esse delatus, cui divinarum scripturarum proditio atque exustio videretur objecta, innocentem de eo Felicem fuisse constiterit. Denique cum Maximus (immo, ut supra, Apronianus) Ingentium decurionem Ziquensium civitatis epistolam Cæciliani exduumviri falsasse contenderet, eundem ipsum Ingentium suspensum, actis quæ suberant, pervidimus, et ideo minime tortum quod se decurionem Ziquensium civitatis asseveraverit. Unde volumus ut eundem ipsum Ingentium sub idonea prosecutione ad comitatum meum Constantini Augusti mittas, ut illis qui in præsentiarum agunt, atque diuturnis diebus interpellare non desinunt, audientibus et coram assistentibus apparere et intimari possit, frustra eos Cæciliano episcopo invidiam comparare atque adversus eum violenter insurgere voluisse. Ita enim fiet ut omissis, sicut oportet, ejusmodi contentionibus, populus sine dissensione aliqua religioni propriæ cum debita veneratione deserviat Extat p. 89. vol. ii. *Miscell.* Steph. Baluzii.

CONCILIUM ARELATENSE I.

IN CÆCILIANI CARTHAGINIENSIS ET DONATISTARUM CAUSA ITIDEM HABITUM.

AD EDITIONEM CONCILIORUM HARDUINAM.

[GUL. CAVIUS, *Hist. Lit.* vol. i. p. 350.]

CONCILIUM Arelatense I. Constantini M. jussu in causa Cæciliani, anno 314. celebratum. Interfuerunt episcopi 200. Quorundam nomina sed mendose admodum hodie subscripta reperiuntur, a quibus Cæciliani causa iterum absolvitur, et innocentia vindicatur; canones 22. ad ecclesiæ mores et disciplinam spectantes, conduntur.—Arelatensi huic synodo intererant etiam ex Britannia nostra episcopi tres, Eborius episcopus Eboracensis, Restitutus Londinensis, Adelphius de civitate Colonia Londinensium, [*Colonia Londi*, haud dubie pro *Colonia Lindi*, Lincoln. *Gale*. adducto Anonymo Ravennate,] una cum sacerdote presbytero, et Arminio diacono, quorum subscriptiones hodie deprehenduntur. Vide quæ habet Spelman. *Concil. Brit.* tom. i. p. 39. ubi et hujus Concilii Canones reperire licet.]

I.

EPISTOLA CONSTANTINI AUGUSTI

AD ÆLAFIUM, UT ARELATEM IRE JUBEAT PARTES,
INTER QUAS ERAT CONTROVERSA.

Constantinus Augustus ^a Ælafiō.

^b JAM quidem antehac cum perlatum fuisset ad scientiam meam, apud Africam nostram plures ^c vesano furore vanis criminationibus contra se invicem super observantia sanctissimæ ^d fidei catholicæ ^e dissidere cœpisse, dirimendæ dissensionis hujusmodi causa, placuerat mihi, ut ad urbem Romam tam Cæcilianus Carthaginensis episcopus, contra quem vel maxime universi sæpe me convenerant, quam etiam aliqui ex his, qui ei quædam objiçienda crediderant, præsentiam sui exhiberent. Nam etiam ad supradictam urbem nostram Romam quosdam episcopos ex Galliis ire præceperam; ut tam hi pro integritate vitæ suæ, atque laudabili instituto, sed et septem ejusdem communionis, quam etiam urbis Romæ ^f episcopus, atque illi qui cum iisdem cognoscerent, possent rei quæ videbatur esse commota, finem debitum adhibere. Qui quidem ea quæcumque in præsentia eorum fuerunt gesta, cuncta ad scientiam meam etiam actis habitis retulerunt; verbo insuper affirmantes, quod judicium suum pro rerum fuisset æquitate depromptum: eosque potius causæ obnoxios esse dicentes, qui contra Cæcilianum quædam putaverunt commovere: adeo ut ^g istud post judicium habitum Africam ipsos remeasse ^h perhiberent. Inde propter hæc omnia probabili

^a Ita MSS. non Ablavio. (for. Æliano Mansi.) ^b Ex apographo P. Jac. Sirmondi Soc. JESU, qui ex MSS. eruit. ^c al. nefario. ^d al. legis. ^e al. discedere. ^f al. episcopi. ^g al. istum. ^h al. prohiberent. (l. prohiberem, ed. Dupin.)

rerum æstimatione speraveram, quod omnibus omnino seditionibus et contentionibus, quæ ab iis hominibus videbantur subito commotæ, finis debitus fuisset impositus. Sed cum * dictationis tuæ scripta legissem, quæ ad Nicassium et ceteros super iisdem simulationibus gravitas tua mittenda crediderat; evidenter agnovi, quod neque respectum salutis suæ, neque, quod est majus, Dei omnipotentis venerationem ante oculos suos velint ponere. Siquidem ea agere persistent, quæ non modo ad ipsorum dedecus infamiamque pertineant, sed etiam his hominibus detrahendæ facultatem, qui longe ab hujusmodi sanctissima observantia sensus suos noscuntur avertere. Nam id quoque te scire convenit, quod ex iisdem venerunt, asserentes quod minus dignus idem Cæcilianus cultu ^k sanctissimæ religionis habeatur. Et contra id quod iisdem responderam, frustra eos id jactare, quippe cum res fuisset apud urbem Romam ab idoneis ac probatissimis viris episcopis terminata; obnixæ ac pertinaciter respondendum æstimaverunt, quod eorum omnis causa non fuisset audita; sed potius iidem episcopi quodam loco se clausissent, et prout ipsis † aptum fuerat, judicassent. Quare cum hæc tot et tanta nimium ‡ obnixas dissensiones protrahere perviderem; ita ut nullo modo finis iisdem dari posse videretur, nisi et Cæcilianus idem, et ex his qui contra eum dissident tres aliqui, in iudicium eorum, qui ^l cum Cæciliano sentiunt consensumque ^m debent, ad Arelatense oppidum venerint: injungendum solertiæ tuæ duxi, ut mox has litteras meas acceperis, cum Cæcilianum supradictum, cum aliquibus ex his quos ipse delegerit; (sed et de Byzacenæ, Tripolitanæ, Numidiarum et Mauritaniarum ⁿ provinciis, singuli quique aliquantos ex

ⁱ al. facilitatem. Vide Augustini epistolas 68. 162. 165. et lib. i. contra Epistolam Parmeniani, cap. 8. ^k sincerissimæ, alter MS. ^l al. contra Cæcilianum. ^m leg. præbent. ⁿ al. et provinciis singulis quique.

* (for. dicationis.) † (ἐπιτήδειον aptum. Glossa Vel.) ‡ (obnoxias Augustin. tom. ix. in Append.)

suis perducere debebunt, quos ipsi putaverint eligendos:) sed etiam aliquos qui contra eundem Cæcilianum dissentiunt, data evectione publica, per Africam et Mauritaniam, inde ad Hispanias brevi tractu facias navigare. Et inde nihilominus his in singulis episcopis singulas tractorias tribuas, ut ipsi ad supradictum locum intra diem Kalendarum Augustarum possint pervenire: celeriter intimaturus iisdem, ut antequam proficiscantur, debeant disporre, quatenus absentibus ipsis et disciplina competens habeatur, et nulla forte seditio, vel aliquorum altercatio, quæ ad maximum dedecus spectet, oriatur. De cetero plena cognitione suscepta finis adhibeatur. Quia cum præsentiam sui exhibuerint, universa quæ nunc in contentione esse noscuntur, non immerito finem debent accipere maturum, ut protinus possint terminari atque componi. Nam cum apud me certum sit, te quoque Dei summi esse cultorem, confiteor gravitati tuæ, quod nequaquam fas esse ducam, ut ejusmodi contentiones et altercationes dissimulentur a nobis; ex quibus forsitan commoveri possit summa Divinitas, non solum contra humanum genus, sed etiam in meipsum, cujus curæ nutu suo cælesti terrena omnia moderanda commisit, °ut secus aliquid hætenus incitata pdecernat. Tunc enim revera et plenissime potero esse securus, et semper de promptissima benevolentia potentissimi Dei prosperrima et optima quæque sperare, cum universos sensero debito cultu catholicæ religionis sanctissimum Deum q concordia observantia fraternitatis venerari. Extat hæc Epistola pag. 259. tom. i. *Conciliarum* edit. Harduin. et in Sironi *Conciliis Antiquis Galliæ*, tom. i. pag. 1.

° *al.* et secus.

p *al.* decernet.

q *al.* MS. concordia observantia fraternitate. (*recte* concordia MS.)

II.

EPISTOLA CONSTANTINI M.

AD CHRESTUM EPISCOPUM SYRACUSANUM,

Apud Euseb. lib. x. Hist. Eccl. cap. 5.

Ἀντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς, δι' ἧς προστάττει δευτέραν γενέσθαι σύνοδον, ὑπὲρ τοῦ πάσαν τῶν ἐπισκόπων περιελεῖν διχοστασίαν.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς, Χρήστῳ ἐπισκόπῳ Ἕσυρακουσίῳ.

ἮΔΗ μὲν πρότερον ὅτε φαύλως καὶ ἐνδιαστρόφως τινὲς περὶ τῆς θρησκείας τῆς ἀγίας καὶ ἐπουρανοῦ δυνάμεως, καὶ τῆς αἰρέσεως τῆς καθολικῆς* ἀποδι- ἴστασθαι ἤρξαντο, ἐπιτέμνεσθαι βουλευθεῖς τὰς τοι- αύτας αὐτῶν φιλονεικίας, οὕτω διετετυπώκειν, ὥστε ἀποσταλέντων ἀπὸ τῆς Γαλλίας τινῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν κληθέντων ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς τῶν ἐξ ἐναντίας μοίρας^s καταλλήλως ἐνστατικῶς καὶ ἐπι-

Exemplum Epistolæ Constantini Imperatoris, qua synodum alteram episcoporum fieri præcipit, ut omnis dissensus episcoporum tollatur.

Constantinus Augustus, Chresto episcopo Syracusano.

Jam quidem et antea^t, cum quidam improbo ac perverso

studio de sancti cælestisque numinis cultu et fide catholica dissidere cœpissent, ad rescendas illorum hujusmodi contentiones ita constitueram, ut missis aliquot e Gallia episcopis, tum advenire jussis ab Africa iis, qui diversarum partium erant, atque obnixius inter se, pertinaciusque contendebant,

^r pro Συρακοσίῳ. ^s *Lege, κατ' ἀλλήλων.* (Ita et prius Valesius aliique.)
^t *Eruta hæc interpretatio, ex apographo P. Jac. Sirmondi.*

* (Confer in it. Epistolæ superioris.)

μόνως διαγωνιζομένων, παρόντος τε καὶ τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου, τοῦτο ὅπερ ἐδόκει κεκινήσθαι, δυναθῆ ὑπὸ τῆς παρουσίας αὐτῶν μετὰ πάσης ἐπιμελοῦς διακρίσεως, κατορθώσεως τυχεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ, ὡς συμβαίνει, ἐπιλαθόμενοι τινὲς καὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἰδίας, καὶ τοῦ σεβάσματος τοῦ ὀφειλομένου τῇ ἀγιωτάτῃ αἰρέσει, ἔτι καὶ νῦν τὰς ἰδίας ἔχθρας παρατείνειν οὐ παύονται, μὴ βουλόμενοι τῇ ἡδὴ ἐξενεχθείσῃ κρίσει συντίθεσθαι· καὶ διοριζόμενοι, ὅτι δὴ ἄρα ὀλίγοι τινὲς τὰς γνώμας καὶ τὰς ἀποφάσεις ἑαυτῶν ἐξήνεγκαν· ἢ καὶ μὴ πρότερον ἀπάντων τῶν ὀφειλόντων ζητηθῆναι ἀκριβῶς ἐξετασθέντων· πρὸς τὸ τὴν κρίσιν ἐξενέγκαι πάνυ ταχέως καὶ ὀξέως ἔσπευσαν· ἔκ τε τούτων ἀπάντων ἐκεῖνα συμβαίνει γενέσθαι, τὸ καὶ τούτους αὐτοὺς ἀδελφικὴν καὶ ὁμόφρονα ὀφείλοντας ἔχειν ὁμοψυχίαν, αἰσχωρῶς, μᾶλλον δὲ μυσερῶς ἀλλήλων ἀποδιεστάναι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἀλλοτρίας ἔχουσι τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς ἀγιωτάτης θρησκείας * ταύτης πρόφασιν

præsente insuper Romano episcopo, posset id omne, quod commotum videbatur, præsentibus ipsis accurata disceptatione componi. Sed quia nonnulli, ut fere fit, suæ ipsorum salutis, et reverentiæ, quæ sanctissimæ fidei debetur, obliti, privatas adhuc simultates exercere non cessant; dum prolato jam iudicio acquiescere nolunt: causanturque a paucis videlicet dictas sententias fuisse, atque hos ipsos non omnibus quæ inquiri ante oportebat, diligenter

examinatis, ad depromendum iudicium præpropere festinanterque processisse. Quo fit, ut et ipsi, quos fraternum et concordem animorum consensum retinere par erat, turpi aut nefaria potius dissensione discrepent, et aversis a sanctissima religione hominibus ludibrii occasionem præbeant. Propterea mihi sedulo providendum fuit, ut hæc quæ post iudicium prolatum sedari voluntario assensu debuerant; vel nunc tandem multis præsentibus exitum sor-

* (ταύτης pro ταύτην correxit Burtonus ex plurimis codd. Nicephoroque.)

χλεύης διδόναι· ὅθεν προνοητέον μοι ἐγένετο, ὅπως
 τοῦτο, ὅπερ ἐχρῆν μετὰ τὴν ἐξενεχθείσαν ἤδη κρίσιν,
 αὐθαιρέτῳ συγκαταθέσει πεπαῦσθαι, καὶ νῦν ποτὲ
 δυνηθῆ ἢ πολλῶν παρόντων τέλους τυχεῖν. ἐπειδὴ τοίνυν
 πλείστους ἐκ διαφόρων καὶ ἀμυθῆτων τόπων ἐπισκό-
 πους εἰς τὴν ὕ' Αρεταλησίῳ πόλιν εἶσω Καλανδῶν
 Ἀγούστων συνελθεῖν ἐκελεύσαμεν, καὶ σοὶ γράψαι
 ἐνομίσαμεν, ἵνα λαβὼν παρὰ τοῦ λαμπροτάτου Λατρω-
 νιανοῦ τοῦ * κοντήκτορος Σικελίας δημόσιον ὄχημα,
 συζεύξας σεαυτῷ καὶ δύο γέ τινας τῶν ἐκ τοῦ δευτέρου
 θρόνου, οὓς ἂν σὺ αὐτὸς ἐπιλέξασθαι κρίνης, ἀλλὰ
 μὴν καὶ τρεῖς παῖδας τοὺς δυνησομένους ὑμῖν κατὰ
 τὴν ὁδὸν ὑπηρετήσασθαι παραλαβὼν, εἶσω τῆς αὐτῆς
 ἡμέρας ἐπὶ τῷ προειρημένῳ τόπῳ ἀπάντησον· ὡς ἂν
 διὰ τε τῆς σῆς στερρότητος, καὶ διὰ τῆς λοιπῆς τῶν
 συνιόντων ὁμοψύχου καὶ ὁμόφρονος συνέσεως, καὶ τοῦτο
 ὅπερ ἄχρι τοῦ δεῦρο φαύλως δι' αἰσχράς τινας ζυγο-
 μαχίας παραμεμένηκεν, ἀκουσθέντων πάντων τῶν μελ-
 λόντων λεχθήσεσθαι παρὰ τῶν νῦν ἀπ' ἀλλήλων διε-

tiantur. Quoniam ergo pluri-
 mos ex diversis compluribus
 locis episcopos in Arelaten-
 sium oppido ad Kalendas Au-
 gusti convenire præcepimus, ti-
 bi etiam per litteras significan-
 dum duximus, ut accepto a cla-
 rissimo viro Latroniano, Cor-
 rectore Siciliæ, publico vehi-
 culo, cum duobus aliis secun-
 dæ sedis, quos ipse deligendos
 judicaveris, tribusque una fa-
 mulis, qui vobis in via minis-

strent, adscitis, designatum in
 locum ad diem prædictam te
 conferas: ut per gravitatem
 tuam, et ceterorum qui con-
 venturi sunt, unanimum, con-
 spirantemque prudentiam, dis-
 cidium hoc, quod male hacten-
 us per fœdas quasdam con-
 tentiones perseverat, omnibus
 auditis, quæ ab iis qui inter se
 nunc dissident, quosque pariter
 adessee jussimus, in medium
 proferentur, ad debitam religi-

* pro Ἀρηλατησίῳ.

x *Leyce*, Κοντήκτορος, (sic *Valesius* aliique.)

στότων, οὐσπερ ὁμοίως παρῆναι ἐκελεύσαμεν, δυναθῆ
εἰς τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν καὶ πίστιν, ἀδελφικὴν
τε ὁμόνοιαν, καὶ βραδέως ἀνακληθῆναι. ὑγιαίνοντά
σε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ διαφυλάξοι ἐπὶ πολλοῖς
ἔτεσιν. Pag. 259. tomi i. *Conciliorum* edit. Harduin.

onem et fidem, fraternamque Deus omnipotens multis annis
concordiam, vel sero tandem custodiat.
revocari queat. Incolumem te

III.

EPISTOLA SYNODI ARELATENSIS

AD SYLVESTRUM PAPAM ROMANUM,

DE REBUS IN EA GESTIS, ET CANONIBUS AB EA CONSTITUTIS.

Ex editione Jac. Sirmondi (pag. 3) : et ex MSS. Collegii Parisiensis Societatis Jesu. In uno eorum, collectioni, quam Dionysianam quidam vocant, præfixus Conciliorum indiculus hæc habet de Arelatensi, verbis Isidori ipsius ; Concilium Arelatense primum, sexcentorum episcoporum, in quo statuti sunt Canones xxii. quorum auctor maxime Silvester urbis Romæ Papa per legatos, et sanctus Marinus Arelatensis episcopus, extiterunt: subscriptibus Rheticio Eduorum, Vocato Lugdunensi, et ceteris: actum temporibus Constantini Augusti, ut quidam asserunt. Quæ verba et in Decreto Gratiani leguntur ex parte, xi. dist. xvi. Contulimus etiam hanc epistolam Silvestri, cum MS. Colbert. 1951. Canones cum MS. 5141. In schedis Pithæanis scriptum erat, Concilium episcoporum Arelate celebratum, et directum Silvestro episcopo.

Dilectissimo papæ Silvestro, Marinus, ^y Agroæcius, Natalis, Theodorus, Proterius, ^z Vocius, Verus, ^a Probatius, Cæcilianus, Faustinus, Surgentius, Gregorius, Reticus,

y MS. Acratius.

z MS. Voccius.

a MS. Probatianus.

Ambitansus, ^b Termatius, Merocles, Pardus, Adelfius, ^c Hibernius, Fortunatus, ^d Aristasius, Lampadius, Vitalis, Maternus, Liberius, Gregorius, Crescens, Avitianus, Dafnus, Orientalis, Quintasius, Victor, Epictetus, in Domino æternam salutem.

COMMUNI copula caritatis et unitate matris ecclesiæ catholicæ vinculo inhærentes, ad Arelatensium civitatem piissimi Imperatoris voluntate adducti, inde te, ^e gloriosissime Papa, * commerita reverentia salutamus. Ubi graves ac perniciosos legi nostræ atque traditioni, effrenatæque mentis homines pertulimus: quos et Dei nostri præsens auctoritas, et traditio ac regula veritatis ita respuit, ut nulla in illis aut dicendi ratio subsisteret, aut accusandi modus ullus, aut probatio conveniret: ideo iudice Deo et matre ecclesia, quæ suos novit et comprobat, aut damnati sunt, aut repulsi. Et utinam, frater dilectissime, ad hoc tantum spectaculum interesse tanti fecisses. Profecto credimus, quia in eos severior fuisset sententia prolata: et te pariter nobiscum iudicante, cætus noster majore lætitia exultasset. Sed quoniam recedere a partibus illis minime potuisti, in quibus et apostoli quotidie sedent, et cruor ipsorum sine intermissione Dei gloriam testatur. Non tamen hæc sola nobis visa sunt tractanda, frater carissime, ad quæ fueramus invitati. Sed et consulendum nobis ipsis censuimus: et cum diversæ sint provinciæ ex quibus advenimus, ita et varia contingunt, quæ nos censemus † observare debere. Placuit ergo, præsentē Spiritu sancto et angelis ejus, ut et his qui singulos quos.....^f movebat iudicare proferremus de quiete præsentī. ‡ Placuit etiam,

^b MS. Terminatus. ^c forte Eburius. ^d forte Anastasius. ^e al. religiosissime. ^f Ita MS. Colbert. quæ et Pithæan. sed locus videtur esse mutilus.

* (cum merita, *Augustinus Contra Cresconium* iii. 81.) † (for. observari.) ‡ (*Habet, Placuit etiam antequam a te, Sirmondus. An. legend. Placuit etiam antiquum approbata a te?*)

a te *qui majores diœceses tenes, per te potissimum omnibus insinuari. Quid autem sit quod senserimus, scripto nostræ mediocritatis subjunximus. At id primo in loco de vita nostra atque utilitate tractandum fuit, ut quia unus pro multis mortuus est et resurrexit, ab omnibus tempus ipsum ita religiosa mente observetur, ne divisiones vel dissensiones in tanto obsequio devotionis possint exurgere.

I.

§ Censemus ergo Pascha Domini per orbem totum una die observari.

II.

De his quoque, qui quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverent.

III.

De his etiam, qui arma in pace projiciunt, placuit abstinere eos a communione.

IV.

De Circissariis agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos quamdiu agunt, a communione separari †.

V.

De his qui in infirmitate sunt constituti, et heredere volunt, placuit eis manum imponi.

VI.

De præsilibus autem, qui fideles sunt et ad præsdatum ‡ consiliunt, ita placuit, ut cum promoti fuerint, litteras quidem accipiant ecclesiasticas communicatorias: ita tamen, ut in quibuscumque locis gesserint, ab episcopis ejusdem loci cura de illis agatur; et si cœperint contra disciplinam agere, tunc demum a communione excludantur.

§ *Vetus collectio canonum monasterii S. Benigni cap. 23. Item Andegavensis cap. 21.* h *al. recedere.*

* (Negent, qui velint, hic dici, papam Romanum majores diœceses, sive nonnullas maximas inter illas imperii Romani diœceses, tenere; non ego. At quænam diœceses istæ fuerint, hoc loco non dicitur.) † (*Plus additur in Canonibus Arelat. proxime seqq.*) ‡ (prosiliunt *Canones, qui sequuntur.*)

VII.

Et de his quidem qui in republica agere volunt, similiter.

VIII.

^k De Afris autem, quod propria sua lege utuntur ut rebaptizent, placuit ut ad ecclesiam si aliquis hæreticus venerit, interrogent eum symbolum; et si perviderint eum in Patre et Filio, et Spiritu sancto esse baptizatum, manus tantum ei imponatur. Quod si interrogatus symbolum, non responderit Trinitatem hanc, merito baptizetur. &c. Tunc tædians ^ljussit omnes ad suas sedes redire. Amen.

IV.

SYNODUS Episcoporum, qui in civitate Arelatensium apud Marinum episcopum catholicæ ecclesiæ temporibus Constantini Augusti Volusiano et Anniano Coss. convenerunt*.

TITULI CANONUM.

EX COLLECTIONE ISIDORI.

- I. *Ut uno die et tempore Pascha celebretur.*
- II. *Ut ubi quisque ordinatur, ibi permaneat.*
- III. *Ut qui in pace arma projiciunt, excommunicentur.*
- IV. *Ut aurigæ, dum agitant, excommunicentur.*
- V. *Ut theatrici, quamdiu agunt, excommunicentur.*
- VI. *Ut in infirmitate conversi manus impositionem accipiant.*
- VII. *De fidelibus, qui præsides fiunt, vel rempublicam agere volunt.*
- VIII. *De baptismo eorum, qui ab hæresi convertuntur.*
- IX. *Ut qui confessorum litteras afferunt, alias accipiant.*
- X. *Ut is cujus uxor adulteravit, aliam illa vivente non accipiat.*
- XI. *De puellis quæ gentilibus junguntur.*
- XII. *Ut clerici feneratorum excommunicentur.*

^k MS. Colbert. 1951. De Africa. ^l Constantinus videlicet, jussit per rescriptum, quod post Arelatenses canones subjungemus.

* (Titulum hunc ab Harduino omissum restituit Man-ius, sed similia sine Canonum apud Harduinum occurrunt.)

- XIII. *De iis qui scripturas sacras, vasa Dominica, vel nomina fratrum tradidisse dicuntur.*
- XIV. *Ut qui falso accusant fratres suos, usque ad exitum excommunicentur.*
- XV. *Ut diacones non offerant.*
- XVI. *Ut ubi quisque fuit excommunicatus, ibi communionem consequatur.*
- XVII. *Ut nullus episcopus alium conculcet episcopum.*
- XVIII. *De diaconibus urbicis, ut sine presbyterorum conscientia, nihil agant.*
- XIX. *Ut peregrinis episcopis locus sacrificandi detur.*
- XX. *Ut sine tribus episcopis nullus episcopus ordinetur.*
- XXI. *Ut presbyteri, aut diacones, qui ad alia loca se transferunt, deponantur.*
- XXII. *De apostatis, qui in infirmitate communionem petunt*.*



^mINCIPIUNT CANONES ARELATENSES,
SUB SANCTO MARINO EPISCOPO.

Domino sanctissimo fratri Silvestro Marinos, vel cœtus episcoporum qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi.

QUID decreverimus communi consilio, ⁿ caritati tuæ † significavimus, ut omnes sciant quid in futurum observare debeant.

I.

° Primo loco de observatione Paschæ ^p Dominici, ut uno die et uno tempore per omnem orbem a nobis observetur, et juxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.

^m *Ex tribus MSS. nostris Paris. in quibus est collectio Isidori.* ⁿ *Merlini editio, caritative.* ° 26. *De Consec. dist. 3. De observatione paschæ.*
^p *MS. Dominicæ. (et ed. Matritensis.) Merlini editio, Domini.*

* (Titulis istis consimiles sunt illi, quos Mansius in postrema *Conciliorum* editione addidit, vol. I. p. 474. præfatus, "Tituli, seu Epitome Canonum Arelatensium ex vetusta collectione MS. Codicis 490. Lucensis scripti Sæc. "VIII.") † (significamus editio *Sirmondi* et *Matritensis*.)

II.

De his qui in quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverent.

III.

De his qui arma projiciunt ^q in pace, placuit abstinere eos a communione.

IV.

^r De agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos, quamdiu ^s agitant, a communione separari.

V.

^t De theatricis, et ipsos placuit, quamdiu agunt, a communione separari.

VI.

^u De his qui in infirmitate credere volunt, placuit eis debere manum imponi.

VII.

^x De præsilibus, qui fideles ad præsdatum prosiliunt, ^y placuit, ut cum promoti fuerint, litteras accipiant ecclesiasticas communicatorias: ita tamen, ut in quibuscumque locis gesserint, ab episcopo ejusdem loci cura de illis agatur; et cum cœperint contra disciplinam agere, tum demum a communione excludantur. Similiter et de his qui rempublicam agere volunt.

VIII.

^z De Afris, quod propria lege sua utuntur ut rebaptizent; placuit ut si ad ecclesiam aliquis de hæresi venerit, interrogent eum symbolum; et si perviderint eum in Patre, et Filio, et Spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum sanctum. Quod

^q Ita MSS. nostri, et alii. Ivo, part. x. cap. 122. in prælio. In uno MS. teste Surio, in bello. Sensus est; De his qui occidunt, qui arma conjiciunt in alium, qui telo feriunt. ^r Eliber. cap. 62. ^s MSS. agunt. ^t Eliber. cap. 62. ^u Eliber. cap. 39. Nicæn. can. 13. ^x Eliber. cap. 56. ^y Merlin. ita placuit. (et ed. Matrit.) ^z 109. De Consecr. dist. 4. De Arianis. Ivo, part. i. cap. 283. Burch. lib. iv. c. 89. (et ed. Matrit.)

si interrogatus non responderit hanc Trinitatem, baptizetur*.

* MSS. nostri quatuor antiquissimi, quippe annorum (ut harum rerum æstimatores sentiunt) amplius 800. habent, *De Arriis*. Collectio Canonum vetus MS. in eodem Collegio Parisiensi Soc. Jesu, et MS. Colbert. num. 5141. et Merlini aliorumque vetustæ editiones, quemadmodum Gratianus, 109. De Consecr. dist. 4. *De Arrianis*. [De Arianis qui *Collectio Canonum Matritensis* an. 1808.] Neque ullum video appellari codicem, præter unum Tilianum, in quo legatur, *De Afris*, quemadmodum Surius edidit, quem Binius et alii sunt secuti. Tamen in epistola synodica, *De Afris*, vel *De Africa*, exhibet codex MS. Pithœi, qui nunc est Colbertinus 1951. [At nondum prodierant Ariani, id bene monente post alios Ittigio *Hist. Schismatis Donatist.* §. 44. Atque orta fortassis est lectio *Arriis* ex eo quod posteris temporibus rebaptizare consueverint in Africa Ariani. Vid. Victor. *Persecut. Vandal.* l. 2. c. 9.]

IX.

^a De his qui confessorum litteras afferunt, placuit, ut sublatis eis litteris accipiant communicatorias.

X.

^b De his qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, et iidem sunt adolescentes fideles, et prohibentur nubere, placuit ut in quantum possit, consilium eis detur, ne viventibus uxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant.

XI.

^c De puellis fidelibus, quæ gentilibus junguntur, placuit ut aliquanto tempore a communione separentur.

XII.

^d De ministris qui fenerant, placuit eos juxta formam divinitus datam a communione ^e abstinere.

XIII.

De his qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa Dominica, vel nomina fratrum suorum; placuit nobis, ut quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non

^a *Eliber.* c. 25.

^b *Ivo*, part. viii. c. 258. *Augustinus*, de fide et operibus, cap. 19.

^c *Eliber.* 15. *Augustinus*, loco cit.

^d *Eliber.* can. 20.

2. xiv. Qu. 4. Ministri qui fenerantur. *Et Ivo*, part. xiii. cap. 10. ex *Conc. Arelat.* 1. cap. 12.

^e *al.* abstinere.

verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur. Nam si iidem aliquos ordinasse fuerint deprehensi*, et de his quos ordinaverint ratio subsistit, non illis obsit ordinatio. Et quoniam, multi sunt qui contra ecclesiasticam regulam pugnare videntur, et per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere, omnino non admittantur, nisi ut supra diximus, actis publicis docuerint^f.

XIV.

§ De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos usque ad exitum non communicare^h.

XV.

De diaconibus, quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.

XVI.

† De his qui pro delicto suo a communione separantur, placuit ut in quibuscumque locis fuerint exclusi, eodem loco communionem consequantur^k.

XVII.

Ut nullus episcopus alium episcopum^l inculcet.

XVIII.

De diaconibus urbicis, ^m ut non sibi tantum præsumant, sed honorem presbyteris reservent, ut sine conscientia ipsorum nihil tale faciant.

^c *Merlin.* non tamen illis subsistat ordinatio. addunt, docuerint omni se suspitione carere.

^f *Merlin. et Crabb.*

^g *Eliber.* cap. 75.

^h *Addunt iidem*: sed falsum testem juxta scripturam impunitum non licere esse. (et *ed. Matrit.*)

ⁱ *Eliber.* cap. 53.

^k *Cum isto canone, in quibusdam MSS. tamquam membrum ejus, sequens conjungitur: sed alii cum*

Burchardo et Ivone distinguunt.

^l *Merlin. et Crabb. et Ivo, part. v.*

cap. 228. et *Burch.* lib. i. cap. 128. legunt, conculcet. *ex Conc. Arelat. i. cap. 17.* (*Adde ed. Matrit.*)

^m *Merlin. et Crabb.* ut non aliquid per se præsumant.

* (Habet *novissima edit. Conciliorum ad oram, hi quos ordinaverint, rationales subsistant.* Sed fortasse interpretanda verba sunt, horum quoque ratio eadem est, et in sequentibus lectio altera *subsistat* pro *obsit* amplectenda est. *Editio Matritensis* habet *obsistat.*)

XIX.

De episcopis peregrinis, qui in urbem solent venire,
ⁿ placuit eis locum dari ut offerant.

XX.

De his qui usurpant sibi quod soli debeant episcopos ordinare, placuit ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum aliis septem episcopis. * Si tamen non potuerit septem, infra tres non audeant ordinare.

XXI.

^o De presbyteris, aut diaconibus; qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt, et ad alia loca se transferunt, placuit ut eis locis ministrent, quibus præfixi sunt. Quod si relictis locis suis ad alium se locum transferre voluerint, deponantur.

XXII.

^p De his qui apostatant, et nunquam se ad ecclesiam repræsentant, ^q ne quidem pœnitentiam agere quærunt, et postea infirmitate arrepti petunt communionem; placuit eis non dandam communionem, nisi revaluerint, et egerint dignos fructus pœnitentiæ.

^r *Expliciuut canones Arelatenses, quos episcopi † sexcenti fecerunt, qui in civitatem Arelatensium apud Marinum episcopum ecclesie catholicæ, temporibus Constantini Augusti, Volusiano et Aniano Coss. convenerunt: In cod. Corb. quem in his subscriptionibus secutus est Sirmondus: Nomina episcoporum cum clericis suis, vel quanti et ex quibus provinciis ad Arelatensem synodum convenerint, sub Marino episcopo, temporibus Constantini, ad dirimenda schismata vel pravas omnium intentiones, Volusiano, et Anniano Coss.*

ⁿ *Ivo, part. v. cap. 216. et Burch. lib. i. cap. 116. hic addunt, quos veraciter episcopos scimus esse, ex Conc. Arel. i. cap. 20.* ^o *Ivo, part. vi.*

cap. 172. et Burch. lib. ii. cap. 93. ex Conc. Arel. i. c. 2. forte pro 21.

^p *Eliæ. c. 46, cui Concilio hunc canonem Arelatensem tribuit Burchardus, lib. xix. cap. 134.* ^q *Merlinus recte, nec quidem. (et ed. Matrit.)* ^r *Ex MSS. nostris.*

* (*Confer Canon. Nicænum IV. et Annotatores.*) † (“Ducentos interfuisse minus absurdum est. In libris tamen antiquis quibus ui sumus “non paucis, nusquam plures leguntur, quam hic a nobis repræsentati, in “universum 85, episcopi nimirum 33, presbyteri 16 &c.” Sirmondus.)

- ^s CHRESTUS episcopus, Florus diaconus, ex civitate Syracusanorum, provincia Sicilia.
- Proterius episcopus, Agrippa et Pinus diacones, de civitate Capuensium, provincia Campania.
- Pardus episcopus, Crescens diaconus, de civitate Arpiensium, provincia Apulia.
- Theodorus episcopus, Agathon diaconus, de civitate Aquileiensi, provincia Dalmatia.
- Claudianus et Vitus presbyteri, Eugenius et ^t Cyriacus diacones, ^u ex urbe Roma missi a Silvestro episcopo.
- Merocles episcopus, Severus diaconus, de civitate Mediolanensi, provincia Italia.
- ^x Oresius episcopus, Nazarius lector, de civitate Massiliensi, provincia Viennensi.
- Marinus episcopus, Salamus presbyter, Nicasius, Afer, Ursinus, et Petrus, diacones, de civitate Arelatensium, provincia Viennensi.
- Verus episcopus, Bedas exorcista, de civitate Viennensi, provincia suprascripta.
- Daphnus episcopus, Victor exorcista, de civitate Vasensi, provincia Viennensi.
- Faustinus presbyter, de civitate Arausicorum, provincia quæ supra.
- Innocentius diaconus, Agapius exorcista, ex portu Nicænsi.
- Romanus presbyter, Victor exorcista, de civitate Aptentium.

γ ITEM DE GALLIIS.

- ^z Imbetausius episcopus, Primigenius diaconus, de civitate Remorum.
- ^a Avitianus episcopus, Nicetius diaconus, de civitate Rotomagensium.
- Reticius episcopus, ^b Amandus presbyter, Philomatius diaconus, de civitate Augustodunensium.
- Voccius (*Vocius Sirmond. Votius ed. Matrit.*) episcopus, ^c Petulinus exorcista, de civitate Lugdunensium.

^s *Corb.* Crescens. (*Sixtus ed. Matrit.*) ^t *al.* Quiriacus. ^u *al.* Quos Silvester episcopus misit. ^x *Duo MSS.* Horosius. (*Orosius ed. Matrit.*)

^γ *MS. noster* EX PROVINCIA GALLIA. (ex p. Galliae *ed. Matrit.*) ^z *supra*, Ambitausus. ^a Ausonius *sive* Avidanus. (*Avidianus ed. Matrit.*)

^b *al.* Amandinus. ^c *al.* Pitulinus. (*Petulus ed. Matrit.*)

Maternus episcopus, Macrinus diaconus, de civitate Agrippinensium.

Genialis ^d diaconus, de civitate Gabalum, ex provincia Aquitania.

Orientalis episcopus, Flavius diaconus, de civitate Burdegalensi.

Agroëcius episcopus, Felix exorcista, de civitate Treverorum.

Mamertinus episcopus, Leontius diaconus, de civitate Elosatium.

^e Eborius episcopus, de civitate Eboracensi, provincia Britannia.

Restitutus episcopus, de civitate Londinensi, provincia suprascripta.

Adelfius episcopus, de civitate Coloniae Londinensium (Lindi, vid. supra p. 296 : Lugdunensium *ed. Matrit.*) exinde Sacerdos presbyter, Arminius diaconus.

Liberius episcopus, Florentius diaconus, de civitate Emerita, provincia Hispania.

Sabinus presbyter, de civitate Bætica.

Natalis presbyter, Cytherius diaconus, de civitate Ursolensium.

Probatius presbyter, Castorius diaconus, de civitate Tarracone.

Clementius presbyter, Rufinus exorcista, de civitate Cæsaraugusta.

^f Termatius presbyter, Victor lector, de civitate Bastigensium.

Fortunatus episcopus, Deuterius diaconus, de civitate Cæsariensi, provincia Mauritania.

Quintasius episcopus, Ammonius presbyter, de civitate Caralis, provincia Sardinia.

ITEM PROVINCIA AFRICA.

Cæcilianus episcopus, de civitate Carthaginiensi : cum ipso Sperantius diaconus.

Lampadius episcopus, de civitate Utina.

Victor episcopus, de civitate Utica.

Anastasius episcopus, de civitate Beneventina.

Faustus episcopus, de civitate Tuburbitana (Tuborbitana *Sirmond. et edit. Matrit.*)

Surgentius episcopus, de civitate Pocofeltis.

Victor episcopus, de civitate Legisvolumini, provincia Numidia.

Vitalis episcopus, de civitate Verensium.

^d Ita MS. noster. In aliis quibusdam, episcopus. (*Præstat episcopus edit. Matrit.* ^e al. MS. Eburinus (et *ed. Matrit.*) ^f Termasius, in MS. nostro. (Termarius *ed. Matrit.*)

Gregorius episcopus, de loco qui est in portu Romæ.

Epictetus episcopus, a Centumcellis.

Leontius et Mercurius presbyteri ab Ostiis. Extant omnia hæc Synodalia in tomo i. Harduinæ edit. *Conciliorum*, pp. 262—268.

V.

* § RESCRIPTUM IMP. CONSTANTINI.

Rescriptum Constantini Augusti post Synodum, ut ad suas provincias recertantur.

Constantinus Augustus, episcopis catholicis carissimis
fratribus salutem.

ÆTERNA et religiosa incomprehensibilis pietas Dei nostri nequaquam permittit humanam conditionem diutius in tenebris oberrare; neque patitur exosas quorundam voluntates usque in tantum pervadere, ut non suis præclarissimis luminibus denuo pandens iter salutare, eas det ad regulam justitiæ converti. Habeo quippe cognitum multis exemplis; hæc eadem ex meipso metior. Fuerant enim in me primitus, quæ justitia carere videbantur; nec †ulla putabam videre supernam potentiam, quæ ^hjuxta secreta pectoris mei gererem. Equidem hæc, ut dixi, æquam fortunam debuerunt sortiri, scilicet omnibus malis redundantem. Sed Deus omnipotens in cælis per sæcula residens tribuit, quod non merebar. Certo jam neque dici, neque enumerari possunt ea, quæ cælesti sua in me famulum suum benevolentia concessit, sanctissimi antistites Christi Salvatoris, fratres carissimi. Gaudeo igitur equi-

§ *Ex appendice ad Optatum, et MS. Pith.*

^h *al. intra.*

* (Substituit Harduinus titulum, qui sequitur, pro Sirmondi illo, quem revocavit Mansius. *Epistola Imp. Constantini, ubi dicit, quia pars Donati, quomodo forenses sic litigant, ut denuncient et appellent Imperatorem, et desiderant audiri post episcoporum judicata.*) † (*for. ullam.*)

dem specialiter, gaudeo quod tandem habita justissima dijudicatione, eos ad meliorem spem fortunamque revocastis, quos malignitas diaboli videbatur a præclarissima luce legis catholicæ sua persuasione avertisse. O vere victrix providentia Christi Salvatoris! ut etiam his consuleret, qui jam desciscentes a veritate, quodammodo adversus ipsam armaⁱ inducentes gentibus se copulaverant. Qui si vel nunc vera fide voluerint obsequia sanctissimæ legi deferre, intelligere poterunt, quantum sibi nutu Dei sit provisum. Et hoc quidem, sanctissimi fratres, sperabam etiam in eis, quibus ingenita est maxima durities animi, posse^k reprehendi. Sed non profuit apud eos recta dijudicatio, neque in eorum sensus ingressa est divinitas propitia. Re vera enim non immerito ab his procul abscesserit Christi clementia, in quibus manifesta luce claret, hujusmodi esse, ut eos etiam a cælesti provisione exosos cernamus. Quæ in ipsos (*al. ipsis*) tanta vesania perseverat, cum incredibili arrogantia persuadeant sibi, quæ nec dici nec audiri fas est? desciscentes a recto iudicio dato, *quo cælesti provisione, meum iudicium eos comperi postulare. Quæ vis malignitatis in eorundem pectoribus perseverat? Quoties a me jam ipso improbissimis aditionibus suis sunt condigna responsione oppressi? qui utique si hoc ante oculos habere voluissent, minime hoc ipsum interposuissent. Meum iudicium postulant, qui ipse iudicium Christi exspecto. Dico enim ut se veritas habet: sacerdotum iudicium ita debet haberi, ac si ipse Dominus residens iudicet. Nihil enim licet his aliud sentire, vel aliud iudicare, nisi quod Christi magisterio sunt edocti. Quid igitur sentiunt maligni homines, officia (ut vere^l dixit) diaboli? Perquirunt sæcularia, relinquentes cælestia^m. † O rabida

ⁱ *al. induentes.* ^k *forte, deprehendi.* (sic prius conj. Labbe.) ^l *MS. dixisti: forte, dixi.* (dixi *Optatus Conf. lib. i. contra Parmen. Mansi.*)
^m *Optatus lib. i. contra Parmen.* (vid. supra p. 281.) *Augustinus ep. 162. docet hanc Constantini adversus Donatistas detestationem, ad Concilium Arelat. pertinere. Vide etiam epist. 165. et 166.*

* (*for. pro.*)

† (Propterea quod hæc verba ex epistola attulit

furoris audacia! sicut in causis gentium fieri solet, appellationem interposuerunt. Equidem gentes, minora interdum iudicia refugientes, ubi iustitia ⁿdeprehendi potest, magis ad majora iudicia auctoritate interposita ad appellationem se conferre sunt solitæ. Quid hi detractores legis, qui renuentes cæleste iudicium, meum putaverunt postulandum? sic sentire de Christo Salvatore! Ecce jam proditores, ecce sine ulla acriori disquisitione, ipsi per semet prodiderunt facinora sua. Quæ ab ipsis sentitur humanitas, qui ^oin ipso Deo immanes prosilierunt? Equidem, fratres carissimi, licet hæc in ipsis videantur deprehensa, nihilominus vos, qui Domini Salvatoris sequimini viam, patientiam adhibete, data his adhuc optione quid putent deligendum: ac si eos in hisdem videritis perseverare, protinus cum his quos Dominus dignos cultu suo iudicavit, proficiscimini et redite ad proprias sedes; meique memento, ut mei Salvator noster semper misereatur. Ceterum direxi meos homines, qui eosdem infandos deceptores religionis protinus ad comitatum meum perducant, ut ibi degant, ibi sibi mortem pervideant. Dedi quoque litteras competentes ad eum, qui vicariam præfecturam per Africam tuetur; ut quotquot hujus insanix similes invenerit, statim eos ad comitatum meum dirigat; ne ulterius sub tanta claritate Dei nostri ea ab ipsis fiant, quæ maximam iracundiam cælestis providentiæ possint incitare. Incolumes vos Deus omnipotens tribuat votis meis et vestris per sæcula, fratres carissimi. Extat hæc Epistola pag. 268. tomi I. *Conciliorum* edit. Harduini.

ⁿ forte, reprehendi. (sic prius Labbe. An vero potius scribendum *injustitia* pro *iustitia*?) ^o pro in ipsum Deum.

Optatus supra p. 281. satis confutari videtur Comberi V. D. de γνησιότητι ejus suspicio.)

VI.

EX EPISTOLA CONSTANTINI

AD EUMALIUM VICARIUM AFRICÆ, NUNC FERE
DEPERDITA ;

Data iv. Idus Novembres Sabino et Ruffino Coss. an.
Christi 316.

*Sententia de Absolutione Cæciliani, quam Constantinus
Mediolani pronuntiaverat.*

Exat apud Augustin. Contra Cresconium lib. iii. cap. 71.

INSERO adhuc, (ait S. Augustin.) et verba Constantini ex litteris ejus ad Eumalium Vicarium, ubi se inter partes cognovisse, et innocentem Cæcilianum comperisse testatur. Cum enim narrasset in his quæ supra locutus est, quemadmodum ad judicium ejus post episcopalia judicia partes perductæ fuerint ;

In quo pervidi, inquit, Cæcilianum virum omni innocentia præditum, ac debita religionis suæ officia servantem, eique ita ut oportuit servientem : nec ullum in eo crimen reperiri potuisse, *eidem apparuit*, sicut absenti fuerat adversariorum suorum simulatione compositum.

De eodem Judicio Augustinus, *Breviculo Collationis* diei iii.
cap. 19.

Recitatum est Judicium Constantini, quemadmodum se inter partes caussam Cæciliani cognovisse ad Eumalium Vicarium Africæ scripsisset, quod remotis omnibus arbitris, Cæcilianum innocentem, illos calumniosissimos cognovisse testatus est.

Idem in lib. post Collationem cap. 33.

Constantinus ad Eumalium Vicarium de purgatione Cæciliani scripsit Sabino et Ruffino Coss. iv. Idus Novembres, id est post biennium et menses fere octo. h. est, a purgatione Felicis sub Æliano proconsule, ut ait ibidem Augustinus.

In *Indice Collationis Carthag.* iii. cap. 516. legitur, Recitatio Judicii Constantini, quo apud se quoque Cæcilianum fuisse purgatum post Arelatense Concilium significat Imperator.

Posita istæ in *Optati Appendice* pag. 187. ed. Dupin.

Ad calcem *Gestorum Collationis Carthag.* anno Christi 411. habitæ, in *Sententia* Marcellini Cognitoris de Imp. Constantini *Sententia* hoc scriptum extat. — Ultimaque *Sententia* triumphabilis memoriæ Constantini, qua evidentius docetur expressa et Cæciliani innocentia et Donati sociorumque ejus calumniosa criminatio. Posita *Sententia* pag. 325. eorund. *Monument. Vet.* ad *Optati* finem.

Epitome rerum ad Cæciliani causam pertinentium, quæ extat in S. Augustini Sermonibus xxv. ex Membranis Bibliothecæ Vindobonensis a Michaele Denis V. Cl. anno 1792. Vindobonæ in forma max. editis.

URGEAM EOS manifesta veritate. Vos imperatoris iudicium flagitastis. Mentimini, inquit. Extant Chartæ publicæ. Ipsi Donatistæ de parte Majorini, qui prior ordinatus est, contra Cæcilianum adierunt, proconsulem tunc Anullinum, et detulerunt libellos accusatorios de nomine Cæciliani, et in aluta signatos, dicentes, se adversus Cæcilianum crimina (*videtur omissum*, habere, DENIS. *vel* exhibere, *vel potius*, se adferre adversus) quæ illó libello scripsissent, et rogantes, ut ipsam accusationem eorum mitteret ad comitatum Imperatori. Extat Relatio Anullini proconsulis scribentis ad imperatorem Constantinum; quod homines de parte Majorini venerint ad illum cum libellis de accusatione Cæciliani, rogantes, ut eosdem libellos mitteret Imperatori, et se dicit fecisse, quod illi rogaverunt. Scripsit Imperator ad Meltiadem episcopum et Marcum, transferens ad illos causam ecclesiasticam, et removens a se. In eisdem literis scribit Imperator; misisse se chartas missas ab

Anullino, et in ipsis literis ignorat, (*putem, ignoratur, et paullo post, continetur, DENIS.*) quæ illæ chartæ sint, sed in Relatione Anullini cognoscitur, quæ hodie publicis codicibus continentur. Deinde scribit idem Constantinus ad Anullinum, ut partes Romam dirigat ad episcopale iudicium. Refert etiam Anullinus in extremo, misisse se partes. Vos ergo istis ad Imperatorem, vos causam ecclesiæ ad humanam potestatem detulistis. Ille melior quam vos. Vos enim ad Imperatorem deferebatis, ille ad episcopos. Dicta est causa in episcopali iudicio illis primo accusantibus. Prolata est sententia pro Cæciliano. Illi non contenti iudicio ecclesiastico murmurare cœperunt, rursus eundem Imperatorem adierunt, post episcopale iudicium quærentes imperiale iudicium. Dedit alterum ecclesiasticum apud Arelatum. Ab ipso etiam iudicio illi ad ipsum Imperatorem appellaverunt. Victus importunitate eorum voluit et ipse causam suscipere, atque cognoscere. Suscepit, cognovit, Cæcilianum innocentissimum iudicavit, etiam omnes iussiones Imperatorum (*for. addend. confirmavit*) contra illos. Quid mirum? Cujus iudicium flagitasti, ejus sententiam recusare audes? Extant hæc in *Sermone* xix. cap. viii. p. 76.

GESTA APUD ZENOPHILUM,

QUIBUS SYLVANUM, A QUO MAJORINUS EST ORDINATUS, TRADITOREM FUISSE CONSTAT.

Confecta anno 320. Sed quæ continent et ea quæ gesta sunt anno 303. et 304.

Edita a Papirio Massono ex MS. Bibl. Thuanae, in quo continebantur Gesta Purgationis Felicis. Vid. etiam Augustini lib. iii. Contra Cresconium cap. 29. n. 33. p. 451. t. 9. ubi ex his Gestis apud Zenophilum nonnulla adferuntur.

MONITUM BALUZII.

ACTORUM istorum vetus exemplar, ex quo edita sunt a Massono, extat in bibliotheca Thuana, sed depravatissimum et contaminatissimum, ut ante me observavit illustrissimus Cardinalis Baronius. Meminit autem illorum Optatus Milevitanus in libro primo, ubi etiam admonet se ea subjunxisse operi suo. *Harum namque plenitudinem rerum, inquit, in novissima parte istorum libellorum ad implendam fidem adjunximus.* Certe in veteri libro verba quæ sequuntur scripta sunt post collectionem istorum et aliorum quorundam actorum. *Expliciunt sancti Optati Episcopi libri numero VII. vel gesta purgationis Cæciliani Episcopi et Felicis ordinatoris ejusdem.* Meminit eorundem Augustinus epist. clxii. ubi adnotat ea lecta non fuisse in collatione Carthaginensi, quia tempus non fuit. Vide etiam epistolam clxv. et lib. iii. contra Cresconium cap. 29. ubi fragmenta quædam istorum actorum describuntur.

Incipiunt Gesta ubi constat traditorem Silvanum, qui cum ceteris ordinavit Majorinum, cui Donatus successit.

CONSTANTINO Maximo Augusto et Constantino juniore nobilissimo Cæsare Cons. Idibus Decembribus, Sexto Thamugadiensi inducto, et applicito Victore Grammatico, adsistente etiam Nundinario diacono, Zenophilus vir clarissimus consularis dixit: Quis vocaris? Respondit: Victor. Zenophilus V. C. consularis dixit: Cujus conditionis es? Victor dixit: Professor sum Romanarum litterarum, Grammaticus Latinus. Zenophilus V. C. consularis dixit: Cujus dignitatis es? Victor dixit: Patre Decurione Constantiniensium, avo milite; in comitatu militaverat: nam origo nostra de sanguine Mauro descendit. Zenophilus V. C. consularis dixit: Memor fidei et honestatis tuæ simpliciter designa quæ causa fuerit dissensionis inter Christianos. Victor dixit: Ego dissensionis originem nescio: unus sum de populo Christianorum. Siquidem cum essem apud Carthaginem, * Secundus episcopus cum Carthaginem tandem aliquando venisset, dicuntur invenisse Cæcilianum episcopum † nescio quibus non recte constitutum; illi contra alium instituerunt. Inde illic apud Carthaginem cepta dissensio est; et inde originem scire dissensionis plene non possum, quoniam semper civitas nostra unam ecclesiam habet, et si habuit dissensionem, nescimus omnino. Zenophilus V. C. consularis dixit: Silvano communicas? Victor respondit: Ipsi. Zenophilus V. C. consularis dixit: Cur ergo intermisso eo cujus innocentia purgata est? Et adjecit: Adseveratur præterea te aliud certissime scire, quod Silvanus traditor sit; de eo confitere. Victor respondit: Hoc nescio. Zenophilus V. C. consularis Nundinario diacono dixit: Negat se Victor scire quod Silvanus traditor

* (*for.* Secundus cum episcopus Carthaginem.)
qui sunt.)

† (*for.* nescio

sit. * Nundinarius diaconus dixit: † Scit ipse, num tradidit codices. Victor respondit: Fugeram ‡ hanc tempestatem; et, si mentior, peream. Cum incursum pateremur repentinæ persecutionis, fugivimus in montem Bellonæ: Ego sedebam cum Marte diacono; et Victor presbyter, cum ab eodem Marte quærentur omnes codices, negavit se habere: Tunc Victor dedit nomina omnium lectorum: Ventum est ad domum meam: Cum absens essem, ascensum est a magistratibus, et sublatis sunt codices mei: Cum ego venissem, inveni codices sublatis. Nundinarius diaconus dixit: Tu ergo respondisti apud acta, quoniam dedisti codices. Quare negantur hæc quæ prodi possunt? Zenophilus V. C. consularis Victori dixit: Simpliciter confitere, ne strictius interrogeris. Nundinarius diaconus dixit: Legantur acta. Zenophilus V. C. consularis dixit: Legantur. Et dedit Nundinarius, et exceptor recitavit. “ Dioeletiano
 “ VIII. et Maximiano VII. Consulib. XIV. Kalendas Junias, ex
 “ actis Munatii Felicis flaminis perpetui curatoris coloniae
 “ Cirtensium. Cum ventum esset ad domum in qua Chris-
 “ tiani conveniebant, Felix flamen perpetuus a curator Paulo
 “ episcopo dixit: Proferte Scripturas legis, et si quid aliud
 “ hic habetis, ut est præceptum, ut jussioni parere possitis.
 “ Paulus episcopus dixit: Scripturas lectores habent, sed
 “ nos quod hic habemus, damus. Felix flamen perpetuus
 “ curator Paulo episcopo dixit: Ostende lectores, aut mitte
 “ ad illos. Paulus episcopus dixit: Omnes cognoscitis.
 “ Felix flamen perpetuus curator reipublicæ dixit: Non
 “ eos novimus. Paulus episcopus dixit: Novit eos Officium
 “ publicum, id est, Edusius et Junius exceptores. Felix
 “ flamen perpetuus curator reipublicæ dixit: Manente ra-

* (Recita illi gesta apud Zenophilum consularum, ubi Nundinarius quidam diaconus iratus Sylvano quod ab eo fuerit excommunicatus, hæc omnia iudicia prodidit, quæ certis documentis et responsonibus testium et recitatione gestorum et multarum epistolarum luce clarius constituuntur. S. Augustinus Epist. cxxv. nunc LIII. §. 4. p. 122. Tomi II. edit. Paris. Operum Augustini.)

† (for. Scit, ipse enim t. vid. infra.)

‡ (for. hac tempestate.)

a (for. addenda hic et infra vox reipublicæ.)

" tione de lectoribus, quos demonstrabit Officium, vos quod
 " hic habetis date. Sedente Paulo episcopo, Montano et
 " ^b Victore Deusatelio et Memorio presbyteris, adstante
 " Marte cum Helio et Marte diaconis, Marcuelio, Catullino,
 " Silvano, et Caroso subdiaconis, Januario, Meraelo, Fruc-
 " tuoso, Miggine, Saturnino, Victore Samsurici, et ceteris
 " fossoribus, contrascribente Victore Aufidii, in brevi sic:
 " Calices duo aurei, item calices sex argentei, urceola sex
 " argentea, cucumellum argenteum, lucernæ argenteæ sep-
 " tem, ^c cereofala duo, candelæ breves æneæ cum lucernis
 " suis septem, item lucernæ æneæ undecim cum catenis
 " suis, tunicæ muliebres LXXXII. maforteæ XXXVIII. tunicæ
 " viriles XVI. caligæ viriles paria XIII. caligæ muliebres paria
 " XLVII. eoplæ rusticanae XIX. Felix flamen perpetuus cu-
 " rator reipublicæ Marcuelio, Silvano, et Caroso fossoribus
 " dixit: Proferte hoc quod habetis. Silvanus et Carosus
 " dixerunt: Quod hic fuit, totum hoc eiecimus. Felix
 " flamen perpetuus curator reipublicæ Marcuelio, Silvano,
 " et Caroso dixit: Responsio vestra actis hæret. Postea-
 " quam perventum est in bibliothecam, inventa sunt ibi
 " armaria inania. Ibi protulit Silvanus capitulatam ar-
 " genteam et lucernam argenteam, quod diceret se post
 " oream eas invenisse. Victor Aufidii Silvano dixit: Mor-
 " tuus fueras, si non illas invenisses. Felix flamen pepe-
 " tuus curator reipublicæ Silvano dixit: Quære diligentius,
 " ne quid hic remanserit. Silvanus dixit: Nihil hic re-
 " mansit, totum hoc eiecimus. Et cum apertum esset tri-
 " clinium, inventa sunt ibi dolia IV. et oreæ sex. Felix
 " flamen perpetuus curator reipublicæ dixit: Proferte Scrip-
 " turas quas habetis, ut præceptis Imperatorum et jussioni
 " parere possitis. Catulinus protulit codicem unum perni-
 " mium majorem. Felix flamen perpetuus curator reipub-
 " licæ Marcuelio et Silvano dixit: Quare unum tantummodo

^b Victore de Castello, apud Augustin. (contra Cresconium III 29.) ^c (ce-
 reostata legend. monuit Semlerus.)

“ codicem dedistis? Proferte Scripturas quas habetis. Ca-
 “ tulinus et Marceilius dixerunt: Plus non habemus, quia
 “ subdiacones sumus: sed lectores habent codices. Felix
 “ flamen perpetuus curator reipublicæ Marcelio et Catu-
 “ lino dixit: Demonstrate nobis lectores. Marceilius et
 “ Catulinus dixerunt: Non scimus ubi maneant. Felix
 “ flamen perpetuus curator reipublicæ Catulino et Marce-
 “ lio dixit: Si ubi manent non nostis, nomina eorum di-
 “ cite. Catulinus et Marceilius dixerunt: Nos non sumus
 “ proditores. Ecce sumus, jube nos occidi. Felix flamen
 “ perpetuus curator reipublicæ dixit: Recipiantur. Et cum
 “ ventum esset ad domum Eugenii, Felix flamen perpetuus
 “ curator reipublicæ dixit Eugenio: Profer Scripturas quas
 “ habes, ut præcepto parere possis: et protulit codices qua-
 “ tuor. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ Silvano
 “ et Caroso dixit: Demonstrate ceteros lectores. Silvanus
 “ et Carosus dixerunt: * Jam dixit episcopus quia Edusius
 “ et Junius exceptores omnes noverunt. Ipsi tibi demon-
 “ strant ad domus eorum. Edusius et Junius exceptores
 “ dixerunt: Nos eos demonstramus, Domine. Et cum ven-
 “ tum fuisset ad domum Felicis sarsoris, protulit codices
 “ quinque. Et cum ventum esset ad domum Victorini, pro-
 “ tulit codices octo. Et cum ventum fuisset ad domum
 “ Projecti, protulit codices v. majores, et minores duos.
 “ Et cum ad grammatici domum ventum fuisset, Felix
 “ flamen perpetuus curator Victori grammatico dixit: Pro-
 “ fer Scripturas quas habes, ut præcepto parere possis.
 “ Victor grammaticus obtulit codices II. et quiniones qua-
 “ tuor. Felix flamen perpetuus curator Victori dixit: Profer
 “ Scripturas, plus habes. Victor grammaticus dixit: Si
 “ plus habuissem, dedissem. Et cum ventum fuisset ad
 “ domum Euticii Cæsarianensis, Felix flamen perpetuus
 “ curator Euticio dixit: Profer Scripturas quas habes, ut
 “ præcepto parere possis. Euticius dixit: Non habeo.

* (Vid. supra pag. 322.)

“ Felix flamen perpetuus curator Euticio dixit: Professio
 “ tua actis hæret. Et cum ventum fuisset ad domum Cod-
 “ deonis, protulit uxor ejus codices sex. Felix flamen per-
 “ petuus curator reipublicæ dixit: Quære, ne plus habeatis;
 “ profer. Mulier respondit: Non habeo. Felix flamen per-
 “ petuus curator reipublicæ Bovi servo publico dixit: In-
 “ tra, et quære, ne plus habeat. Servus publicus dixit:
 “ Quæsivi, et non inveni. Felix flamen perpetuus curator
 “ reipublicæ Victorino, Silvano, et Caroso dixit: Si quid
 “ minus factum fuerit, vos contingit periculum.” Quibus
 lectis, Zenophilus V. C. consularis Victori dixit: Confitere
 simpliciter. Victor respondit: Non fui præsens. Nundi-
 narius diaconus dixit: Legimus epistolas episcoporum factas
 a Forte*: et legit exemplar libelli traditi episcopis a Nun-
 dinario diacono. “ Testis est Christus et angeli ejus, quo-
 “ niam tradiderunt quibus communicastis, id est, Silvanus
 “ a Cirta traditor est, et fur rerum pauperum. Quod om-
 “ nes vos episcopi, presbyteri, diacones, seniores, scitis, et
 “ de quadringentis † follibus Lucillæ clarissimæ feminæ,
 “ ‡ pro quo vobis conjurastis ut fieret Majorinus episcopus:
 “ et inde factum est schisma. Nam et Victor fullo vestri
 “ præsentia et populi dedit folles viginti ut factus esset
 “ presbyter. Quod scit Christus et angeli ejus.” Et reci-
 tatum est exemplum epistolæ. “ § Purpurius episcopus Sil-
 “ vano coëpiscopo in Domino salutem. Venit ad me Nun-
 “ dinarius diaconus filius noster, et petiit has litteras
 “ deprecatorias a me ad te, sanctissime, dirigerem, ut si
 “ fieri posset, pax inter te et ipsum sit. Hoc enim volo
 “ fieri, ut nemo sciat quid inter nos agatur. Si volueris,
 “ scripto tuo ^d agatur, ut et ego solus ^e ibi in re præsentia
 “ veniam, et dissensionem ipsam ^f de inter vos amputem.

* (*for. excidit, et reliquis. Vid. infra pag. 327.*)
 esse 250 denarios Gronovius. vid. Indicem.)
 vel, pro quo vos conju. et postea, vestra pro vestri.)
 Limata. Vid. de eo in *Actis Concilii Cirtensis.*)

† (*Follem docet*

‡ (*for. pro quibus conju.,*

§ (*Purpurius a*

^d (*for. dirigatur.*)

^e (*Vid. infra.*)

^f (*for. de ea.*)

“Manu sua enim mihi tradidit libellum rei gestæ, pro qua
 “causa tuo præcepto fuerit lapidatus. Non est verum ut
 “pater castiget filium contra veritatem; et scio quia vera
 “sunt quæ in libello mihi tradito sunt conscripta. Quære
 “remedium quomodo poterit ibi malignitas ista extingui
 “antequam flamma exurgat, quæ post demum extingui
 “non poterit sine sanguine spiritali. Adhibete conclericos
 “et seniores plebis ecclesiasticos viros; et inquirent dili-
 “genter quæ sunt istæ dissensiones, ut ea quæ fiunt se-
 “cundum fidei præcepta fiant. Non declinabis ad dextram
 “vel ad sinistram. Libenter autem aurem commodare
 “noli malis instructoribus, qui nolunt pacem. Omnes nos
 “occiditis.” *et alia manu.* “Vale.” Item et exemplum
 epistolæ. “Purpurius episcopus clericis et senioribus Cir-
 “tensium in Domino æternam salutem. † Clamat Moyses
 “ad omnem senatum filiorum Israel, dixitque illis, quæ
 “Dominus jubeat fieri; sine consilio seniorum nihil age-
 “batur. Itaque et vos, carissimi, quos scio omnem sapi-
 “entiam cœlestem et spiritalem habere, omni vestra vir-
 “tute cognoscite quæ sit dissensio hæc, et perducite ad
 “pacem. Dicit enim Nundinarius diaconus, quod nihil vos
 “lateat, unde hæc dissensio est inter carissimum nostrum
 “Silvanum et ipsum. Tradidit enim mihi libellum in quo
 “omnia sunt conscripta. Dixit enim et vos non latere.
 “Ego § scio quia auris non est. Bonum quærite reme-
 “dium quomodo extinguatur hæc res sine periculo animæ
 “vestræ; ne subito cum personam accipitis, in iudicio
 “veniatis. Justum iudicium inter partes iudicato secun-
 “dum gravitatem vestram et justitiam. Cavete vobis ne
 “declinetis in dexteram neque in sinistram. Dei res agitur,
 “qui scrutatur cogitationes singulorum. Elaborate nemo
 “sciat quæ sit conjuratio hæc. † Vestra sunt quæ libello

† Exod. xix. 7. § (*for. sileo, ed. Dupin. Anne scribend. Ego scio quia
 verus est. Non est bonum. Quærite &c. ? Confer verba initio paginae, et
 quæ paulo post sequuntur.*) † *for. Vera, Baluz.*

“ continentur. non est bonum. Dicit enim Dominus: ⁱ *Ex ore tuo condemnaberis, et ex ore tuo justificaberis.*” Item alia recitata. “Silvano fratri carissimo Fortis in Domino æternam salutem. Venit ad me filius noster Nundinarius diaconus, et retulit ea quæ inter te et illum contigerunt per malivoli intercessum, qui vult animas justorum a via veritatis avertere. Cum hæc audirem, mente defectus sum, quod talis dissensio inter vos venit. Dei enim sacerdos ut ad hoc veniat quod non nobis expediat, ^k fiat. Nunc ergo petite eum ut, quod potest, cum ipso pax Domini salvatoris Christi sit. Non ad publicum veniamus et a gentibus damnemur. Scriptum est enim: ^l *Videte ne dum mordetis, et causamini in invicem, ab invicem consumamini.* Ergo peto Dominum ut tollatur de medio nostrum hoc scandalum, ut possit res Dei cum gratiarum actione celebrari, Domino dicente: ^m *Pacem meam do vobis. pacem meam relinquo vobis.* Quæ pax poterit esse ubi dissensio et æmulationes sunt? * Nam cum ego a milite essem ass separatus et in illo venissem, cum injuria tali, Deo commendavi animam meam, et remisit tibi, quia Deus videt mentes hominum et eorum, sive a te ad illos perductus sum, sed Deus nos liberavit, et tecum servimus. Ergo, sicuti dimissum est nobis, et vos reconciliamini paci, ut in nomine Christi possimus cum gaudio ⁿ pacem celebrare. Nemo sciat.”... Fratribus et filiis, clero et senioribus, Fortis in Domino æternam salutem. Venit ad me filius meus Nundinarius diaconus vester, et retulit ^o de ea quæ contra vos sunt gesta; necnon utique a vobis debuit componi, ne ventum esset ut talem insaniam passi, ^p a quibus lapidarentur pro

ⁱ Matth. xii. 37. ^k (for. fit, vel, ne fiat.) ^l Gal. v. 15. ^m Joan. xiv. 27. ⁿ for. pascha, ut infra, Baluz. ^o (for. retulit ea, quæ inter vos. Vid. supra lin. 5.) ^p for. a gentibus. (Vid. supra et infra.)

* (Verba usque ad, a te ad illos perductus sum, quorsum spectent, aut pertineant, haud intelligo.)

“ veritate, ^q quod et vos et nos scimus, sicuti nobis retulistis ;
 “ et scriptum est : ^r *Non est sapiens quisquam inter vos qui*
 “ *possit judicare inter fratres ? sed frater cum fratre judi-*
 “ *catur, et hoc apud infideles : sicuti vos, cum in judicio con-*
 “ *tenditis. Sic ad hoc exilitum est ut gentibus demus tale*
 “ *exemplum, ut qui per nos Deo credebant, ipsi nobis male-*
 “ *dicant, cum ad publicum pervenimus ? Ergo, ne ad hoc*
 “ *veniatur, vos, qui spirituales estis, facite ut nemo sciat, ut*
 “ *cum pace pascha celebremus ; et hortemini eos paci re-*
 “ *conciliari, et dissensio non sit, ne cum ad publicum ventum*
 “ *fuerit, incipiatis et vos periclitari, si hoc factum fuerit, et*
 “ *postea vobis imputetis. ^s Dabitur quamplurime tu pos-*
 “ *essor Donati presbyter, singuli Valeri et Victor, qui*
 “ *omnia scitis, actutum date operam ut pax sit vobiscum.”*
 Item alia recitata. “ Fratri Silvano Sabinus in Domino
 “ æternam salutem. Pervenit ad nos Nundinarius filius
 “ tuus, non tantum ad me, sed et ad fratrem nostrum For-
 “ tem, fortem et gravem querelam referens. Miror gravi-
 “ tati tuæ, sic te egisse cum filio tuo, quem tu nutristi et
 “ ordinasti. Si enim ædificium terræ structum sit, non ad-
 “ ditur quid eceleste, quod per manum sacerdotis ædificatur.
 “ Sed non est tibi mirandum, Scriptura dicente : ^t *Perdam*
 “ *sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo.*
 “ Et iterum dicit : ^u *Potius dilexerunt homines tenebras magis*
 “ *quam lucem, sicuti et tu facis. Sufficiat vobis omnia scire ;*
 “ *super quod et frater noster Fortis tibi scripsit. Nunc*
 “ *petierim de caritate tua, frater benignissime, ut suppleas*
 “ *dictum Esaiæ prophetæ : ^x Expellite malignitatem de ani-*
 “ *mis vestris, et venite, disputemus, dicit Dominus. Et ite-*
 “ *rum : ^y Projicite malum de medio vestrum. Sic et tu fac.*
 “ Subjuga et averte seditiones, quæ noluerunt esse pacem
 “ inter te et filium tuum. Sed filius tuus Nundinarius in

^q (for. quam.) ^r 1 Cor. vi. 5, 6. ^s (for. Dabis quamplurimum
 tu possis, Donti, vid. infra.) ^t 1 Cor. i. 19. ^u Joan. iii. 19.
^x Isa. i 16, 18. ^y 1 Cor. v. 13.

“pace tecum pascha celebret, ne res ad publicum veniat
 “præterea, jam omnibus nobis nota. Rogaverim te, frater
 “benignissime, mediocritatis meæ compleas petitionem.
 “Nemo sciat.” Item alia recitata. “Fratrī Forti Sabinus
 “in Domino æternam salutem. Quæ sit * caritas juxta
 “omnes collegas, certus sum peculiariter; tamen secundum
 “Dei voluntatem, y qui dixit, *Quosdam diligo super animam*
 “*meam*, Silvanum te coluisse certus sum. Quare non dubi-
 “tavi hæc scripta ad te dare, quia z scripta tua ad eum facta
 “dari feci propter nomen Nundinarii; a et qui impigre agit,
 “semper res Dei impetu procedit. Ne præendas excu-
 “sationem; occupatio namque nos diebus istis stringit,
 “et incunctanter commovet circa hæc usque ante diem
 “solemnissimum paschæ; ut per te fiat pinguißima pax, ut
 “digni coheredes Christi inveniamur, qui dixit: b *Pacem*
 “*meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*. Et iterum
 “peto ut facias.” *Et alia manu*. “Opto te in Domino bene
 “valere et nostri memorem esse. Vale. Sed rogo te, nemo
 “sciat.” Quibus lectis Zenophilus V. C. consularis dixit:
 Ex actis et literis quæ recitatæ sunt, traditorem constat
 esse Silvanum. et Victori dixit: Simpliciter confitere utrum
 scias eum aliquid tradidisse. Victor dixit: Tradidit, sed
 non me præsentē. Zenophilus V. C. consularis dixit:
 Quid administrabat tunc Silvanus in clero? Victor re-
 spondit: Sub Paulo episcopo orta est persecutio, et Sil-
 vanus subdiaconus fuit. cNundinarius diaconus respondit:
 Quando ventum est illic, ait, ut factus esset episcopus, re-
 spondit populus: Alius fiat, exaudi Deus. Zenophilus
 V. C. consularis Victori dixit: Dictum est a populo, Sil-
 vanus traditor? Victor dixit: Ego ipse luctatus sum d epi-
 scopus. Zenophilus V. C. consularis Victori dixit: Ergo
 sciebas traditorem? De hoc confitere. Victor respondit:

* (*for. caritas tua; ...*)

y (*Nescio ubi.*) z (*Vid. supra pag. 327.*) a *for. ei.* b Joan. xiv. 17.
 c (*vel, deest aliquid, vel, dixit pro respondet ponendum.*) d (*for. ne
 fieret episcopus.*)

Traditor fuit. Nundinarius diaconus dixit: Vos seniores clamabatis: Exaudi Deus, civem nostrum volumus, ille traditor est. Zenophilus V. C. consularis Victori dixit: Clamasti ergo cum populo quod traditor esset Silvanus, et non deberet fieri episcopus? Victor dixit: Clamavi et ego et populus; nos enim civem nostrum petebamus integrum virum. Zenophilus V. C. consularis dixit: Qua causa putabatis eum non mereri? Victor dixit: Integrum petebamus, et civem nostrum: ^d Sciebam enim causam Imperatorum (*for.* ante Imperatores *Baluz.*) ad hoc nos esse venturos, dum ^{*} enim talibus committitur. Item inductis et adplicitis Victore Samsurici et Saturnino fossoribus, Zenophilus V. C. consularis dixit: Quis vocaris? Respondit: Saturninus. Zenophilus V. C. dixit: Cujus conditionis es? Saturninus respondit: ^e Fossor. Zenophilus V. C. consularis dixit: Silvanum scis esse traditorem? Saturninus dixit: Scio lucernam tradidisse argenteam. Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Quid aliud? Saturninus respondit: Aliud nescio, nisi quia ^f de post oream eam ejeicit. Et remoto Saturnino, Zenophilus V. C. consularis dixit adstanti: Et tu, quis vocaris? Respondit: Victor Samsurici. Zenophilus V. C. consularis dixit: Cujus conditionis es? Victor dixit: Artifex sum. Zenophilus V. C. dixit: Tabulam argenteam quis tradidit? Victor respondit: Non vidi; quod scio, hoc dico. Zenophilus V. C. consularis dixit Victori: Licet jam constiterit ex responsione eorum qui supra sunt interrogati, tamen tu confitere utrum Silvanus traditor sit. Victor dixit: ^g Secundo petito quomodo hoc dimisit, ut duceremur ad Carthaginem; ore ipsius episcopi audivi: “Data est mihi lucerna argentea, et capitulum lata argentea, et has tradidi.” Zenophilus V. C. Victori

^d (*Quid velint isthæc, nescio.*) ^e (*h. e. agricola.*) ^f (*for. ille. Vid. supra p. 223. l. 23.*) ^g (*for. A Secundo. Confer Acta Cirtensia apud Concil. Et fortasse sensu remittendi et condonandi verbum dimisit hic adhibetur. Silvanus, qui res sacras tradiderat, cum aliis duce Secundo contra Cæcilianum Carthaginem adiit.*)

Samsuriei dixit: A quo audisti? Victor dixit: A Silvano episcopo. Zenophilus V. C. consularis Victori dixit: Ab ipso audisti quod tradidisset? Victor dixit: Ab ipso audivi quod suis manibus tradidisset illas. Zenophilus V. C. dixit: Ubi audisti? Victor dixit: In basilica. Zenophilus V. C. consularis dixit: Apud Constantinam? Victor dixit: Ibi cœpit alloqui populum dicens: De quo dicunt me traditorem esse, de lucerna et capitulata? Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Quid aliud putas ex his esse quærendum? Nundinarius dixit: De cupis fisci, quis illas tulit. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Quas cupas? Nundinarius dixit: In templo Serapis fuerunt, et tulit illas Purpurius episcopus: acetum quod habuerunt, tulit illud Silvanus episcopus, Dontius presbyter, et Lucianus. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Sciunt id factum qui adsistunt? Nundinarius respondit: Sciunt. Diaconus Saturninus dixit: Dicebant majores nostri quia sublatae sunt. Zenophilus V. C. consularis dixit: A quo sublatae dicuntur? Saturninus dixit: A Purpurio episcopo, et acetum a Silvano et Dontio et Superio presbyteris et Luciano diacono. Nundinarius dixit: Viginti folles dedit, et factus est presbyter Victor? Saturninus dixit. ^h* Et cum diceret, Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Cui dedit? Saturninus dixit: Silvano episcopo. Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Ergo, ut fieret presbyter, Silvano episcopo viginti folles præmium dedit? Saturninus dixit: Dedit. Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Ante Silvanum positum est? Saturninus dixit: Ante cathedram episcoporum. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: A quo pecunia sublata est? Nundinarius dixit: Ipsi episcopi diviserunt eam inter se. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Donatum desideras exhiberi? Nundinarius dixit: Utique veniat,

^h (*for. dixit, Etiam. Et*)

de quo clamavit populus biduo post ⁱpare: Exaudi Deus, civem nostrum volumus. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Certe clamavit hoc populus? Respondit: Clamavit. Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Traditorem clamavit Silvanum? Saturninus dixit: Utique. Nundinarius dixit: Quando factus est episcopus, non illi communicavimus, quia dicebatur traditor esse. Saturninus dixit: Quod dicit, verum est. Nundinarius dixit: Vidi quia Mutus harenarius tulit eum in collo. Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Sic factum est? Saturninus dixit: Sic. Zenophilus V. C. consularis dixit: Vera sunt omnia quæ dicit Nundinarius, quia ab harenariis factus est episcopus Silvanus? Saturninus dixit: Vera Nundinarius dixit. prostibulæ illic fuerunt. Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Harenarii illum gestaverunt? Saturninus dixit: Ipsi eum tulerunt, et populus. Nam cives in area martyrum fuerunt inclusi. Nundinarius dixit: Numquid populus Dei ibi fuit? Saturninus dixit: In casa majore fuit inclusus. Zenophilus V. C. consularis dixit: Certe omnia quæ dicit Nundinarius, vera sunt? Saturninus dixit: Vera. Zenophilus V. C. consularis ^kdixit: Tu quid dicis? Victor dixit: Vera sunt omnia, Domine. Nundinarius dixit: Purpurius episcopus tulit centum folles. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: De quadringentis follibus quos putas interrogandos? Nundinarius dixit: Lucianus diaconus exhibeatur, quia ipse totum scit. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Iine sciunt? Nundinarius dixit: Non sciunt. Zenophilus V. C. consularis dixit: Exhibeatur Lucianus. Nundinarius dixit: Sciunt isti acceptos esse quadringentos folles; sed quia episcopi eos diviserunt, nesciunt. Zenophilus V. C. consularis ^lNundinario et Victori dixit: Scitis acceptos esse folles a Lucilla? Saturninus et Victor dixerunt: Seimus. Zenophilus

ⁱ for. pascha.^k (for. Victori dixit.)^l An Saturnino?

V. C. consularis dixit: Pauperes non acceperunt? Dixerunt: Nemo nihil accepit. Zenophilus V. C. consularis Saturnino et Victori dixit: Nihil de fano Serapis sublatum est? Saturninus et Victor dixerunt: Purpurius tulit cupas, et Silvanus episcopus et Dontius et Superius presbyteri et Lucianus diaconus tulerunt acetum. Zenophilus V. C. consularis dixit: Responsione Victoris grammatici et Victoris Samsurici et Saturnini claruit vera esse omnia quæ suggestit Nundinarius. Submoveantur et exeant. Zenophilus V. C. consularis dixit: Quos alios putas interrogandos? Nundinarius dixit: Castum diaconum, ut dicat si non est traditor. Ipse illum ordinavit. Et inducto et applicito Casto diacone, Zenophilus V. C. consularis dixit: Quis vocaris? Respondit: Castus. Zenophilus V. C. consularis Casto dixit: Cujus conditionis es? Castus dixit: Nullam dignitatem habeo. Zenophilus V. C. consularis Casto dixit: Licet nunc per Victorem grammaticum, quam etiam per Victorem Samsurici et Saturninum, venerunt in confessionem quæ Nundinarius objicit, tamen etiam tu confitere utrum traditor sit Silvanus. Castus respondit: Dicebat quod invenerit lucernam post orcam. Zenophilus V. C. consularis dixit Casto: Etiam de cupis de fano Serapis sublatis et aceto confitere. Castus respondit: Purpurius episcopus tulit cupas. Zenophilus V. C. consularis dixit: Acetum quis? Respondit Castus quod tulerunt inde acetum Silvanus episcopus, Dontius et Superius presbyteri. Zenophilus V. C. consularis Casto dixit: Confitere quot folles dedit Victor ut presbyter fieret? Castus dixit: Obtulit, Domine, sacellum, ^m et quid habuerit, nescio. Zenophilus V. C. consularis Casto dixit: Cui datum est sacellum? Castus dixit: Illò tulit eum in casa majore. Zenophilus V. C. consularis Casto dixit: Populo non est divisa pecunia? Castus respondit: Non est data, nec vidi. Zenophilus V. C. consularis Casto dixit: De follibus quos Lucilla dedit, populus ⁿ minutus nihil accepit? Castus dixit: Non vidi

^m (*for. sed*)ⁿ (*for. minutum*)

accipere neminem. Zenophilus V. C. consularis Casto dixit: Quo ergo pervenerunt? Castus dixit: Nescio. Nundinarius dixit: Utique vel audisti vel vidisti si dictum est pauperibus: Dat et vobis de re sua Lucilla. Castus dixit: Non vidi aliquem accipere. Zenophilus V. C. consularis dixit: Manifesta est Casti confessio quod folles quos Lucilla donavit, populo divisos esse nesciret; et ideo amoveatur. Et applicito Crescentiano subdiacono, Zenophilus V. C. consularis dixit: Quis vocaris? Respondit: Crescentianus. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Simpliciter sicut et ceteri, confitere utrum scias traditorem Silvanum. Crescentianus dixit: Priores qui fuerunt clerici, ipsi retulerunt singula. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Quid retulerunt? Crescentianus dixit: Referebant quod traditor esset. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Dixerunt illum traditorem? Et adjecit: Qui dicebant? Crescentianus dixit: Qui cum illo conversabantur in plebe, dixerunt quod aliquando tradidisset. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: De Silvano dicebant? Crescentianus dixit: Utique. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Cum factus fuisset episcopus, praesto fuisti? Crescentianus dixit: Praesens cum populo fui, inclusus in casa majore. Nundinarius diaconus dixit: Campenses et harenarii fecerunt illum episcopum. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Mutus harenarius certe eum sustulit? Dixit: Manifeste. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Cupas de fano Serapis seis esse sublatas? Crescentianus dixit: Plures dicebant quod Purpurius episcopus ipse sustulerit cupas; et acetum, quod ad senem nostrum Silvanum pervenisset, ° et filii Ælionis dicebant. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Quid audisti? Crescentianus dixit: Acetum sublatum a sene Silvano et Dontio et Superio presbyteris et Luciano diacono. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Ex quadringentis follibus quos Lucilla donavit, populus

° (*An delend. et?*)

aliquid accepit? Crescentianus dixit? Nihil inde nemo accepit; nescio, nec quis illos erogaverit. Nundinarius dixit: Aniculæ nunquam inde aliquid acceperunt? Crescentianus dixit: Nihil. Zenophilus V. C. consularis dixit: Certe quotiens aliquid tale donatur, omnes inde populares publice accipiunt. Crescentianus dixit: Non audivi vel vidi dedisse ^p illum aliquos. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Nihil ergo datum est de quadringentis follibus populo? Crescentianus dixit: Nihil. Utique pervenisset aliqua portiuncula ad nos. Zenophilus V. C. consularis dixit: Quo ergo sublatis sunt? Crescentianus dixit: Nescio. Nemo nihil accepit. Nundinarius dixit: Victor quot folles dedit ut fieret presbyter? Crescentianus dixit: Vidi allatos cophinos cum pecunia. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Cui dati sunt cophini? Crescentianus dixit: Episcopo Silvano. Zenophilus V. C. consularis dixit: Silvano dati sunt? Crescentianus dixit: Silvano. Zenophilus V. C. consularis dixit: Populo nihil datum est? Respondit: Nihil; necesse est ut et nos aliquid acciperemus, si distribuerentur sicut solet. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Quid aliud de Crescentiano putas esse requirendum? Nundinarius dixit: Ipsud est. Zenophilus V. C. consularis dixit: Quoniam de omnibus Crescentianus subdiaconus simpliciter confessus est, submoveatur. Item inducto et applicito Januario subdiacono, Zenophilus V. C. consularis dixit: Quis vocaris? Respondit

Cetera desunt.

Extant hæc pag. 91—106. vol. ii. *Miscell.* Steph. Baluzii, sed ex aliis edd. bis terque correctæ.

APPENDIX II.

S. PAMPHILI MARTYRIS
PRO ORIGENE APOLOGIA;
OPERISQUE DIONYSII ALEX.
DE NATURA RELIQUIÆ;
ET DIONYSIANA EXCERPTA
IN CATENA NICETÆ IN JOBUM
REPERTA.

S. PAMPHILI MARTYRIS APOLOGIÆ

PRO ORIGENE QUI SOLUS RESTAT LIBER
PRIMUS,

EX RUFINI INTERPRETATIONE LATINA.

*Ad Editionem Delarueanam Operum Originis, Parisiis
apud Debure 1759.*

DE Apologia S. Pamphili pro Origene, atque Rufiniana ejusdem Interpretatione, quid statuendum viris doctissimis videretur, supra in Annotationibus ad S. PAMPHILUM p. 50—54. exposui. Librum primum, quem solum Rufinus vertendo nobis servavit, hic representatum habes, plerumque omissis excerptis ex Origene, quæ tantum Latine supersunt. Origeniana autem, quæ non sine causa in hoc opere prætermittuntur, apud ipsum Origenem deprehendi possunt, expletia plus dimidio libelli. Neque huc adducere Admonitionem in eundem Delarueanam adeo necessarium videbatur.

IN APOLOGETICUM

SANCTI PAMPHILI MARTYRIS PRO ORIGENE

RUFINI PRÆFATIO AD MACHARIUM.

COGNOSCENTE veritatis amore permotus, o vir desideriorum Machari, injungis mihi rem, quæ tibi agnitæ veritatis gratiam conferat: mihi tamen non dubito quin offensam maximam comparet eorum, qui se læsos putant ab

eo qui de Origene non aliquid male senserit. Et quamvis non meam de eo sententiam, sed sancti martyris Pamphili sciscitatus sis, et librum ejus, quem pro Origene in Græco scripsisse traditur, transferri tibi poposceris in Latinum: tamen non dubito futuros quosdam, qui et in eo læsos se putent, si nos aliquid pro eo vel alieno sermone dicamus.

Quos tamen et ipsos deprecamur nihil præsumpto vel præjudicato animo agere: sed quoniam ad iudicium Dei venturi sumus, non refugiant scire quod verum est, ne forte ignorantes delinquant: sed considerantes quia falsis criminationibus percutere fratrum infirmorum conscientias, in Christum peccare est; ideo non accommodent criminatoribus aurem suam, nec ab alio discant alterius fidem, maxime cum coram experiri sit copia, et oris sui confessio quid vel qualiter unusquisque credit, ostendat. Sic enim scriptum est, quia ^a *corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem*: et, ^b *ex verbis suis unusquisque justificabitur, et ex verbis suis condemnabitur*. Qualiter ergo Origenes de singulis capitulis sanctarum scripturarum senserit, tenor libelli hujus edoceat. De his autem, quæ apud eum contraria sibi inveniuntur, quid causæ sit, in ultimo brevi adjectione docebimus. Nos autem, sicut traditum est nobis a sanctis patribus, ita tenemus, quod sancta Trinitas cœterna sit, et unius naturæ, uniusque virtutis, atque substantiæ; et quod Filius Dei in novissimo tempore homo factus est, et pro peccatis nostris passus est, et in ea ipsa carne, in qua passus est, resurrexit a mortuis, propter quod et resurrectionis spem humano generi tribuit. Carnis vero resurrectionem non per aliquas præstigias, sicut nonnulli calumniantur, dicimus: sed hanc ipsam carnem, in qua nunc vivimus, resurrecturam credimus; non aliam pro alia, nec corpus aliud, quam hujus carnis dicimus. Sive ergo corpus resurrecturum dicimus, secundum Apostolum dicimus; hoc enim nomine usus est ille: sive carnem dicimus, secundum traditionem symboli confitemur. Stulta enim adinventio calumniæ est, corpus humanum aliud pu-

^a Rom. x. 10.

^b Matt. xii. 37.

tare esse quam carnem. Sive ergo caro secundum communem fidem, sive corpus secundum Apostolum dicitur quod resurget, ita credendum est, sicut Apostolus definivit, ^c quia quod resurget, in virtute resurget, et in gloria; et incorruptibile resurget et spiritale corpus; quia ^d *corruptio incorruptionem non possidebit*. Salvis ergo his prærogativis futuri corporis vel carnis, resurrectio carnis credenda est integre atque perfecte, ut et natura carnis eadem servetur, et incorrupti ac spiritualis corporis status et gloria non infringatur. Sic enim scriptum est. Hæc in Hierosolymis in Ecclesia Dei a sancto sacerdote ejus Johanne prædicantur: hæc nos cum ipso et dicimus, et tenemus. Si quis præter hæc vel credit, vel docet, vel a nobis aliter credi quam exposuimus putat, anathema sit. Nostræ ergo fidei documentum si quis habere vult, habeat ex his; si quid autem aut legimus, aut ^e hujus nostræ fidei facimus ratione; secundum Apostolum ^e *probantes omnia, quod bonum est obtinentes, ab omni specie mala nos ^f abstinentes: et si qui hanc regulam sequuntur, pax super illos, et super Israel Dei.* Amen.

APOLOGIA

SANCTI PAMPHILI MARTYRIS PRO ORIGENE.

PREFATIO.

Ad Confessores ad metalla Palæstinæ damnatos.

Nihil mirum, fratres, videmini mihi esse perpassi, quod ita vos Origenis subterfugit intellectus, ut vos quoque ea aestimetis de illo, quæ et alii nonnulli: qui sive per imperitiam sui, qua non valent sensus ejus altitudinem conueri; sive pravitate mentis, qua studium gerunt non solum

^c 1 Cor. xv. 42. et seq.

^d Ib. v. 50.

^e 1 Thess. v. 21, 22.

^f MS. Sorbonicus, abstinemus.

^g Galat. vi. 16.

^{*} (*for. accidit, scribimus.*)

dicta ejus ineusare, verum etiam adversus eos qui hæc legunt hostiles inimicitias sumere, tam pertinaciter id *agentes, ut nulla prorsus venia eos dignos haberi putent, ne ea quidem, quam impertire solent, verbi gratia, his qui vel Græcorum sæcularium libros, vel nonnunquam etiam hæreticorum, percunctandi atque agnoscendi studio decurrunt. Sibi solis scilicet concedi debere peritiam probandi sermonis putant, ut si quid bene ab aliquo dictum est, retinere sciant, ab omni autem specie mala abstinere se noverint; ab his vero qui Origenis libros legunt, istud penitus exclusum putant esse mandatum, quo probabiles jubentur effici trapezitæ scientes, ^h quod bonum est retinere, ab omni autem specie mala se abstinere: sed tantummodo si quis legere libros illius visus fuerit, statim ab his hæreticorum perfundetur infamia. Denique cum multis honestæ vitæ et religiosi propositi viris in quibus nihil prorsus culpæ inveniunt, inimicitias propter hoc solum habent, si eorum studium circa memorati viri libros propensius esse perspexerint, invidiosius etiam ista fingentes, quod ab his in loco sanctorum Apostolorum vel Prophetarum tam ipse quam dicta ejus habeantur. Sed de hoc certum non habeo utrum calumniandi voto tantummodo ista factitent, an etiam ab aliquibus simplicioribus, et propensiore affectu diligentibus virum, aliquando fortassis tale aliquid audierint.

Nos tamen perspicimus frequenter ea quæ ab eo cum magno timore Dei et cum omni humilitate dicuntur, cum veniam petit pro his quæ per nimiam discussionem, et per multam scrutationem Scripturarum animo disputantis occurrunt: quæ cum exponit, frequenter addere solet et profiteri, se non hæc quasi definitiva pronunciare sententia, nec statuto dogmate terminare, sed inquirere pro viribus, et sensum discutere Scripturarum, nec tamen profiteri quod integre perfecteque comprehenderit; suspicari magis

* (*for. agunt*)

^h 1 Thess. v. 21, 22.

se de quamplurimis dicens, nec tamen certum esse quia in omnibus quod perfectum est et integrum assecutus sit. Sed et nonnunquam invenimus eum de multis hæere se profitentem, in quibus ea quidem quæ in quæstionem veniunt movet, nec tamen eorum absolutiones adjungit, sed cum omni humilitate et veritate non erubescit fateri hæc sibi non liquere. Audivimus etiam illud ab eo frequenter intexi, quod hodie ne isti quidem ipsi imperitissimi omnium obtrectatores ejus dicere ⁱ dedignantur, ut si quis melius de his locis quæ ille disseruit, dixerit vel exposuerit, illi potius qui rectius dixerit, quam sibi esset auscultandum. Præterea comprehendimus eum nonnunquam diversas expositiones ejusdem capituli facere; et cum omni reverentia, quasi qui sciat se de sanctis Scripturis dicere, cum multa quæ sibi occurrerunt exposuerit, præcipit his qui legunt, probare de singulis quæ dixerit, et quod rectius prudens lector judicaverit obtinere: profecto quia nec ipsum latebat quod non omnia quæ moverat vel discusserat, probabilia vel fixa haberi deberent, pro eo quod multa mystica in Scripturis sanctis et in secreto recondita esse credantur. Illud denique ejus si intentius advertamus, quam integre et catholice de omnibus tractatibus suis in Præfatione eorum librorum quos in Genesim scribit, protestatus est, omnem ejus sensum ex hoc facile cognoscemus.

ORIGENES. “* Nisi omnimodis ^k pigri essemus, ac desides, “ ne ad inquirendum quidem † accedere, Domino et Salvatore nostro ad hoc nos provocante, profecto revocassemus pedem, considerantes quod longe simus ab ea “ magnitudine spiritalis intelligentiæ, qua de tam magnis “ rebus ‡ investigari debeat intellectus.”

PAMPHILUS. Et paulo post ait: ORIGENES. “ Si cui “ vero in disceptatione profundum aliquid occurrerit, de

ⁱ MS. Regius, *dignantur*. ^k MSS. *pigri essent*, al. *quidam p. essent*.
al. *p. essent ingenii*.

* (*Positum videtur nisi pro si non.*)

† (*for. accedentes.*)

‡ (*for. investigare*)

“ hoc dicendum quidem est, sed non cum omni affirma-
 “ tione. Hoc enim aut temerarii hominis est, et ejus qui
 “ sensum humanæ infirmitatis perdiderit, oblitusque sui
 “ sit: aut certe perfectorum virorum et eorum qui con-
 “ fidenter se sciunt ab ipso Domino Jesu didicisse, id est,
 “ a Verbo veritatis, et ab ipsa Sapientia per quam omnia
 “ facta sunt, agnovisse: vel eorum qui divina responsa,
 “ ingressi turbinem et caliginem ubi Deus ipse est, coelitus
 “ acceperunt, in quod vix ille Moyses ingressus vel intelli-
 “ gere talia potuit vel proferre. ¹ Nos vero pro eo solo quod
 “ ^mmediocriter licet, credimus tamen Domino Jesu, et ejus
 “ gloriamur esse discipuli; nec tamen audemus dicere quod
 “ facie ad faciem ab ipso traditam susceperimus intelli-
 “ gentiam eorum, quæ in divinis libris referuntur: quæ
 “ quidem certus sum quod ne ipse quidem mundus ⁿpro
 “ virtute ac majestate sensuum capere potest.

“ Propter quod pronuntiare quidem de his quæ dicimus,
 “ sicut Apostoli potuerunt, non audemus: in eo autem
 “ gratias agimus, quod cum multi imperitiam suam ne-
 “ sciant, et motus suos incompositos et inordinatos, inter-
 “ dum etiam et ineptos et fabulosos, cum omni intentione,
 “ sicut sibi videntur, quasi verissima assertionem annun-
 “ tiant, nos de rebus magnis, et his quæ supra nos sunt,
 “ ignorantiam nostram non ignoramus.”

PAMPHILUS. Cum ergo hæc eum de se dicere audiamus,
 et hujusemodi mente ac voto quæ dicit asserere, miramur
 in tantum temeritatis aliquos esse provecos, ° ut qui se
 ita humilitate judicat, adstruant quod ab aliis dicta ejus
 vel libri pro sermonibus Apostolicis vel dictis propheticis
 habeantur, aut quod ille ipse vel Prophetis vel Apostolis
 ab aliquo comparetur. Et quidem quod et honore presby-
 terii in ecclesia præditus fuerit, et vitam abstinentissimam
 egerit, et valde philosophicam, quodque puram religionis
 observaverit disciplinam, et præ cæteris verbo Dei et doc-

¹ (*for. Nobis*)

ⁿ Joan. xxi. 25.

^m (*for. mediocre est,*)

^o (*for. ut ei qui.*)

trinæ operam dederit, nulli dubium est et ex his quæ ad nos laboris, et studii ejus certissima designantur indicia: præcipue vero per eos tractatus, quos pene quotidie in Ecclesia habebat extempore, quos et describentes notarii ad monumentum posteritatis tradebant. Consequens igitur erat, ex his omnibus laborum et studiorum suorum testimoniis amplecti talem virum: et neque defensionis studio plus dare ei meriti quam mensura deposcit, neque rursus obtrectandi vitio facile condemnare, et alienum ab ecclesiastica doctrina temere pronuntiare: cum utrumque istud præcipitium providens ante divinus sermo prohibuerit dicens: ^k *Non sit in te mensura major, neque mensura minor. Abominabile est enim in conspectu Domini utrumque.* Unicuique enim, prout dignum est, tribuere, justitiæ hoc proprium est. Propter quod et mensura integra et pondus æquale acceptabile est apud Deum; non hoc quod mentitur veritatem, per quod vel plus donatur rebus quam merita exposeunt, vel subtrahitur meritis quod debetur. Quanto rectius agerent obtrectatores isti, si absque ulla animi præventionem, cum omni religione veritatis, quam omnibus proximis nostris cum caritate jubemur expendere, intelligerent et ipsum unum de proximis esse quibus caritatem ex mandato debemus, et assumptos libros ejus legerent cum ea venia, quam ipse in Præfationibus suis deposcit, sicubi venia dignum aliquid invenirent. Nunc vero e contrario videas eos maledictis quidem probrisque * mihi non parcere; eos vero qui scripturarum intelligendarum secundum mandatum Domini et Salvatoris nostri, studium gerunt, a lectione librorum ejus deterrere; quælibet etiam alia inepta, etiam nihil profutura, potius quam illius Commentarios legi debere affirmantes.

In quibus sæpe etiam ridiculi aliquid pati solent. Nam ut eorum contentiosa præsumptio, vel ut verius dicam, præ-

^k Prov. xx. 10.

* (for. ipsi.)

judicata vesania facilius declaretur, accidere solet vel casu, vel interdum studio, ut nomine in codice non prætitulato legatur aliquid ipsius in auribus obtrectatorum quasi alterius tractatoris. Quod tamdiu placet et laudatur, atque in omni admiratione habetur, quamdiu nomen non fuerit indicatum. At ubi Origenis cognita fuerint esse quæ placebant, statim displicent, statim hæretica esse dicuntur: et ea quæ paulo ante ad cælum usque ferebantur, iisdem vocibus eademque lingua usque ad inferos demerguntur. Præterea etiam illud est invenire, quod nonnunquam tales sunt accusatores ejus, qui nec Græcam noverint linguam: alii omnimodis imperiti: nonnulli etiamsi aliquid videntur habere peritiæ, non tamen etiam id studii habuisse inveniuntur, ut libris ejus operam dederint; aut si acciderit ut etiam legerint, non continuo etiam tantæ eruditionis fuerint, ut altitudinem sensus ejus assequi quiverint, quo ea quæ ille diverso prospectu pro locis et causis disserere solet, advertere valuerint. Multos invenias quos si interrogas in quibus libris, aut in quibus locis dicta sint hæc quæ arguunt, confitentur se quidem nescire ea de quibus affirmant, nec legisse unquam, audisse autem alios dicentes. Ex quo cuivis plena ridiculi sententia eorum videbitur, cum de his judicant atque ea condemnant, quæ nec discere quidem prius ac nosse potuerunt. In alios vero novi furoris morbus et inauditæ labes incessit insanix, cum tam multa ejus volumina referta totius utilitatis et instructionis habeantur, et satis rara et perpauca forte loca sint, in quibus vel imperitiores quique, vel, quod verius, malevoli posse sibi videantur offendi: omnia quidem illa quæ et catholica, et ad ædificationem animæ, atque ad scientiæ instructionem etiam ipsi apta fatentur, omittunt et negligunt; nec aliquid inde unde possunt et debent ¹ proficere; ea vero sola quæ ad calumniam proficiant, summo studio ediscunt: ut qui boni nihil unquam forte didicerunt, hæc

¹ MS. Sorbon. *proficere assumunt.*

quæ ipsi non esse bona dicunt, apprime memoriæ retinenda commendent: quo videlicet promptius ea proferentes, exercitatus valeant concinnare calumnias. Aliud quoque est genus hominum fœdum sane et turpe, quantum ad probitatem pertinet morum, sed ad calumniandum vehementius et tetrius ad incusandum, quos Græci φαγολοιδόρους appellarunt: qui summum quidem studium, sed et satis intentam operam libris ejus dederunt, ita ut et magistro eo in omnibus uterentur, et se ei tanquam speciales discipulos manciparent; sed ubi ad id loci ventum est, ut jam se magistros malint quam discipulos nominari, ubi auditoris plausus sectari * cœptus est, ibi si forte aliquis audientium quæ laudantur, Origenis esse obmurmuraverit, ne vel † laude cedant magistro, vel culpæ ‡ judicio, alienum esse Origenem continuo protestantur, nihil sibi cum ipsius doctrina commune esse confirmant. Anathema quoque dicere eum non dubitant improbe, et inferre maledicta non parcunt; ne illum quidem Apostolicum sermonem verentes, ^m quo designat, quia *maledici regnum Dei non possidebunt*. In tantum autem horum de quibus supra diximus, progressa malitia est, ut quidam etiam conscribere adversus eum ausi sint, et libellis editis derogare ei viro, qui per tot annos magister Ecclesiæ fuit, qui in Ecclesia Catholica senuit; qui adversus eas hæreses quæ illo tempore Ecclesiam impugnabant, ita constanter, ita fortiter dimicavit, ut omnia eorum diabolicæ machinationis fundamenta subverterit; non studiorum laborem, non § continentiæ, non institutionis, non humilitatis, quæ super cæteras omnes virtutes ejus maximam gratiam continet, non illud certe considerantes quod presbyterii dignitate in Ecclesia honoratus est. Quæ si omnia ad revocandam linguam, compri-

^m 1 Cor. vi. 10.

* (for. cœptum)

† (for. laudi cedant, h. e. ea quæ lauduntur)

‡ (for. judicio suo, h. e. ob Origenem afferendum.)

§ (continentiam—

institutionem—humilitatem)

mendumque sermonem sufficere non possunt, illud saltem contemplari debuerant, quantam ridendi materiam Gentilibus, quantamque hæreticis præbeant; cum eos quos assertores Christiani dogmatis et defensores putabant, confutari nunc videant, et refelli a propriis; et velut civili bello gaudeant impugnatum, quem ipsi hostiliter impugnare non poterant. Quoniam ergo quamplurimi ex simplicioribus quibusque fratribus a supra dictis læduntur, non solum de his qui de ipso male sentiunt, sed etiam de his qui studio scientiæ et intelligendarum Scripturarum inter cæteros libros etiam ipsius scripta conspiciunt; ita ut vos quoque ipsi in dubium veneritis; ne forte vel multitudini vel auctoritati calumniatorum fides debeat adhiberi de his quæ passim sine ullo respectu diffamantur: visum nobis est, primo quidem curare suspicionem vestram; simul etiam per occasionem vestri, omnium qui ei obtrectant confutare calumnias. Quod ita nobis prosequi rectius visum est, ut non nostris verbis et assertionibus defensionem paremus, sed ex suis propriis vocibus, quibus ipse aliena sibi hæc esse, quæ isti objiciunt, proprio sermone testatur, id est, omne quicquid præter fidem Catholicam prædicatur: quia si nostris verbis hæc asserere velimus, suspiciosum videri forte possit; eo quod nos amore ejus si quid ipse prave senserit celaverimus. Ubi autem ejus ipsius qui accusatur vocibus utimur, et ad omnes objectiones accusatorum suis verbis eum, non nostra assertionem defendimus; quæ ultra relinqui potest criminationis occasio, * saltem his ipsis qui non veri studio, sed velut libidine quadam culpandi semper agitantur? Et quoniam de eo nunc sermo est, qui utique apud homines defunctus est, quid apud omnes judices pro defuncto fortius et firmius valere debet, quam et litteræ et scripta defuncti?

Incipientes igitur indiciis scriptorum suorum ostendere

* (Saltem inusitate scriptum pro solum, vide *Lexica*.)

quid de singulis senserit, ex his præcipue libris testimonia congregabimus, quos accusatores ejus quam maxime criminantur, id est, quos per spatium et quietem in secreto conscripsit, hos enim asserunt maxime a prædicatione Ecclesiastica discrepare: ex his præcipue libris quos $\pi\epsilon\rho\iota$ $\acute{\alpha}\rho\chi\acute{\omega}\nu$ attitulavit, in quibus quamplurima a calumniatoribus ineusantur. In his ergo ipsis inter principia quali expositione fidei usus sit proferemus: tum deinde et ex his quæ sparsim vel per ipsos libros, vel cæteros sensit, assignabimus eum prædicationem Apostolicam custodisse. Est ergo lectio ex primo libro $\pi\epsilon\rho\iota$ $\acute{\alpha}\rho\chi\acute{\omega}\nu$, quam promisimus, hæc.

CAPUT I.

Catalogus Ecclesiasticæ prædicationis.

ORIGENES. (Præfat. Libror. $\pi\epsilon\rho\iota$ $\acute{\alpha}\rho\chi\acute{\omega}\nu$ num. 2. et seq.)
Sicut enim—*an innatus.*

PAMPHILUS. Qui de nato vel innato requirit, sine dubio creature in eo nullam habet opinionem, alioquin et hoc adduxisset ad inquisitionem. Et adjungit. *Vel Filius—condonatur.* Et post pauca ait. *Est etiam*—*repererit.* Hæc quidem inter principia primi libri $\pi\epsilon\rho\iota$ $\acute{\alpha}\rho\chi\acute{\omega}\nu$ disseruit, ut ostenderet quæ sint illa quæ manifeste in Ecclesiastica prædicatione tradita sunt, et quæ sint quæ non aperte definiuntur. De quibus singulis secundum eam divisionem quam supra ostendit, sparsim disputat in reliquo corpore librorum; ea quidem quæ ex definito prædicari ab Ecclesia supra docuit, omnibus adhibitis probamentis, ex Scripturis sanctis manifestius et constantius asserens; de his vero de quibus ostendit non manifeste, neque ex definito in Ecclesia prædicari, opinionibus magis, et his sensibus qui disputanti ei et tractanti de talibus occurrere potuerunt, quam certis aliquibus ac definitis assertionibus utitur, id est, discutiens et pertractans potius quam affirmans. In omnibus tamen sermonis sui meminit, ejus quem supra

exposuit, cum ait illam solam recipiendam et credendam esse veritatem, quæ in nullo Apostolicis et Ecclesiasticis dogmatibus adversatur: Et non solum in his libris quorum supra fecimus mentionem, sed et in omnibus quæ de Scripturis exponit, hac sententia uti solet, et in his præcipue in quibus plures unius capituli interpretationes exponit; hoc asserens, se quidem ne quid quod dici possit omitteret, plura vel diversa, prout sentire potuit, protulisse; illud autem debere teneri, quod *apostolicus atque ecclesiasticus lector probaret. Hoc idem facit etiam cum hæreticorum discutit sectas: quibus omnibus confutatis atque convictis, unam solam, eamque quam supra exposuit, Catholicæ veritatis sententiam tenet. De quibus singulis qualiter responderit hæreticis, et quomodo universa eorum dogmata destruens, ipse semper Apostolicam confirmaverit fidem, si velimus omnes sententias ejus congregare, et longum satis est, et erit tam nobis qui scribimus onerosum quam legentibus tædiosum. Sed sufficit pauca proferre, in quibus omnium profecto facile dignoscentur indicia. Neque enim contra Domini sententiam sentiendum est, ut ⁿ qui in paucis invenitur fidelis, non etiam in multis et haberi debeat et credi fidelis.

Primum ergo ex ejus libris ponemus exemplum quod illi superiori conveniat, ex eo libro quem in Epistolam Pauli Apostoli ad Titum scripsit de eo capitulo in quo dicit Apostolus; ^o *Hæreticum hominem post unam correptionem devita; sciens quia perversus est, et peccat, qui est a semetipso damnatus.* De quo dicit qualis sit qui hæreticus, et qualis sit qui Catholicus est et Ecclesiasticus.

ORIGENES. (Comment. in Epist. ad Titum.) *Nomen hæresis,—misceri.* Et post hæc, paucis quibusdam per medium insertis, adjecit. *Quid vero sit—puritas.* Et post pauca addidit hæc. *Requisierunt—sicut illi.*

ⁿ Luc. xvi. 10.

^o Tit. iii. 10, 11.

* (Vide quod paulo post sequitur.)

Istæ voces sunt ejus qui velut hæreticus accusatur, et corruptio ac perditio animarum, ab his qui nequaquam postium ori suo et claustra labris suis imponere a Propheta didicerunt. Quæ quidem non in publico ab eo dicta sunt, id est, in communi Ecclesiæ auditorio, ne forte putetur propter audientes favorabilem aptasse sermonem: sed ex illis hæc libris protulimus, quos in secreto apud semetipsum nullo arbitro intercedente dictabat. In quo attentius vos illud volo considerare quod dixit, quia “si quis horum aliquid commutaverit, hæreticus est, ^q et peccat in subversione positus, et a semetipso damnatus, secundum Apostoli sententiam: cujus et nos auctoritati obsequentes eadem sentire debemus.” Cum ergo hæc ita se habeant, consequens arbitror interrogare istos ipsos accusatores ejus, si ipsi aliter quam ejus vocibus designatum est, vel de hæretico sentiunt, vel de catholico. Dicant ipsi quæ alia sunt Ecclesiastica dogmata, si hæc non sunt quæ superius ab illo digesta sunt. Et hæc quidem generaliter de omnibus Ecclesiasticis dogmatibus ab illo dicta sunt. Pergamus autem et quæ specialiter de singulis, et maxime de principalibus rebus, de sancta et beata Trinitate, id est, de Patre, et Filio, et Spiritu sancto senserit indicantes, et proferentes in medium ea quæ in diversis sui operis voluminibus inserta mandavit, et ut ipsius sententia de maximis et divinis rebus quæ fuerit ostendatur, et ^r duobus vel tribus vocum suarum testibus stet omne verbum defensionis ejus. Indicat ergo quid de Deo Patre omnipotente senserit in his ipsis libris, qui quam maxime ab accusatoribus celebrantur, id est, $\pi\epsilon\rho\iota\ \acute{\alpha}\rho\chi\acute{\omega}\nu$, scribens hæc.

CAPUT II.

De Deo Patre omnipotente.

ORIGENES. (Lib. i. De Princip. cap. i. num. 1.) *Omni igitur—specie constare.*

p Psal. cxliii. 3.

q Tit. iii. 2.

r Matt. xviii. 16.

PAMPHILUS. Hæc in primo libro *περὶ ἀρχῶν* scribit de Divina natura. In secundo vero, quia idem Deus veteris et novi Testamenti sit, hoc modo refert.

ORIGENES. (Cap. iv. num. 1.) *His per ordinem—præbitorem.*

PAMPHILUS. Post hæc in consequentibus multis argumentis atque exemplis Scripturarum affirmans, ostendit quoniam unus et idem Deus, Deus est Legis, et Evangeliorum, et Prophetarum, et Apostolorum, justus et bonus, visibilium et invisibilium ac totius universitatis Dominus. Quomodo ergo senserit de Deo Patre, ex his ejus scriptis quæ supra exposuimus, claruit. Videamus ergo nunc qualiter et de Dei Filio disserat.

CAPUT III.

De Deitate Filii Dei.

ORIGENES. (Lib. ii. De Princip. cap. vi. num. 1.) *Pro viribus—pertinent.*

PAMPHILUS. Unum istud testimonium de Deitate Filii Dei ex illis libris protulimus, qui maxime ab accusatoribus arguuntur. Dubium autem non est, quod eodem sensu etiam in cæteris sentiat, nec sibi sit ipse contrarius. De eo quod non sit Pater ante quam Filius, sed coæternus sit Filius Patri, in primo libro de Genesi hæc ait.

(ORIGENES.)

^s Οὐ γὰρ ὁ Θεὸς πατὴρ εἶναι ἤρξατο, κωλυόμενος, ὡς οἱ γινόμενοι πατέρες ἄνθρωποι ὑπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι πω πατέρες εἶναι. εἰ γὰρ αἰεὶ τέλειος ὁ Θεὸς, καὶ πάρεστιν αὐτῷ δύναμις τοῦ Πατέρα αὐτὸν εἶναι, καὶ καλὸν αὐτὸν εἶναι Πατέρα τοῦ τοιούτου Υἱοῦ, τί ἀναβάλλεται, καὶ ἑαυτὸν τοῦ καλοῦ στηρίσκει, καὶ, ὡς

^s Hunc locum Græce exhibet Eusebius lib. i. adversus Marcellum Ancyranum, pag. 22.

ἔστιν εἰπεῖν, ἐξ οὗ δύναται Πατὴρ εἶναι Υἱοῦ ; τὸ αὐτὸ μέντοιγε καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λεκτέον.

ORIGENES. Non enim Deus, cum prius non esset Pater, postea Pater esse cœpit, vel impeditus aliquibus ex causis, quibus homines mortales impedi solent, ut non statim ex quo sunt, etiam patres esse possint. Si enim semper perfectus est Deus, nec deest ei

virtus qua Pater sit, et bonum est esse eum Patrem talis Filii ; quid differt, aut quid hoc bono se fraudat, et non statim, si ita dici potest, ex quo potest esse Pater, efficitur Pater ? Id ipsum autem etiam de Spiritu sancto dicendum est.

PAMPHILUS. Aliud testimonium de eadem re ex libris Epistolæ ad Hebræos. *Lux autem aeterna*—quando non erat.

PAMPHILUS. Aliud testimonium de eadem re de libris Epistolæ ad Romanos (num. 4. et 5.) *Quod promiserat*, inquit, *per*—quando non erat.

PAMPHILUS. Item in libro primo περὶ ἀρχῶν (cap. 2. num. 2). Quod extra ullum initium est generatio Filii Dei. *Si ergo semel*—*Sapientiam*.

PAMPHILUS. Aliud testimonium de eisdem. (Ex eod. cap. num. 3.) *Qui autem initium*—*nominari potest*.

PAMPHILUS. Item aliud testimonium de eisdem. (Ex eod. cap. num. 9.) *Efficitur ergo*—*dicenda est*.

PAMPHILUS. Item aliud testimonium de eisdem. (Ex eod. cap. num. 11.) *Sempiternum, vel æternum*—*ab ipso Deo*.

PAMPHILUS. Item de æternitate Filii Dei, et inseparabilitate ejus a Patre, aliud testimonium de libro primo. (Ex eod. cap. num. 4.) *Infandum autem*—*Filius est*.

PAMPHILUS. Item de eodem aliud testimonium. (Homil. 9. in Jerem. * num. 4.)

* (Quæ quidem Homilia Græcæ extat.)

ORIGENES.

Ἰδωμεν δὲ τίς ἡμῶν
 ἔστιν ὁ Σωτήρ· ἀπαύγασ-
 μα δόξης. τὸ ἀπαύγασμα
 τῆς δόξης οὐχὶ ἅπαξ γε-
 γέννηται, καὶ οὐχὶ γεννᾶ-
 ται· ἀλλὰ ὅσον ἐστὶ τὸ
 φῶς ποιητικὸν τοῦ ἀπau-
 γάσματος, ἐπὶ τοσοῦτον
 γεννᾶται τὸ ἀπαύγασμα
 τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. ὁ
 Σωτήρ ἡμῶν σοφία ἐστὶ
 τοῦ Θεοῦ. ἔστι δὲ ἡ σο-
 φία ἀπαύγασμα φωτὸς
 αἰδίου. εἰ οὖν ὁ Σωτήρ αἰ-
 γεννᾶται, καὶ διὰ τοῦτο
 λέγει· Πρὸ δὲ πάντων
 βουνῶν γεννᾶ με· οὐχὶ δέ·
 πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γε-
 γέννηκέ με, ἀλλὰ πρὸ
 πάντων βουνῶν γεννᾶ με·
 καὶ αἰὲν γεννᾶται ὁ Σωτήρ
 ὑπὸ τοῦ Πατρός.

(Interpretatio Rufini.)

Videamus ergo quis sit Sal-
 vator noster. Splendor dicitur
 gloriæ, id est, æternæ lucis
 splendor; et certum est quod
 splendor ex lumine inseparabi-
 liter generatur, et donec per-
 manet lux, permanet semper et
 splendor. Salvator ergo noster
 qui sapientia est (Sapientia
 autem Dei ipsa est splendor
 æternæ lucis) inseparabiliter
 et indesinenter generatur ex
 patre. Sic enim et ipsa de se
 sapientia per Salomonem dicit :
Ante omnes colles generat me.
 Non enim dixit: ante omnes
 colles genuit me, sed generat
 me. In quo significantia sem-
 pternitatis est.

Interpretatio Nova.

“Videamus autem quis sit Salvator noster: Splendor est
 “ gloriæ. Splendor gloriæ non semel nascitur, et deinceps nasci
 “ desinit: sed quamdiu existit lux, efficiens splendoris, tandiu
 “ gignitur splendor gloriæ Dei. Salvator noster est sapientia
 “ Dei. Sapientia vero splendor est lucis æternæ. Si ergo Sal-
 “ vator semper gignitur, et propter hoc dicit: *Ante omnes*
 “ *colles generat me*: non vero: ante omnes colles genuit me, sed
 “ ante omnes colles generat me: et si semper ex patre gene-
 “ ratur Salvator,” &c.

r Prov. viii. 25.

CAPUT IV.

De Spiritu Sancto.

In libro secundo. ORIGENES. (De Princip. lib. ii. cap. vii. num. 1.) *Tempus est—prædicari.*

PAMPHILUS. Quod eadem sit inconvertibilitas Spiritus Sancti, quæ Patris et Filii. De libro i. *περὶ ἀρχῶν.*

ORIGENES. (Ex lib. i. De Princip. cap. viii. num. 5.) *Nulla ergo natura est—recepisse quod bonum est.*

PAMPHILUS. Et post pauca addidit. *Nulla ergo—studii quantitate.*

PAMPHILUS. Quod æqualis sibi sit Trinitas, et quod Spiritus sanctus non sit creatura. De libro primo *περὶ ἀρχῶν.* (cap. iii. num. 2.) *De Spiritu vero sancto—neque in futuro.*

PAMPHILUS. Et post pauca adjecit. (Ex eod. cap. num. 3.) *Veruntamen—diceretur.*

PAMPHILUS. Et insertis compluribus testimoniis de virtute Spiritus sancti, post aliquanta etiam hæc adjecit. (Ex eod. cap. num. 4.) *Si revelante Filio—sanctus.*

PAMPHILUS. Et post pauca adjecit. (Ex eod. cap. num. 5. 6.) *Rectum tamen—describamus*.*

PAMPHILUS. Et post multam de Patre et Filio per Scripturarum exempla assertionem, addidit hæc. (Ex eod. cap. num. 7.) *Spiritus vero—in Spiritum sanctum.*

PAMPHILUS. Quod sicut Pater novit initia omnium quæ

* (Ad superiora Delarueus apposuit Græca illa Origenis, quæ attulit Imp. Justinianus calce Epist. ad Mennam. 'Ο μὲν Θεὸς καὶ Πατὴρ συνέχων τὰ πάντα φθάνει εἰς ἕκαστον τῶν ὄντων μεταδιδούς ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ ἰδίου τὸ εἶναι· ὧν γὰρ ἐστίν. ἐλάττων δὲ πρὸς τὸν Πατέρα ὁ Υἱὸς φθάνων ἐπὶ μόνα τὰ λογικά. δεύτερος γὰρ ἐστὶ τοῦ Πατρὸς. ἔτι δὲ ἦττον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ μόνους τοὺς ἁγίους δι᾿ικνούμενον. ὥστε κατὰ τοῦτο μείζων ἢ δύναμις τοῦ Πατρὸς παρὰ τὸν υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. πλείων δὲ ἢ τοῦ Υἱοῦ παρὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ πάλιν διαφέρουσα μᾶλλον τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἢ δύναμις παρὰ τὰ ἄλλα ἅγια. Sed hæc ad Latina pertinere non videntur.

sunt et fines, sic et Filius, sic et Spiritus sanctus sciat, eo quod Deo possibile est omnem creaturam cognoscere. De quarto libro *περὶ ἀρχῶν*. (num. 26.) *Paulus*—*sæculo sæculorum*.

CAPUT V.

De incarnatione Verbi Dei.(Ex lib. iv. *De Princip.* num. 1—5.)*Rufini Interpretatio.*

ORIGENES. In omni orbe terrarum, in omni Græcia, atque exteris nationibus innumeri sunt et immensi, qui relictis patriis legibus, et his quos putabant Deos, vel observantia Moysi legis, in discipulatum se Christi, cultumque tradiderunt; et hoc non sine ingenti odio eorum qui simulacra venerantur: ita ut ab his frequenter et cruciatibus affligantur, nonnunquam etiam agantur in mortem. Amplectuntur tamen et cum omni affectu custodiunt

Πᾶσα δὲ Ἑλλάς, καὶ βάρβαρος ἢ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἡμῶν, ζηλωτὰς ἔχει μυρίους, καταλιπόντας τοὺς πατρώους νόμους καὶ νομιζομένους Θεοὺς, τῆς τηρήσεως τῶν Μωσέως νόμων, καὶ τῆς μαθητείας τῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λόγων· καίτοιγε μισουμένων μὲν ὑπὸ τῶν τὰ ἀγάλματα προσκυνούντων, τῶν τῷ Μωσέως νόμῳ προστιθεμένων· καὶ τὴν ἐπὶ θανάτῳ δὲ πρὸς τῷ μισεῖσθαι, κινδυνευόντων τῶν

Interpretatio Nova.

At universa tum Græcia, tum quæ per universum nostrum terrarum orbem patet Barbaria, innumeros habet qui derelictis patriis legibus et diis receptis, summo studio Mosaicas leges et disciplinam verborum Jesu Christi custodiunt, quamvis simulacrorum cultoribus odio sint qui Mosaicæ legi adherent; et præter odium, in vitæ periculo versentur qui Jesu Christi doctrinam

τὸν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ λόγον παραδεξαμένων. καὶ εἰάν ἐπιστήσωμεν πῶς ἐν σφόδρα ὀλίγοις ἔτεσι, τῶν ὁμολογούντων τὸν Χριστιανισμὸν ἐπιβουλεωμένων, καὶ τινῶν διὰ τοῦτο ἀναιρουμένων, ἑτέρων δὲ ἀπολλύντων τὰς κτήσεις, δεδύνηται ὁ λόγος, καίτοιγε οὐδὲ τῶν διδασκάλων πλεονάζοντων, πανταχόσε κηρυχθῆναι τῆς οἰκουμένης, ὥστε Ἕλληνας καὶ βαρβάρους, σοφούς τε καὶ ἀνοήτους προσθέσθαι τῇ διὰ Ἰησοῦ θεοσεβείᾳ, μείζον ἢ κατὰ ἄνθρωπον τὸ πρᾶγμα εἶναι λέγειν οὐ διστάζομεν. μετὰ πάσης ἐξουσίας καὶ πειθοῦς [†] τῆς περὶ τοῦ

doctrinæ Christi sermonem. Et est videre quomodo brevi tempore ipsa religio creverit pænis cultorum mortibusque proficiens, sed et bonorum direptionibus, atque omni ab his afflictionum genere tolerato. Et eo maxime mirum est, quod ne doctores quidem ipsi vel satis idonei sunt, vel satis plures. Prædicatur tamen sermo iste in omni orbe terrarum, ita ut Græci ac barbari, sapientes et insipientes, religionem Christianæ doctrinæ suscipiant. Ex quo dubium non est non hæc humanis viribus aut opibus agi, ut cum omni potestate et per-

suseperunt. Quod si ad id quoque animum attenderimus quo pacto annis tam paucis, tot insidiis structis adversus Christianos, quorum nonnulli necati, alii bonis mulctati sunt, potuerit hæc doctrina, licet alioqui non magna sit doctorum copia, ubique terrarum prædicari, ita ut Græci et Barbari, sapientes et insipientes, ad verum per Jesum Christum Dei cultum sese adjunxerint, rem humanis viribus majorem dicere non dubitabimus, cum præsertim summa cum potestate et fiducia docuerit Christus numquam suam victum iri doctrinam. Itaque jure pro Oraculis

[†] (for. τὸ.)

suasione sermo Jesu Christi apud omnium mentes atque animos convalescat. Nam et prædicta esse ab eo hæc ipsa, et divinis ab eo responsis confirmata, manifestum est, cum dicit, quia : ^r *Apud præsides et judices adducemini propter me in testimonium ipsis et gentibus.* Et iterum : ^s *Multi mihi dicent in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo manducavimus et bibimus et in nomine tuo dæmonia ejecimus. Et dicam illis : Discedite a me operarii iniquitatis : nunquam vos cognovi.* Quæ si ita quidem dicta ab eo fuissent, nec ad finem tamen ea quæ prædicta sunt, pervenissent, fortassis minus esse vera viderentur nec habere ali-

κρατυνηθήσεσθαι τὸν λόγον τοῦ Ἰησοῦ διδάξαντος, ὥστε εὐλόγως χρησμοὺς ἂν νομίσαι τὰς φωνὰς αὐτοῦ, οἷον, ὅτι Ἐπὶ βασιλέων καὶ ἡγεμόνων ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, καὶ τοῖς ἔθνεσι. καὶ, Πολλοὶ ἐρουσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ ὀνόματί σου ἐφάγομεν, καὶ τῷ ὀνόματί σου ἐπίομεν, καὶ τῷ ὀνόματί σου δαιμόνια ἐξεβάλομεν ; καὶ ἐρῶ αὐτοῖς, Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, οὐδέποτε ἔγνω ὑμᾶς. Εἰρηκέναι μὲν γὰρ ταῦτα ἀποφθεγόμενον μάτην, ὥστε αὐ-

habendæ sunt ejus voces, quales hæc sunt : *Ad reges et præsides ducemini propter me, in testimonium illis et gentibus. Et multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo manducavimus, et in nomine tuo bibimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus ? Et dicam eis : Discedite a me qui operamini iniquitatem. Nunquam novi vos.* Hæc enim temere prolata, nec proinde vera esse, forte olim verisimile erat : at cum deinde evenerint quæ tanta cum auctoritate dicta fuerant, perspicuum est Deum vere hominem factum salutarem hominibus doctrinam tradidisse. Quid

^r Matth. x. 18.

^s Matth. vii. 22, 23. (Sed diversa illa a receptis.)

τὰ μὴ ἀληθῆ γενέσθαι, τάχα εἰκὸς ἦν· ὅτε δὲ ἐκβέβηκε τὰ μετὰ τοσαύτης ἐξουσίας εἰρημένα, ἐμφαίνει Θεὸν ἀληθῶς ἐνανθρωπήσαντα σωτήρια δόγματα τοῖς ἀνθρώποις παραδεδωκέναι. Τί δὲ δεῖ λέγειν καὶ ὅτι * προεφητεύθη ὁ Χριστὸς, τότε ἐκλείψειν τοὺς ἐξ Ἰούδα ἄρχοντας καὶ ἡγουμένους ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ὅταν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, δηλονότι ἡ βασιλεία, καὶ ἐπιδημήσῃ ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία; σαφῶς γὰρ ἐκ τῆς ἱστορίας δῆλον, καὶ ἐκ τῶν σήμερον ὀρωμένων, ὅτι ἀπὸ τῶν χρόνων Ἰησοῦ, οὐκ ἔτι βασιλεῖς Ἰουδαίων ἐχρημάτισαν πάντων τῶν Ἰουδαϊκῶν

 alii medendo, alii rempubli- 30
 cam gerendo : ipsique adeo
 philosophi suo illo instituen-
 dorum hominum conatu ac stu-
 dio majorem in modum effe-
 runt. Audebunt ne vero 35
 Epicurus et Democritus dicere,

* For. γνώμη τύχη.

† For. ταύτης.

‡ For. αὐτοί.

λουσι φιλοσοφούντες ; ἀλλ' οὐδὲ θυμηδίαν ταύτης ἀν
 10 ἑτέραν προθεῖντο. καὶ γὰρ εἰ τὸ ἀγαθὸν ἡδονὴν εἶναι
 φρονούσιν, ἀλλ' αἰδεσθήσονται γε μὴ λέγειν ἥδιον
 αὐτοῖς εἶναι τὸ φιλοσοφεῖν. τοὺς δὲ Θεοὺς περὶ ὧν οἱ
 5 μὲν ποιηταὶ παρ' αὐτοῖς ἄδουσι, δοτῆρας ἑάων· οὗτοι
 δὲ οἱ φιλόσοφοι μετὰ τωθείας εὐφημοῦσι, Θεοὶ πάν-
 των ἀγαθῶν ἀδώρητοί τε καὶ ἀμέτοχοι. καὶ τίνι τρόπῳ
 τεκμηριοῦνται Θεοὺς εἶναι, μήτε παρόντας καὶ πράτ-
 10 τοντάς τι ὀρῶντες, ὡς οἱ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην
 καὶ τοὺς ἀστέρας θαυμάσαντες, διὰ τὸ θέειν ἔφασαν
 κεκληῆσθαι Θεοὺς· μήτε τινὰ δημιουργίαν αὐτοῖς ἢ κα-
 15 τασκευὴν προσνέμοντες, ἢ ἐκ τοῦ θεῖναι, τοῦτ' ἔστι
 ποιῆσαι, θεοποιήσωσιν αὐτούς· (τούτου γὰρ ἕνεκα
 πρὸς ἀλήθειαν ὁ τῶν ἀπάντων ποιητῆς καὶ δημιουργὸς
 15 μόνος ἐστὶ Θεός·) μήτε διοίκησιν, ἢ κρίσιν, ἢ χάριν
 αὐτῶν τινὰ πρὸς ἀνθρώπους ἐκτιθέμενοι, ἵνα φόβον ἢ
 20 τιμὴν ὀφλήσαντες προσκυνήσωμεν αὐτοῖς ;

Ἡ τοῦ κόσμου προκύψας Ἐπίκουρος, καὶ τὸν οὐρά-

20 molestum sibi atque invisum
 esse philosophandi munus? Imo
 non aliam profecto huic animi
 voluptatem anteponan: Etsi
 enim bonum voluptatem om-
 25 nem esse statuunt, hoc tamen
 dicere verebuntur, philosophari
 sibi non esse vulgari volup-
 tate jucundius. Deos porro,
 quos poetæ quidem *bonorum*
auctores prædicant, philosophi
 30 vero isti, nullius omnino boni
 vel auctores esse, vel participes
 ridendo jactant; Deos, inquam,
 illos, quibus tandem rationibus
 ut Deos esse putent adducun-
 35 tur; quos nec præsentem vide-
 ant, nec rerum quicquam mo-

lientes: (quod sequuti saltem
 videntur, qui solem, lunam, ac
 stellas admirati, Θεοὺς hoc est
 Deos, διὰ τὸ θέειν, id est, a cur-
 rendo vocatos esse dixerunt)
 nec ullo prorsus in operum aut
 functionum genere versari cred-
 ant, ut eos ἐκ τοῦ θεῖναι, hoc est
 ab efficiendo θεοποιήσωσιν, Deos
 efficiant: (propterea quippe
 omnium effector atque molitor
 unus vere Deus est,) nullo de-
 nique vel gubernationis, vel ju-
 dicii, vel beneficii vinculo cum
 hominibus teneri velint, ut cul-
 tum iis aliquem vel metu, vel
 honoris causa debeamus?

Num Epicurus forte, cum

νιον ὑπερβὰς περίβολον, ἢ διά τινων κρυφίων, ἅς μόνος
 οἶδεν, ἐξελθὼν πυλῶν, οὓς (for. τοὺς *Vigerus.*) ἐν τῷ
 κενῷ κατεῖδε Θεοὺς, καὶ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἐμακά-
 ρισε τρυφήν; καὶ κείθεν ἐπιθυμητῆς γενόμενος τῆς
 ἡδονῆς, καὶ τῆς ἐν τῷ κενῷ ζηλωτῆς διαίτης, οὕτω 5
 πάντας ἐπὶ τὴν τοῦ μακαρισμοῦ τούτου μετουσίαν,
 ἐξομοιωθησομένους ἐκείνοις τοῖς θεοῖς, παρακαλεῖ
 συμπόσιον αὐτοῖς μακάριον, οὐχ ὅπερ οἱ ποιηταὶ, τὸν
 οὐρανὸν ἢ τὸν Ὀλυμπον, ἀλλὰ τὸ κενὸν συγκροτῶν,
 ἔκ τε τῶν ἀτόμων τὴν ἀμβροσίαν αὐτοῖς παρατιθεῖς, 10
 καὶ προπίνων αὐτοῖς ἐξ ἐκείνων τὸ νέκταρ; καὶ δὴ
 καὶ κατ' ἐκείνων τῶν μηδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὄρκους τε καὶ
 ὄρκισμοὺς μυρίους τοῖς ἑαυτοῦ βιβλίοις ἐγγράφει,
 ὁμνύς τε συνεχῶς μὰ Δία καὶ νῆ Δία, ἐξορκῶν τε
 τοὺς ἐντυγχάνοντας καὶ πρὸς οὓς διαλέγοιτο, πρὸς 15
 τῶν Θεῶν, οὗ τί που δεδιῶς αὐτὸς ἢ δεδιπτόμενος
 ἐκείνους τὴν ἐπιορκίαν, κενὸν δὲ τοῦτο, καὶ ψευ-
 δές, καὶ ἄργον, καὶ ἄσημον ἐπιφθεγγόμενος τοῖς

ultra mundum hunc prospici-
 ens, ac cælestem illum ambi-
 tum prætergressus, aut per oc-
 cultum quoddam posticum, si-
 bique soli notum egressus,
 Deos in vacuo degentes vidit,
 ac summam eorum tantis in
 deliciis felicitatem admiratus,
 voluptatem inde concupiscit,
 atque illam quæ in vacuo duci-
 tur vitam æmulatus, omnes
 continuo tanquam Deorum il-
 lorum similes futuros, ejus ad
 felicitatis communionem ac so-
 cietatem invitat. Quibus ille
 cœnaculum, non jam cælum
 aut Olympum, ut poetæ, sed

vacuum instruit, confectam ex
 atomis apponens ambrosiam, 20
 indidemque haustum nectar
 propinans. Cæterum iis de re-
 bus, quæ nihil ad nos pertine-
 ant, mille juramenta sacrasque
 obtestationes suis passim libris 25
 inferciens, per Jovem assidue
 vel negat aliquid vel affirmat,
 lectoresque suos, et eos qui-
 buseum ipse disputat, Deorum
 obstringit religione, non quod 30
 illos ipse vereatur, aut perju-
 rium ullo modo reformidet; sed
 inanem hanc atque mendacem,
 vanamque ac nihil omnino sig-
 nificantem disputationum sua- 35

λόγοις αὐτοῦ παράρτημα, οἶον εἰ καὶ χρέμπτοιτο καὶ
 πτύοι, τό, τε πρόσωπον στρέφοι, καὶ τὴν χεῖρα κινοίη.
 τοιαύτη γὰρ ἀδιανόητος ἦν ἢ παρ' αὐτῷ καὶ ματαία
 ὑπόκρισις, ἢ τῶν Θεῶν ὀνομασία. ἀλλὰ τοῦτο μὲν
 5 πρόδηλον, ὅτι μετὰ τὸν Σωκράτους θάνατον κατε-
 πτηχῶς Ἀθηναίους, ὡς μὴ δοκοίη τοῦθ' ὅπερ ἦν, ἄθεοι
 εἶναι, κενὰς αὐτοῖς ἀνυποστάτων Θεῶν τερατευσάμενοι
 ἐζωγράφησε σκιάς. οὔτε γὰρ εἰς οὐρανὸν ἀνέβλεψε
 νοεροῖς ὀφθαλμοῖς, ἵνα τῆς ἐναργοῦς ἄνωθεν φωνῆς
 10 ἀκούσῃ, ἧς ὁ προσεκτικὸς θεατῆς κατακούσας ἐμαρ-
 τύρησεν, ὅτι ^μΟἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ,
 ποιήσω δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα.
 οὔτε τῇ διανοίᾳ κατέειδεν εἰς τοῦδαφος· ἔμαθε γὰρ ἂν,
 ὅτι ^ν τοῦ ἐλέους Κυρίου πλήρης ἡ γῆ, καὶ ὅτι τοῦ
 15 Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. ^ο Καὶ μετὰ
 ταῦτα γὰρ, φησὶ, Κύριος εἰς τὴν γῆν ἐπέβλεψε, καὶ
 ἐπέπλησεν αὐτὴν τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ. ψυχὴν παντὸς

rum appendicem effluens, non
 aliter ac si excreat aut expuat,
 20 aut convertat vultum, aut ma-
 num commoveat. Ejusmodi
 quippe omnis ista Deorum ap-
 pellatio est, superflua quaedam
 ac sensus expers studii que si-
 25 mulatio. At illud quidem
 longe certissimum, cum Athe-
 nienses a Socratis interitu me-
 tueret, ne qualis erat atheos
 esse videretur, vacuas iis levi-
 30 colorum Deorum umbras no-
 vum circulatorem informasse.
 Nec enim profecto aut spirita-
 libus unquam oculis suspexit
 in cælum, ut clarissimam illam

superioribus e locis vocem ex-
 audiret, qua intentus ille con-
 templator afflatus cum esset,
 exclamavit, *Cæli enarrant glo-
 riam Dei, et opera manuum ejus
 annuntiat firmamentum.* Aut
 vero solum ipsum mente de-
 spexit; hoc enim si fecisset,
 didicisset utique, quod *Miseri-
 cordia Domini plena est terra,*
 quodque, *Domini est terra, et
 plenitudo ejus.* Et illud, *Post
 hæc enim, inquit, Dominus in
 terram respexit, et implevit illam
 bonis suis. Anima omnis ani-
 mantis operuit faciem ejus.* Qui
 si nimia cæcitate non laborant,

m Ps. xviii. 1.

n Ps. xxxiv. 5.

o Eecclus. xvi. 29, 30.

ζώου ἐκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτῆς. εἰ δὲ μὴ σφόδρα τυφλώττουσιν, ἐπισκεψάσθωσαν τὴν παμποίκιον τῶν ζώων πολυπλήθειαν, τὰ χερσαῖα, τὰ πτηνὰ, τὰ ἔνυδρα, καὶ κατανοησάτωσαν ὡς ἀληθῆς ἐπὶ τῇ πάντων κρίσει (for. κτίσει *Vigerus*.) γέγονεν ἡ μαρτυρία τοῦ δε-5 σπότηου, καὶ πάντα κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόσταξιν πέφηνε καλά. Extant hæc in capp. v. postremis libri penultimi *Præparat. Evangelicæ* Eusebii pag. 772. et sqq. edit. *Vigerianæ*.

tantam illam ac tam variam animantium multitudinem contemplantur, terrenarum, volatili-
tilium, aquatili-
um, ac demum intelligant, quam verum hoc

in omnium procreatione testimonium fuerit, *Et omnia secundum ejus mandatum extiterunt bona.* 10

EX LIBRIS IISDEM DE NATURA.

I.

Οὐχ ἀπλῶς τῶν μεγίστων τοῦ κόσμου, καὶ τῶν ὑπ' 15
(an ὑπέρ?) αὐτὸν, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ αἰῶνος· ἀλλὰ πάντων καὶ τῶν ἐλαχίστων ἄπειρος ἀτέλεστος τῶν
(for. ἀτέλεστός τε) ἐν ἀνθρώποις ἡ γνῶσις. Extat in *Sacris Parallelis*, pag. 752. tom. ii. edit. Lequien. Op. S. Joannis Damasceni. 20

Non modo maximarum rerum orbis, et earum quæ supra ipsum sunt, quin etiam numeri

τοῦ αἰῶνος; sed et omnium prorsus etiam minimarum ignara est atque rudis humana cognitio.

II.

Ἔργαστήριον ἀνθρώποις καὶ θεάτρον, διδασκα-
λείου καὶ γυμνάσιον ὁ κοσμὸς ἠνέωγεν, ἵν' αὐτὸν καὶ 25

Officinam hominibus, ac theatrum, scholam et gymnasium

τὰ ἐν αὐτῷ πολυπραγμονήσαντες, τὸ μέγιστον ἐπὶ
τὴν αὐτῶν (for. αὐτῶν) γνῶσιν ἐφελκώμεθα. Extat
in editione Romana *Op. S. Dionysii Alex.* pag. 67 et in *Lib.*
Secundo Rerum Sacr. Leontii et Joannis in Vol. VII. *Novæ*
5 *Collectionis Vet. Scriptorum* a cl. Angelo Maio editorum pag. 98.

operuit mundus. Ut circa ip- ad nosmetipsorum cognitionem
sum, resque in ipso studiosius attrahamur.
agentes, quod maximum est,

III.

—ἐπεὶ καὶ σύμβολος (for. σύμβουλος) ἀγαθὸς
10 ὄφθη ξένοις, (for. ἐν ξένοις), ὁ πολλάκις ἐν οἰκείᾳ
βουλῇ σφαλῶν. τυφλώττει μὲν τις ἐπὶ πολὺ περὶ τὰ
αὐτῷ προσήκοντα διὰ φιλαυτίαν· ἀπροσπαθῶς δὲ καὶ
σχολαζούσῃ τῇ διανοίᾳ τοῖς ἐκτὸς προῖων ῥᾶον αὐτὸν
(for. αὐτῶν) εὐσύνοπτον ἴσχει καὶ καταφανῆ τὴν διά-
15 θεσιν· εἶτα ἐκείνοις συγκροτηθεὶς, καὶ διαδονισθεὶς,
ἐντρεχέστερός τε νοεῖν γενόμενος, καὶ ἑαυτοῦ ποτὲ
συναισθήσεται, εἴ γε καὶ τῆς ἐν τοῖς περικειμένοις ἀλη-
θείας ὀξύδερκῆς ἐπιγνώμων γένοιτο (for. γένοιτο ἄν).
Extat ubi supra in *S. Dionysii Alex. Reliquiis* p. 67. et p. 108,
20 Vol. VII. *Maiianæ Collectionis Vet. Scriptorum.*

Quandoquidem consiliarius
bonus in peregrinis visus est ille,
qui sæpius in proprio consilio
titubavit. Cœcutit plerumque
25 quilibet circa propria officia
ob sui ipsius amorem; citra
vero affectionem animi ac mente
tranquilla ad externa accedens,
facile ipsorum dispositionem

conspiciam et manifestam ha-
bet; deinde illis collisus et
discussus, factusque ad intelli-
gendum solertior, seipsum ali-
quando sensu percipiet, siqui-
dem et veritatis ipsorum, quæ
circumstant, acutus censor eva-
deret.

ANNOTATIONES
IN S. DIONYSII ALEXANDRINI
EXCERPTA,

QUÆ EX LIBRIS EJUS DE NATURA SUMPTA SUNT.

P. 393. l. 3. Ex libris ejus de Natura ad Timotheum] Ait Eusebius in *Hist. Eccl.* lib. vii. cap. 26. postquam epistolas aliquot Dionysii recensuit, Καὶ πλείους δὲ παρὰ ταύτας εἰσὶν αὐτοῦ παρ' ἡμῶν ἐπιστολαὶ, καὶ δὴ καὶ πολυεπεῖς λόγοι ἐν ἐπιστολῆς χαρακτῆρι γραφέντες· ὡς οἱ περὶ φύσεως Τιμοθέω τῷ παιδὶ προσπεφωνημένοι, καὶ ὁ περὶ πειρασμῶν· &c. *Sed et alia plures sunt apud nos illius epistolæ: et prolixiores libri, epistolari forma ac stilo conscripti. Cujusmodi sunt illi de Natura libri, Timotheo puero dedicati. Item liber de Tentationibus, &c.* Ubi Valesius, “Ex hoc libro de Natura in-
“signe fragmentum affert Eusebius in lib. xiv. de præpa-
“ratione sub finem. Hic porro Dionysii liber de Natura
“nuncupatus erat Τιμοθέω τῷ παιδί. Quæ quidem vox am-
“biguæ significationis est. Musculus quidem et Christo-
“phorsonus *filium* interpretati sunt. Ego *puerum* verti.
“Neque enim existimo Dionysium conjugem unquam ha-
“buisse. Eadem difficultas occurrit supra in lib. vi. cap.
“40.” Hæc ille. Ibi nimirum reddita fugæ suæ ratione
in hunc modum Dionysius locutus est, ἔγω τε καὶ οἱ παῖδὲς

καὶ πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν ἅμα συνεξήλομεν. Ad hoc, ubi illas res narrat, quæ sibi post fugam hanc contigerint, antequam Alexandriam urbem rediisset, ibi de Timotheo fit mentio ; unde judice Fabricio ad Hieronymum *De Viris Illustr.* cap. 69. filium Dionysii Timotheum hunc fuisse colligendum est. Idem porro de conjugio Dionysii videntur sentire et Tillemontius in *Mémoires Eccl.* vol. iv. p. 101. ed. Bruxel. et Strothius annotans ad Eusebium. Sin ita se res habebat, nondum tamen episcopum factum esse Dionysium, cum natus fuerit Timotheus, crediderim, propterea quod, cum tempus episcopatus ejus annos septendecim non excederet, gravis argumenti opus cuius puerilem ætatem haud egresso vix dicavisset præsul Alexandrinus. Neque tamen cum Baraterio dicerem, illa de fuga sua a Dionysio commemorata indicare hunc Timotheum vel episcopum, vel presbyterum fuisse. Vide *Dissert.* ejus III. *de Pseudo-Dionysio Areop.* §. v. pag. 294. Cujus quidem Pseudo-Dionysii opera idem Baraterius cognomini Alexandrino idecirco maxime asseruit, quod et personatus Dionysius scripta sua omnia Τιμοθέῳ nuncupavit, quem παῖδα passim vocat. At vero personatus ille, qui libros suos plerosque ita inscripsit, Τῷ συμπρεσβυτέρῳ Τιμοθέῳ Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος, ad Titum quoque, necnon, si diis placet, ad Joannem apostolum epistolas misit. Præterea ad dicendi genus quod attinet, quidquid monuit Baraterius, satis discrepat illud ab oratione veri Dionysii, ut nullum inde argumentum duci oporteat. Porro prorsus latuit res istæ veteres scriptores, qui traderent, Dionysium Alexandrinum in illa ipsa Pseudo-Dionysiana opera scholia conscripsisse. Ceterum divisum fuisse hoc opus *de Natura* in duos saltem libros, significant non tantum Eusebii verba supra adducta, sed et idem patet ex titulo ῥήσεως ejusdam in codice MSto *Parallelorum Joannis Monachi*, quem invenies apud Montfauconium in *Catalogo Bibliothecæ Coislin.* p. 390. Est autem, Διονυσίου Ἀλεξ. περὶ φύσεως α΄.

P. 393. l. 22. Πότερον ἔν ἐστι &c.] Omnia quæ hic sequuntur, præter parvulas tres ῥήσεις ad finem collocatas, in capitibus quinque postremis libri xiv. *Præparationis*

Evangelicæ pag. 772. seqq. ed. Fr. Vigeri servantur, qui in Notis hæc scribit; “Pulcherrimum hoc S. Patris fragmentum, quod ad libri hujus xiv. finem perducitur, Eusebianæ diligentiae beneficium est, quo alioqui, præter alia “pleraque sapientissimi viri monumenta, careremus.” Ipse autem Eusebius ῥήσεις Dionysianas hunc in modum induxit. Ταῦτα ὁ Πλάτων. Ἐγὼ δέ σοι καὶ Διονυσίου, τῆς κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίας ἐπισκόπου ἀνδρὸς, ἀπὸ τῶν περὶ φύσεως βραχέα τῶν πρὸς Ἐπίκουρον ἀντειρημένων παραθήσομαι. Σὺ δὲ λαβὼν ἀνάγνωθι τὰς οὕτως ἐχούσας αὐτοῦ φωνάς. *Hactenus Plato. Nunc juvat etiam ex Dionysii episcopi, hominis Christianam philosophiam professi, opere, quod de Natura conscripsit, pauca quædam e multis, quæ adversus Epicurum disputat, subjungere. Tu verba ejus ipsissima perlege.* Tum vero capiti 23. quo prima ῥῆσις extat, hic titulus præfixus est: Πρὸς τοὺς κατ’ Ἐπίκουρον πρόνοιαν μὲν ἀρνούμενους, ἀτόμοις δὲ σώμασιν ἀνατιθέοντας τὸ πᾶν. ἀπὸ τῶν περὶ φύσεως Διονυσίου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας. *Adversus Epicureos, qui et providentiam tollebant, et individuis corporibus universa tribuebant. Ex Dionysii Alexandrini episcopi libris de Natura.* Ceterum etsi ope, ut alibi dixi, codicis MS. qui in Collegio S. Joannis Baptistæ Oxonii servatur, Dionysiana istæ pluribus locis emendare potui, id tamen hic præstare mihi non licuit, quod ad MAXIMI et AFRICANI Fragmenta feci, ut veterem Georgii Trapezuntii interpretationem *Præparationis Evangelicæ* in hac parte adhiberem, cum inter plurima, quæ resecurit idem Trapezuntius codicem suum, ut videtur, secutus, omissa sint ab eo tam capita posteriora libri hujus decimi quarti, quam totus liber ultimus seu quintus decimus. Nunc vero, diu postquam hæc Dionysii in priore editione *Reliquiarum Sacr.* collocaveram, duæ prodierunt *Eusebianæ Præparationis* editiones, prior a Frid. Adolph. Heinichenno anno 1842, Lipsiæ typis mandata, altera Oxonii anno insequente a Thoma Gaisfordo Ædis Christi decano ad codices undecim MSS. recensita.

P. 394. l. 5. ἀγέννητον] Ἀγέννητον non factum cum v simplici MS. supra dictus exhibet. Sed de his vocabulis supra aliquid notavi ad MAXIMI Fragmentum, quod ex eodem

Eusebii opere in vol. II. desumpsi, p. 108. Ἀγένητον habent duo scripti Gaisfordiani.

P. 394. l. 11. διὰ τὸ πολυσχήμενας οὔσας] Sic pro διὰ τὸ πολύσχημον *MS. S. Joan.* et quatuor e codicibus in gratiam cl. Gaisfordi collatis, duo alii πολυσχημονούσας. Nunc eum secutus verba recepi.

Ibid. l. 14. ἀποτελεῖν] Perquam apte his verbis exponi decreta Epicurea de atomis, ait doctissimus Stillingfletus; qui et lectorem suum admonuit, convenire ea cum philosophi ipsius dictis in epistolis ejus ad Herodotum et Pythoclem, quæ supersunt, tum etiam cum Plutarchi [seu potius alius ejusdam auctoris] opere *De Placitis Philosophorum* lib. i. cap. 4. Vide *Origines* ejus *Sacras* lib. iii. cap. 2. §. 11.

Ibid. l. 16. ὁ δὲ] Cum positum sit ὁ Δημόκριτος in *MSto Coll. S. Joan.* non hic ut solet, sed proxime ante verbum ὑπέλαβεν, ex margine igitur in textum devectum nomen istud videtur, quo quidem non opus est. Ceterum Varro apud Ciceronem, *Jam vero*, inquit, *physica, si Epicurum, id est, si Democritum, probarem, possem scribere &c. Academic.* lib. i. cap. 2. Nonnulla vero, sed perpauca, mutabat Epicurus, teste eodem Cicerone, *De Finibus*, i. 6. et *De Nat. Deor.* i. 26. Hæc olim scripsi. Vocem posuit cl. Gaisford. ante ὑπέλαβεν, quatuor *MSSStis* in hac causa commemoratis.

P. 395. l. 1. οἱ δὲ, τὰς ἀτόμους μετονομάσαντες] Hic posui sumptum ex *MSto* μετονομάσαντες pro edito μὲν ὀνομάσαντες, ejus loco scribendum esse prius conjeceram μὴ ὀνομασάντες. Nunc habet μετονομάσαντες *codd. quatuor Gaisfordiani*.

Ibid. l. 5. Διόδωρον] Diodorus hic est, qui cognomine Cronus dictus, ex Megaricis fuit philosophis; a Sexto Empirico sæpe commemoratus. Nunc adnotat cl. Heinichen. “ὀνοματοποιὸν Διόδωρον γεγονέναι. inde ipse Diodorus ἀμερῆς “vocatus. Vid. Tiedemann. Geist der speculativen Philosophie T. ii. p. 410. sq.”

Ibid. l. 6. Ἡρακλείδης] Audi Edv. Corsinum in Syllabo editioni suæ præmisso libri superius commemorati *De Placitis Philosophorum*, p. xxx. “Heraclides Ponticus appellatus “quod Heracleæ, in Ponto natus esset, Aristotelis auditor “fuit ex Laert. lib. v. seg. 86. adeoque circa Olymp. 110.

“ floruisse debuit. De illo Fabricius *Bibl. Gr.* Lib. iii. cap. xi. pag. 302.”

P. 395. l. 7. Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρός] Idem Corsinus p. xxvi. Aselepiades *Prusiade*, vel, ut antea dicebatur, *Cio* Bithyniae urbe natus, oratoriam primum, mox medicam artem excoluit. Pompeii magni temporibus floruit, eoque medico usus est Cicero, ut ipse testatur, lib. i. de Oratore cap. 14. Vixit annis 150. Videndus Fabricius lib. vi. cap. 9. pag. 87. Aselepiades alter Galeno memoratus, Neronis proximorumque Cæsarum ætate floruit; quemadmodum C. Calpurnius Aselepiades Prusa ad Olympiam oriundus Trajani temporibus vixit, natusque anno U. C. 840. septuagenarius interiit. Fabricius ibidem, p. 90. Itaque ambiguum plane, quem ex Aselepiadis istis designet Plutarchus ubi variis in locis Aselepiadis opiniones exponit, quum uterque de rebus medicis libros ibi a Fabricio recensitos ediderit.” Hæc Corsinus. Quemcunque interea hominem Aselepiadis nomine signare velint scriptor *De Placitis* et Dionysius, a quo scilicet atomi ὄγκοι nominati sint, hic enim non positum est, ita dictum fuisse Aselepiadem; tam illum quam Heraclidem commemoravit in lib. *de Anima* Tertullianus, hunc in c. 9. illum in c. 15. Porro utrunque inter vetustiores illos atomistas recenset doctissimus Cudworthus, quos quidem non atheos esse, sive Democriteos, credidit; vid. *Systema Intellectuale* cap. i. §. 16.

.Ibid. l. 10. Πῶς ἀντῶν ἀνασχόμεθα &c.] Præfixum est lemma hoc in Eusebii libris: Ἀπὸ τῶν ἐν ἀνθρώποις ὑποδειγμάτων. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. *Rerum inter homines vulgarium exemplis Epicureorum dogma refellitur. Ex eodem.*

Ibid. l. 13. καὶ καθ' ἑαυτῶ] Ut hic addidi particulam καὶ ex *MSto Coll. S. Joan.* desumptam, sic etiam ante voces εἶδε γὰρ, eandem restitui, quam habet et *R. Stephanus*, ejus princeps editio est. Καὶ καθ' ἑαυτὸ præstant duo *MSS. Gaisfordiani.*

P. 396. l. 1. νουθεοῦνται] Deesse aliquid videtur [edita lectio fuerat *νουθεοῦντων*]: pendent enim ista, nec verbo ullo fulciuntur. Quid si ἐξ ὧν, quod sequitur (lin. ead.), tolleretur? Quid si post *παραδειγμάτων* adderetur *φιλοσο-*

φοῦσιν, aut aliud simile? Quid si, quod magis placet, *νουθετούντων*, mutaretur in *νουθετοῦνται*? VIGERUS. Ex conjecturis istis præ cæteris mihi quoque placebat postrema, quam firmat *MS. Coll. S. Joan.* in quo positum est *νουθετοῦνται*. Hanc igitur lectionem recepi. Nunc præstant *νουθετοῦνται MSS. Gaisfordiani quinque*.

P. 396. l. 16. *ὡς ἂν παρείκη]* Interdum impersonaliter adhiberi hoc verbum ostendit Budæus *Comment. Ling. Gr.* p. 550. ed. R. Steph. ubi ex auctore quodam, Platone forsan, hoc affert, *ὅσον ἂν δυνώμεθα, καὶ ἐκάστω παρείκη*. Paulo post *MS.* exhibet *ὑπέβαλεν αὐτὴν* pro *ὑπέβαλλεν ἑαυτὴν*, quod quidem *ὑπέβαλεν* recepi. Sed et nunc addit Gaisfordus *codices quinque αὐτὴν* præstantes.

P. 397. l. 4. *ἐκατέρας συνεκόμισε κάριον]* Hæc mutila sunt. Legi queat, *εἰς τὸν ἐκατέρας* &c. *ἐκατέρας* autem, *νεῶς* scilicet et *ἀμάξης*. VIGERUS. Quid si legatur *ἐκάτερα*, h. e. ligna, quæ ad utrumque, et navem et vehiculum, pertinent, adverbialiter *κάριον* adhibito? Ait auctor infra simili in causa, *καὶ ἕκαστα συμφέρων κατὰ τὴν οἰκειότητα πρὸς ἕκαστου φαῦσιν ἀστέρος* p. 400. l. 7.

Ibid. l. 9. *ὀράτωσαν γὰρ τὰς ἀθεάτους ἐκεῖνοι]* Neque hæc satis casta. Quæ enim illæ sunt *ἀθεάτοι*, quas videre; quæ porro *ἀνόητοι*, quas cogitare jubet? An forte subintelligit *φύσεις*? Esto. qui deinde sententiarum istarum nexus est futurus? Alter quidem ex *MSS.* pro *ἀθεάτους ἀθέτους* habet: unde sensus hic elici possit, ut eos jubeat incompositas illas, et *ἀνοήτους* h. e. stolidas atomos diligentius expendere, non segnius et obiter intueri; quod abs sese factum David olim fatebatur in sui ipsius adhuc imperfecti cogitatione informanda: quo facilius intelligant, ex tanta illarum perturbatione, ordinatum politumque nihil existere potuisse. VIGERUS. Esse *ἀθεάτους* quidem *ἀτόμους* hic memoratas, quin censeret Epicurus, vix dubito, qui, referente ipso Dionysio supra, *ἀνεπαισθήτους* istas *εἶναι* propter parvitatem suam dixerit. Vid. pag. 394. lin. 17. Verumtamen propter *ἀκατέργαστον* illud mox allatum, quocum hæc conferri videntur, haud spernenda nobis est *ἀθέτους* lectio alterius ex *MSS.* Vigeri. Extiterat præterea vox *εὐθέτους*

lin. 15. p. 396. Nunc autem recte fortasse adnotat cl. Heinen. “ Equidem nihil video cur lectione vulgata offendi “ recte possimus, neque ad τὰς αὐτὰς ἀθεάτους καὶ τὰς ἀνοήτους “ præcedens ἀτόμους supplere. Apparet enim, credo, non “ sine acerbiori ironia Dionysium dicere, Spectent scilicet “ Epicurei, si placet, atomos, quæ omnium fugiunt aspectum, cogitent sibi et informant, quæ cogitari et informari “ plane nequeunt.”

P. 397. l. 12. τὸ ἀκατέργαστόν σου εἶδον οἱ ὄφθαλμοί μου] Locus mihi quidem perobscurus. Primum tamen pro ἴδωσαν (sic in prioribus Vigeriana edd.) legend. ἴδον, vel εἶδον, ut apud Chrysost. et alios, atque in omnibus Græcorum Bibliorum editionibus. Deinde, relictam illam ab cæteris omnibus lectionem sequutus est, ἀκατέργαστόν σου, et ὄφθαλμοί μου. Illa enim φανερωθὲν ἐαντῷ significant, non Dei sed Davidis oculos id vidisse: hoc, opinor, sensu, τὸ ἀκατέργαστόν σου, &c. *Quod ex tuis operibus imperfectum adhuc et impolitum videbatur, oculi tandem mei perviderunt*; ubi videlicet majori abs te luce perfusi caligare desierunt. Hæc ad aperiendam utcumque Dionysii sententiam. Cæterum communis eademque certior lectio est, τὸ ἀκατέργαστόν μου, εἶδον, vel ἴδον, οἱ ὄφθαλμοί σου. ut Hebr. $\text{עֵינַי וְרָאָה בְּבֶטֶן הַבֶּטֶן}$ *me, cum adhuc materno in utero à μόρφωτος et inchoatus embryo clausus tenerer, oculi tui clarissime perviderunt.* Id enim est בֶּטֶן . Quæ Chrysostomus, Symmachi explicationem sequutus, cum sequentibus ita pertexit, Ἄμορφωτόν με, τουτέστι. μηδένα λαβόντα τύπον, ἔτι πλαττόμενον, ἔτι ὑφαινόμενον καὶ οὕτω με ἴδον σαφῶς, ὡς ἐκείνου τὸν πεπληρωμένον καὶ οὐδεμιᾶς ἡμέρας ἔτι δεόμενον, πρὸς τὴν ἀπάρτισιν. Et paulo post, ὁμοίως ἐκείνοις με εἶδες, τοῖς πλασσομένοις, ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν, ἡμέραις, αἷς οὐκ ἐνέδει οὐδεμία ἡμέρα. VIGERUS. Notandum est, extare lectionem Dionysianam ἀκατέργαστόν σου, et ὄφθαλμοί μου, in codice Alexandrino τῶν σ'. a Grabio post Vigeri tempora publici juris facta, quamvis ab eodem Grabio in oram editi libri rejectam. Εἶδον quoque, quod ope *MSti Præparationis Ecang. Joannensis* vice τοῦ ἴδωσαν Dionysio reposui, *codex Alex.* præ se fert, nam forma est interpretibus LXX. so-

lennis, eandemque tuentur *tres codd. Gaisfordi*. Sed interea habet *εἶδον* lectionem communem Epiphanius in *Hær.* xxx. num. 30. p. 156. ed. Petavii. Nunc vero ait cl. Heinichen. "Pro *ἴδωσαν* scribendum est *ἴδουσαν*. Vid. Maittaire de "Græc. L. Diall. p. 298. sq. Winer Grammatik des N. T. "p. 70. sq. et Euseb. H. E. t. iii. p. 315. p. xv."

P. 397. l. 18. *ἐρίθους*] Hoc pro *edito ἀρρήθους MS. Coll. Joan. et codices quinque Gaisfordi*, qui ait non raro titubatum esse ad hanc vocem, quam præeunte eo nunc ego recepi.

P. 398. l. 1. *ἡ τὸν μέγαν τοῦτον οἶκον &c.*] Cum his verbis, quæ, ut jam notavit Vigerus, cum superioribus contexi debent, incipit tamen Eusebii caput 25, hoc titulo præmisso. 'Απὸ τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. *Idem ex universi molitione conficitur. Ex eodem.*

P. 398. l. 3. *ἐπιφαινομένης*] Hoc verbum, quod Gaisfordum secutus pro *vulgato ἐπιφερομένης* nunc recepi, præstant *MS. Coll. Joan. et codd. quinque Gaisfordi*. Plato in *Gorgia* ex Pythagoreorum placitis; Φασὶ δ' οἱ σοφοὶ, ὧ Καλλίκλεις, καὶ οὐρανὸν καὶ γῆν, καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους τὴν κοινωνίαν συνέχειν, καὶ φιλίαν καὶ κοσμιότητα, καὶ σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην; καὶ τὸ ὅλον τοῦτο διὰ ταῦτα ΚΟΣΜΟΝ καλοῦσιν, ὧ ἐταίρε, οὐκ ἀκοσμίαν οὐδὲ ἀκολασίαν. §. xlix. seu pag. 507. ed. Steph. Confer. *Constit. Apost.* v. 6.

Ibid. l. 10. *Τίνα δὲ καὶ τρόπον*] Particulam *καὶ* addidi ex *MSto* desumptam. In voce *ἀπασῶν* subaudi *ἀτόμων*.

Ibid. l. 14. *ἡ μακραιωνά γε κατὰ τὸν οὕτως ὀνομάσαντα*] Dixerat nimirum philosophus quispiam, naturalia non tam appellanda æterna esse, quam diuturna. Sed ex Epicuri atque Atomistarum principiis, monuit Stillingfletus in *Originibus Sacr.* lib. iii. cap. 2. §. 17. nullos naturæ vel effectus vel opera apte quæri et explicari posse. Quod quidem præclare hic ostendere ait Dionysium opponentem hoc atomistis, efficere eos nulla idonea causa allata ex una eademque materia uniformi, cum res sensu perceptas, tum vero alias cum fugientes; nonnullas item, quæ vitam sortitæ sint diuturnam, alias autem, quæ brevissimam. Tum autem,

judice eodem Stillingfletto, Dionysius in *ρήσεσι* sequentibus mira eloquentia philosophiæ hujus liquido exposuit irrisitque stultitiam.

P. 399. l. 8. *καὶ τῶν γεννωμένων*] Articulum mihi præstitit *MS. Joannensis*, nunc firmantibus *quatuor Gaisfordianis*.

P. 400. l. 4. *ὁ φιλοκρίνων*] Optime rescribit Vigerus *ὁ φυλοκρίνων*. Proxime post *διαχέων* pro *ἀναχέων*, et *γέννηται* pro *γένηται*, *MS.* Sed *ἀτόμους* ex antecedentibus subaudi. *Φυλοκρίνων* unus de *codd. Gaisford.*

Ibid. l. 6. *τάσδε δὲ ὠδὶ*] Sic pro *τὰς δὲ ὠδὶ* ex *MSto* edidi. Consentiant *tres Gaisfordiani*.

Ibid. l. 8. *φᾶδσω*] Olim *φύσω*, quod mutavi cum *φᾶδσω* lectione *MSti*. Firmant quinque *codd. Gaisfordi*.

Ibid. l. 8. *ἡλιακαὶ, τσοαῖδε*] Fide *MSti* particulam *καὶ*, quæ fortasse ex antecedente voce *ἡλιακαὶ* nata erat, omisi ante *τσοαῖδε*. Omittunt *καὶ tres scripti Gaisfordiani*.

P. 401. l. 4. *συγκεχυμένην*] Prout legendum conjecerat Vigerus, sic legitur in *MSto* pro *συγκεχωρημένην*. Scribitur paulo post in *eodem codice* *τὸν ἵππον*, sed male, et *σφενδονήτας*, et *ἕν' ἀλλήλοις*. Omissum est ibidem *καὶ πάντα* ante *ἀναμίξ*. Et inferius, *ἑαυτὰς* extat pro *αὐτάς*. Sufficit hic dicere, *tres Gaisfordi codices* vocem præstare *συγκεχυμένην*.

P. 402. l. 3. *κατὰ τὸν ποιητὴν*] *Odys.* ρ': ver. 218.

Καὶ μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει.

᾿Ως ἀεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει Θεὸς εἰς τὸν ὁμοῖον.

Ibid. l. 14. *αἱ συνωμοσίαι*] Hanc vocem *MS.* suppeditavit pro *συνομολογαί*, quod interpretamentum esse videtur. Infra de stellis ait auctor, *καὶ τὰς πρὸς τοὺς πλησιοχώρους γειτνιασεις Ἐνωμοτοῶς καὶ μετ' εἰρήνης φυλάττουσιν.* pag. 404. lin. 10. Spectari inter hæc videntur duodecim cœli domus seu topi, de quibus, cum alii, tum Manilius. *συνωμοσίαι* nunc præstant *MSS quinque Gaisfordi*.

Ibid. l. 18. *οὔτοι*] Hoc recepi ex *MSto* pro *αὐτοί*.

P. 403. l. 2. *ἐποπτεύειν*] Hoc quoque ex eodem *MSto* sumptum pro *ὑποπτεύειν* posui. Paulo infra habes, *ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἑτέραν ἐπισκοποῦσιν ἀνακύκλῃσιν αὐτοῦ, καθ' ἣν ὄρισμένας &c.* Consentit cum *MS. Joan.* unus ex *Gaisfordianis*.

P. 403. l. 13. Μέγας Κύριος ὁ ποιήσας αὐτὸν, &c.] Quanquam ita verit Vigerus, ac si nullius scriptoris verba attulisset Dionysius, tamen aliter, ni fallor, res se habere constaret, si locus in hunc modum rectius verteretur, *Verum quamvis nolint miseri isti, tamen quemadmodum credunt justī, Magnus est Dominus, qui eum creavit*, &c. Extare verba apud Siracidem xliii. 5. jam monet Gaisfordus.

Ibid. l. 16. ἐπ' αὐτῆς] Sic recte scribitur cum in *edit. R. Steph.* tum in *MSto*, pro ἐπ' αὐτοῖς, quod in editione Vigeriana extat. Nunc duos alios codices ἐπ' αὐτῆς præstantes addit Gaisfordus.

P. 404. l. 12. κατελήφασιν] Sic immutavi *vulgatam lectionem καὶ εἰλήφασιν, MStum* secutus. Nunc huic codici adde *quatuor Gaisfordianos*.

P. 405. l. 5. Ἡ τις οὕτως εὐτακτος] Ex *MSto* εὐτακτος pro εὐτάκτως reposui. Consentit *unus de codd. Gaisfordianis*.

Ibid. l. 7. ἐμποδοστατοῦντος] Sic *MS.* uti olim conjecerat reponendum Vigerus pro ἐμποδιστατοῦντος. Consentiant tres *MSS. Gaisfordiani*.

Ibid. l. 11. ἐκνεύσει] Hoc reposui pro νεύσει *MStum* secutus, in quo tamen ἐκνεύσει. Lin. quoque 13. ἀνεισιν ex *eodem cod.* reposui pro ἀνίησιν. Consentiant tres *codd. Gaisfordi*. Nunc quoque ἐκνεύσει præstant tres *scripti Gaisfordiani*.

P. 406. l. 2. κατὰ ῥυθμὸν] *MS.* κατ' ἀριθμὸν, a quo abest καὶ περιόδια, scribiturque pro σφενδονισθέντος in *eodem cod.* σφενδονηθέντος, quod præstantibus *quatuor de suis codicibus Gaisfordus* recepit, quemque ego nunc secutus sum. Habet κατ' ἀριθμον *unus ex illis Manuscriptis*.

Ibid. l. 7. τὸ ξένους] *MStus* articulum suppeditabat. Nunc adde tres *Gaisfordianos*.

Ibid. Εἰ πορεύονται &c.] Hæc restitui ex *Versione τῶν ὁ.* consentiente *Eusebii MSto*, præterquam quod in eo scribitur ἀπορεύονται pro εἰ π. *Vulgo* enim legitur Εἰσπορεύονται pro εἰ π. et κατάλυμα pro καθόλου. Nunc constat καθόλου habere *sex codd. Gaisfordianos, unumque* εἰ πορεύονται.

Ibid. l. 14. Καὶ οὔτε ἑαυτοὺς, οὔτε &c.] Incipit ab his verbis caput 26. Eusebianum, cui hic titulus præfixus est.

Ἐκ τῆς ἀνθρώπου φύσεως. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. *Idem ex Hominis natura concluditur. Ex eodem.*

P. 407. l. 1. καὶ εἶπεν αὐ] Licuit ope *MSti S. Joan.* addere particulam αὐ, in quo tamen codice scriptum erat ἄπερ ὁ συνησθημένος pro ὡσπερ σ. Agnoseunt αὐ duo *codd. Gaisfordiani*, et ὅπερ ὁ συνησθ. *alii duo.* Edidit Gaisfordus ἄπερ συνησθ. ex *quinque libris.*

Ibid. l. 4. καὶ προσεπεξεργάσατο αὐ ὡς ἐκεῖνος] *Vulgo* καὶ προσεπεξεργάσατο αὐ ἐκεῖνος. Ope *MSti*, in quo tamen προσεξεργάσατο, locum emendavi. Habes infra ἐπεξεργασόμενοι p. 361. l. 9. Proxime ante in *eodem codice* desunt illa ἐπλασάν με καὶ *Psalm.* cxviii. vel cxix. ubi LXX. habent αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἐπλασάν με. Et paulo post in ῥήσει Jobiana ἐνυρας h. e. ἐνευρας pro ἐνειρας in *MSto Eusebii* exaratum est. ὡς ἐκεῖνος *quatuor codd. Gaisfordi.*

Ibid. l. 12. κατακλεισθεῖσαι] *MS. Joannensis* καταβληθεῖσαι et *quatuor Gaisfordiani.*

P. 408. l. 11. πᾶσι] Hoc sumptum ex *MSto* substitui *vulgato* πάσης. Nunc præstant πᾶσι *codd. quinque Gaisfordiani.*

Ibid. l. 15. προσιοῦσαι] Recepit *προϊοῦσαν* Vigeri conjecturam in editionem suam Heinichenus.

Ibid. l. 18. ἐδωδὴ δ' ὡσπερ] Sic *MStus.* Adde *unum ex Gaisfordianis.* *Vulgo* enim abest δέ. Et mox ἡ ἀφή ex *eodem MS.* pro ἀφή posui. Nunc consentientibus *quatuor Gaisfordianis.*

P. 409. l. 6. πρὸς τὸν δοκοῦντα λογιώτερον] Hæc ait Dionysius disputaturus, ut videtur, contra philosophum aliquem disertio-rem et in dicendo exercitio-rem, quam extitit Epicurus, qui quidem indisertus vulgo habitus est.

P. 410. l. 2. διαμονῆς] *Vulgo* διανομῆς. Scribi vero aliter *διαμονῆς* notat in margine Vigerus, et in interp. præstat. Porro hanc vocem supra adhibuerat Dionysius p. 399. l. 13. αἰτίους γίνεσθαι τῆς περὶ τὴν *διαμονὴν* διαφθορᾶς, vel *διαφορᾶς*, corrigente Vigerō. Itaque, cum eadem extet in *MSto*, in contextum eam recepi. Nunc confirmantibus *duobus scriptis Gaisfordianis.*

Ibid. l. 3. τὴν χρῆσιν] Hoc recepi in textum ex *MSto* pro τὴν κρίσιν, sed et ad oram *edit.* suæ Vigerus notaverat,

scribi aliter τὴν χρῆσιν. Nunc constat præstare τὴν χρῆσιν sex e *MSS. Gaisfordianis*, et χρῆσιν pro κρίσιν, et θεότητα pro ἀθεότητα dedisse se notat Heinichenus. Mox omisit verba καὶ θέλας *MStus Joannensis* cum *duobus Gaisfordianis* l. 6. Habetque idem *MS. τῶν ἐντοσθίων* pro ἐνδοσθίων l. 10. cum *uno codice Gaisfordi*.

P. 410. l. 18. κὰν ἐπιπολῆς] Eum mihi sensum expressisse videor, qui ex verbis illis exprimi poterat: sed tamen illa duo, ὡς ἂν οἰοί τε γενώμεθα, et ἐπιπολῆς, minus conjuncta esse posse arbitror. Mallem igitur ἐπὶ πολλοῖς, supplendo ῥήμασι, seu λόγοις. Particula κὰν vel abesse potest, vel si retinetur, emphasim habet cum asseveratione conjunctam, ut sæpe alias. *VIGERUS. MS. quidem Collegii S. Joan.* exhibet ἐπὶ πολλῆς pro ἐπιπολῆς, sed bona *Vigeri* venia, verba non inconvenientia videntur, et vix opus, ut quid mutetur. Habet interim *Hesychius, Ἐπιπολῆς. ἀνωτάτω, ἐπάνω. Ἐπιπολαιότερων. τῶν μὴ βαθέων. Ἐπιπολαίαντες. ἐπάνω τοῦ ὕδατος περιφερόμενοι. Glossæ Vett. Ἐπιπολαίως. Summatim.* Habent ἐπὶ πολλῆς *codd. quatuor Gaisfordiani*.

P. 411. l. 3. χωνεύσασαι προσαγάγειν] *MS. χωνευσάσθαι προσάγειν.* Προάγαγειν reposuit cl. *Gaisfordus* ex *quatuor Manuscriptis*.

Ibid. l. 5. σωματουργοί] Vulgo σωματουργῶν. Scribi σωματουργοί notat in margine *Vigerus*, et fortasse rectius, saltem ita exaratum est in *MSto Coll. S. Joannis*. Mox abest ab *eodem codice* ἢ ante παρά. Habetque cum *duobus Gaisfordianis* ἐνέπνευσε pro ἐνέπνευσεν. Priora olim notavi, nunc cum *Gaisfordo σωματουργῶν* recepi suadentibus id omnibus ejus *Manuscriptis*.

Ibid. l. 15. μουσικὴν] Habet μάθησιν *MS.* fortasse ex interpretamento. Μάθησιν tres præstant *Gaisfordiani*. Mox in *eodem MS. Joan.* ἐμπειροί pro ἐμπειρικά. ἐμπειροί *quinque Gaisfordiani*, ἐμπειρικοὶ καὶ σοφοὶ duo.

P. 412. l. 1. τῶν μὲν ἀπέιρων κόσμων] Garrere de iis soliti sunt Epicurei; et extat initio harum ῥήσεων hujusmodi quiddam. vid. p. 394. l. 13.

Ibid. l. 4. Ἐργάζεσθαι δέ γε &c.] His verbis, quibuscum

incipit caput ult. lib. xiv. *Eusebianæ Præparationis* præfixum hoc est; "Ὅτι οὐκ ἐπίπονον τῷ Θεῷ τὸ ἐργάζεσθαι. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. *Operum suorum molitionem Deo laboriosam ac molestam non esse. Ex eodem.*

P. 412. l. 15. Μηδ' ἀναβάλλεσθαι] Hesiodi verba sunt in "Εργ. ver. 408.

Μηδ' ἀναβάλλεσθαι εἰς αὔριον, εἰς τ' ἔννηφιν.

Qui sequitur,

Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς &c. Ibid. 411. VIGERUS.

ἐς τ' αὔριον pro εἰς αὔριον ex *MSto* reposui. ἐστ' αὔριον et ἐστ' ἔννηφιν apud Hesiodum editum nunc comparent.

Ibid. l. 18. ἡμᾶς τε] For. ἡμᾶς δέ. VIGERUS. Mox addidi ex *MSto* φησιν post Ἐπικατάρατος γάρ. Consentientibus nunc *quatuor scriptis Gaisfordianis.*

P. 413. l. 4. ἄηθες] Vulgo ἀληθές, sed legendum cum *MSto Collegii S. Joannis*, prout conjecerat Vigerus, ἄηθες. Favent *tres codd. Gaisfordiani.* Unde mihi in mentem venit corrigentis cl. Forsteri, qui ob merita in Platonem celeberrimus est, verba Josephi historici de Christo, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῆ τ' ἀληθῆ δεχομένων, ubi τ' ἀληθῆ legere pro τ' ἀληθῆ nos monet, et paulo post, τῶν ἰδίων προφητῶν pro illo τῶν θείων προφητῶν reponere; quæ quidem duæ, opinatur vir eruditus, correctiones locum hunc satis tutum ab omnibus adversariis ejus, adeoque Josepho optimo jure vindicandum, præstant. Vide ejusdem Dissert. de eo lingua vernacula conscriptam. Villoisonus autem in *Diatriba Anecdotis suis Græcis* annexa p. 69—71. Josephum subinde interpolatum fuisse censet scholiis Christiani cujuspiam lectoris ad oram codicis affixis. Hoc vero contigisse necesse est, antequam Eusebius verba Josephi descripsisset; quem quidem constat non tantum in *Historia sua Ecclesiastica* hæc ipsa posuisse, sed etiam in *Theophrasia* sua, cujus quidem libri interpretatio Syriaca nuperrime a cl. Leao orbi litterato communicata est. Et mihi quidem omnis illa Josephi narratio ei recte adscribi posse videtur, si modo ἔμβλημα omitteretur, quod Origeni fortasse causa fuit, ut totum Josephi de Christo testimonium præmitteret; est istud, ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν

πάλιw ζῶw, τῶw θείωw προφητῶw ταῦτα τε καὶ ἄλλα μύρια θαυμασία περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. Josephi *Antiquit. Jud.* l. xviii. c. 4. p. 79. edit. Hudson. Etenim velim ea perpendantur, quæ de Joanne Baptista paulo post scripserit Josephus. quæque eadem attulerit Origenes in lib. i. cap. 3. *Contra Celsum*. Κτείνει γὰρ, αἰτ Josephus, τοῦτον Ἡρώδης ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ τοὺς Ἰουδαίους κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκοῦντας καὶ πρὸς τὸν Θεὸν θεοσεβεία χρωμένους, βαπτισμῶ συνιέναι, cap. 6. p. 105. Poterat ergo Josephus verissima illa, quæ de Jesu audiverat, referre, etsi non crederet posse eum Messiam fuisse, qui Judæos a Romano jugo non liberavisset. Sed et nuperime viri docti rem alia ratione tractarunt. Mox habet *MS.* καὶ κάματος ἐγγίνεται τοῖς ἐπιχειρήσασιν.

P. 413. l. 11. ἢ τὴν Περσῶw οἱ βασιλείαν γενέσθαι] *MS.* τῶw pro τὴν exhibet, fortasse legend. ἢ τὴν τῶw Π. Cum *MS.* consentiunt duo ex *codd. Gaisfordi*; supra l. 7. *MS. Joannensis* habet τὸ τὰ εἰωθάτα.

P. 414. l. 4. τῶw γοῦν Ὑποθηκῶw] Fabricius *Biblioth. Gr.* vol. ii. p. 635. ed. novæ, in Democriti scriptis ethici argumenti ὑποθηκὰς has a Dionysio commemoratas reposuit, ac plures ex illis sententias Stobæum sumpsisse (cui Maximum addit cl. Harlesius) suspicatur. Pagina autem 641. conjecturam facit Fabricius easdem ὑποθηκὰς iis operibus accensendas esse, quæ ex Democriti scriptis decerpta fuisse tradat Laertius. Felici autem emendatione, quæ commemoratur in Menagii *Observationibus in Laertium* p. 414. repositum est Laertio opera Democriti enumeranti Ὑπομνημάτων Ἠθικῶw pro eo, quod legitur, Ὑπομνημάτων, ἢ οἴκων.

Ibid. l. 6. φύσει γὰρ γνώμη τύχη μάχεται] Præclare Tullius pro Marcello, sect. 7. *Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur*. VIGERUS. Malim legere γνώμη τύχη μάχεται propter sequentia, in quibus ταύτης pro ταύτην reponi debet. Abest τύχη a *MSto*.

Ibid. l. 10. τὴν τύχηw] Haecenus verba Democriti: quæ sequuntur, Dionysii sunt. VIGERUS.

Ibid. l. 16. τολμήσουσιν] *MS.* τολμησάτωσαν et tres *Gaisfordiani*, unus τολμήτωσαν.

P. 415. l. 3. ἦδιον] Sic *MS.* pro ἡδὺ ὄν conjecturam fir-

mans Vigeri. Nunc adde *quinque Gaisfordianos*. Sed proxime post minus apte *MS.* αὐτῆς εἶναι τι τοῦ φιλοσοφεῖν. Quod exhibet *Gaisfordianus* tantum *unus*.

P. 415. l. 3. δοτῆρας ἑάων] Homerus *Odyss.* θ'. ver. 325.

Ἔσταν δ' ἐν προθύροισι, θεοὶ δωτῆρες ἑάων.

Et ver. 335.

Ἑρμεία, Διὸς υἱέ, διάκτορε, δῶτορ ἑάων.

Et alibi. VIGERUS. Præstant δωτῆρες pro δοτῆρας *MS.* *Joan. tresque Gaisfordiani*.

Ibid. l. 7. ἀδώρητοί τε] Id est, *nullorum auctores donorum*, hoc quidem loco, ubi δωτῆρες et ἀδώρητοι opponuntur. VIGERUS. Induxi τε ex *MSto*. Nunc firmantibus *tribus Gaisfordianis*. Adnotat cl. Heinichen. de *νοθεία* et *νοθισμὸς* supra c. vi. v. Ruhnken. ad *Tim.* Lexic. p. 218 ed. Koch.

Ibid. l. 10. διὰ τὸ θέειν] Plato in *Cratylō* pag. 397. ed. Steph. ubi ita Socrates. Τοιόνδε τοίνυν ἔγωγε ὑποπτεύω. φαίνονται μοι οἱ πρότεροι τῶν ἀνθρώπων τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους μόνους θεοὺς ἡγείσθαι, ὥσπερ νῦν πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ γῆν, καὶ ἄστρα καὶ οὐρανόν· ἅτε γοῦν αὐτὰ ὀρῶντες πάντα ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως τῆς τοῦ θεῖν, θεοὺς αὐτοὺς ἐπονομάσαι· ὕστερον δὲ κατανοοῦντες, τοὺς ἄλλους πάντας ἤδη τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύειν.

P. 415. l. 12. θεῖναι, τοῦτ' ἔστι ποιῆσαι] *Θέω curro, θέω facio, θέω video*, omnia hæc communem notionem habere videntur in actione intensiore sitam. Cons. editionem *Lennerpianæ Etymol. Ling. Gr.* a cl. Scheidio adornatam.

P. 337.

P. 416. l. 2. οἶδεν] Sic *MS.* pro εἶδεν. Nunc adde *tres Gaisfordianos*. Porro infra in verbis, ἐπὶ τὴν τοῦ μακαρισμοῦ τούτου μετουσίαν lin. 5. articulum τὴν *idem codex* sup-peditavit. Nunc adde *duos Gaisfordianos*. Mox τοὺς pro οὖς conjecturam Vigerianam recepit in textum Heinichenus.

Ibid. l. 10. ἀτόμων] Scribi aliter ἀτμών notavit in margine Vigerus, sed minus recte sic scribi videtur.

Ibid. l. 11. καὶ δὴ καὶ κατ' ἐκείνων] Posteriori καὶ orationem auxi ope *MSti Joannensis*. Nunc consentiunt *tres Gais-*

fordiani. Hæc porro de Diis, non, ut Vigerus, de *rebus*, quæ nihil ad nos pertinent, interpretor.

P. 416. l. 17. ἐκείνους] Cum scriptum sit in *MSto* ἐκείνους pro ἐκέινος, et præsent præterea ἐκείνους *quinque codd. Gaisfordiani*, Gaisfordum secutus istud nunc recepi. Proxime ante legendum αὐτοὺς pro αὐτὸς censet Vigerus, vix recte.

P. 417. l. 1. οὖον εἰ καὶ χρέμπτοιτο &c.] Indicia summi contemptus.

Ibid. l. 5. κατεπηγῶς Ἀθηναίους] Conf. Cic. *De Nat. Deor.* i. 30, 31, 44. Mox l. 7. ἐνέβλεψε pro ἀνέβλεψε *MS.*

Ibid. l. 14. Καὶ μετὰ ταῦτα γὰρ] Verba ipsius Siracidæ sunt, Καὶ μετὰ ταῦτα Κύριος, κ. τ. λ. in quibus pro ψυχὴν legendum putat ψυχῆ Vigerus, sed ψυχὴν habent τῶν ο'. *codd. Vat. et Alex.* Grabius tamen ψυχῆ nominativum in textum *Bibliorum* admisit. αὐτοῦ pro αὐτῆς *Eusebii* habet *MS. Joannensis* cum *duobus Gaisfordianis*. Præstat ψυχῆ *unus de iisdem*. Clauditur interea sic versus, Καὶ εἰς αὐτὴν ἡ ἀποστροφὴ αὐτῶν.

P. 418. l. 4. καὶ πάντα κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόσταξιν &c.] Etsi ita vertit Vigerus, ac si verba alicujus scriptoris hoc loco a Dionysio allata essent, tantum respici *Genesis* cap. i. comm. ult. videtur, dum et ipse ait legendum κτίσει pro κρίσει Vigerus; idque nunc receperunt Heinichenus et Gaisfordus. Ceterum Eusebius post *Excerpta* istæc ita pergit scribere; Ταῦτά μοι ἀπὸ πλείστων ἐξήνθισται τῶν πρὸς Ἐπίκουρον Διονυσίῳ τῷ καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπῳ πεποιημένων. *Hæc mihi e pluribus libata sunt atque decerpta, quæ Dionysius episcopus æqualis noster adversus Epicurum disputavit.*

Ibid. l. 15. Οὐχ ἀπλῶς &c.] *Excerptum* edidit cl. Lequien. in *Rupescaldinis Parallelis Sacris*, cum hoc titulo, Τοῦ ἁγίου Διονυσίου Ἀλεξανδρείας, περὶ φύσεως. Et in codice *MSto Parallelorum Joannis*, qui recensetur in *Bibliotheca Coisliniana*, post *Sangermanensi*, duæ extant ῥήσεις, ut testatur in pag. 390 *Catalogi* Montfauconius, ex libris *Dionysianis De Natura* desumptæ. Harum unius titulus est, περὶ φύσεως, alterius περὶ φύσεως α'. Utra autem, an neu-

tra illarum ῥήσεων sit ista, quæ hic sistitur ex Lequieno et ex Schedis Joannis Ernesti Grabii in bibliotheca Bodleiana numero v. notatis, nescio, cum eadem sententiæ diligentiam amici libros pro me Parisiis perscrutantis fefellerint. Eadem autem ῥήσις in Grabii Schedis MSS. bis occurrit, et in posteriore quidem loco ex *cod. Claromont.* descripta *Parallelorum vetustiorum Joannis*; quæ quidem Parallela a Lequieno post mortem Grabii edita prodierunt. Et unum hoc operis Dionysiani fragmentum quod apud Lequienum invenire potui, a Gallandio video adjectum prioribus excerptis Eusebianis, quæ ipse in tomo tertio *Bibliothecæ suæ Patrum* ex editione Vigeriana ad verbum sumpta, inter cetera Dionysii Alexandrini Fragmenta reposuit.

P. 418. l. 15. τῶν μεγίστων] Hic editione *Parallelorum* Lequiena relicta quæ exhibet μεριστῶν, Grabii apographo μεγίστων debeo. An ὑπερ αὐτὸν pro ὑπ' αὐτὸν legendum est?

Ibid. l. 16. τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ αἰῶνος] Quid sit istud, nisi significetur mundi vel harmonia vel anima, vel substantia, aut denique ipse numerus denarius, ignoro. Cons. Meursius *De Denario* cap. ult. p. 109.

Ibid. l. 17. ἀτέλεστος τῶν] Suppeditat quidem particulam καὶ ante ἀτέλεστος Grabii utrumque apographum, sed ita quoque τῶν delendum esset.

Ibid. l. 24. Ἐργαστήριον ἀνθρώπων &c.] Posita sunt a cl. editore *Operum S. Dionysii Alex.* Romæ 1796 calce ceterorum Fragmentorum *Librorum De Natura* duæ istæ ῥήσεις ex codice Vaticano LIII. descriptæ. Postquam vero illas anno 1818 in Additamento ad vol. iv. *Reliquiarum Sacr.* collocaveram, tandem mihi innotuit allatas antiquitus easdem fuisse a Leontio et Johanne in Libro Secundo *Rerum Sacrarum*, quem nuperrime anno 1833 cum orbe litterato communicavit cel. Angelus Maius in vol. vii. *Novæ Collectionis Vet. Scriptorum* pagg. 98 et 108. Apud Maium prioris ῥήσεως est epigraphe, Διονυσίου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ περὶ φύσεως, alterius, τοῦ μακαρίου Διονυσίου ἐν τῷ περὶ φύσεως. Cum in editione Dionysii Romana mendis seaterent hæc excerpta, plerasque earum in Additamento

ante sustuleram, quam Leontii et Johannis opusculum vidi. Editus enim Dionysius habebat in ῥήσει priori, ἀν αὐτὸν, aberatque ab ea τὰ ante ἐν αὐτῷ. In posteriori autem extabat σύμβολον ἀγαθόν, ὁ pro δ, εὐσύναπτον, ἐκείνους; deerat quoque post ἑαυτοῦ ποτὲ verbum συναισθήσεται, ubi tamen desiderari aliquid ab editore significatum est.

S. DIONYSII ALEX.

EXCERPTA QUÆDAM

EX

NICETÆ CATENA PATRUM

5

IN JOBUM.

I.

ΤΟ δὲ, ^a Ὡσπερ μία τῶν ἀφρόνων ἐλάλησας, τινὲς
eis τὴν Εὐαν ἐξέλαβον. Ἐκείνην, φησὶν (S. Dionysius),
ἐμιμήσω τὴν πρώτην δεξαμένην τῆς ἀμαρτίας τὸ βέ-
λος, καὶ συμβουλαῖς ὁμοίαις παρακρουσαμένην τὸν
10 εἰκόνι Θεοῦ τετιμημένον ἐκείνον καὶ πάσης κακίας
ἐλεύθερον. ἠγγνόησε γὰρ τοῦ ὄφεως τὰ πολύπλοκα καὶ
σκολιὰ νοήματα, καὶ τὴν ἀγρίαν καὶ ἀτίθασσον φρό-
νησιν, ^b δι' ἣν (for. addend. θηρίων) οὐκ ἀνθρώπων

Patricii Junii interpretatio,

15 *Correcta ad Græca, quæ nonnullis in locis immutata sunt.*

Illud vero, *Tanquam una in-*
insipientium loquuta es, quidam
ad Evam retulerunt; illam, in-
quit, imitata es, quæ peccati
20 telum primum exceperit, et con-
siliis haud dissimilibus, illum,

qui Dei imagine ornatus, om-
nique vitio liber erat, circum-
venit. Ignorabat enim illa ser-
pentis varium et vafrum inge-
nium, ejusque agrestem et effe-
ratam calliditatem, ob quam,

^a Gen. iii. 1.

^b Job. ii. 10.

φρονιμώτερος λέλεκται· οὐδὲ γὰρ ἂν δύναίτο τῶν δικαίων ὁ ἄδικος, τῶν τοῦ Θεοῦ παρέδρων, ὁ ἀποστάτης. εἰ δὲ τοὺς ἄφρονας καὶ ἀνοήτους κατασοφίζεται, ^c τῷ πληῶ καὶ τῇ πλινθείᾳ γοητεύων, ^d καὶ τοὺς οὐκ ἀναβοῶντας πρὸς τὸν Θεόν, διὰ τὸ μὴ τῆς ἐπιβουλῆς αὐτοῦ 5 συναισθέσθαι, εἰκότως ἐν τοῖς θηρίοις ἐκεῖνοι λογισθεῖεν, ὧν μόνον (for. μόνων) φρονιμώτερος εἶναι λέλεκται. ἀτελής γὰρ ἦν ἔτι καὶ ὁ ὑπ' αὐτοῦ πρῶτος ἀπατηθεὶς ὁ Ἀδάμ, εἰς ψυχὴν ζῶσαν μόνου, ^e μηδέπω δὲ καὶ εἰς πνεῦμα ζωοποιῶν γενόμενος, καὶ ἔτι γε πρὸ αὐτοῦ, ἢ 10 πλευρὰ οἰκοδομηθεῖσα εἰς γυναικα. οὕτω μὲν οὖν οὐ φρονιμώτερος ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐδὲ ἀγγέλων· πῶς γὰρ, ὁ ^f εἰς τὸ καταπαίζεσθαι ὑπ' αὐτῶν γενόμενος; οὐκ αὐτῶν δὲ μόνων, ἀλλὰ καὶ εἴ τις τῶν ἐνταῦθα ἰσάγγελος· ὥσπερ ὁ Ἰωβ, ὃς περιγενόμενος αὐτοῦ 15 καὶ κατακρατήσας ἑκατέρωθεν, καὶ μήτε διὰ τὴν εὐθηνίαν, καὶ τὴν εὐπραγίαν ἀλοῦς, ἢ παρακρουσθεὶς ὑπ'

non hominibus prudentior appellatus est; neque enim justis injustus, Deique assessoribus prudentior apostata esse potest: si vero stultos et fatuos luto et opere lateritio fascinans, decipit, atque eos qui non clamant ad Deum, propterea quod insidias ejus haud sensu percipiunt, hi jure optimo belluis annumerandi sunt, quibus solis sapientior est nuncupatus. Erat etiam tunc imperfectus, qui ab illo primus in fraudem inductus est Adam, qui in animam tantum erat vi-

ventem, nondum factus in spiritum vivificantem, ejus item costa quæ in mulierem [prius] 20 ædificata fuerat: quare nec hominibus nec angelis sapientia antecellit. Quæ enim poterat, ludibrio ab eis afficiendus? nec ab illis tantum, verum etiam 25 ab iis quæ in terris, ad angelorum naturam proxime accedunt; qualis Jobus exstitit, qui superior illo evasit, et utrinque illum debellavit, neque magna 30 rerum externarum affluentia et felicitate victus, vel dolis ab eo circumventus: sed irrepre-

^c Exod. i. 14.

^e 1 Cor. xv. 45.

^d Exod. ii. 23.

^f Job. xl. 19.

αὐτοῦ· ἀλλὰ διαμείνας, ^ε ὡς μαρτυρεῖται ὑπὸ τοῦ
 Θεοῦ, ἄμεμπτος, μήτε διὰ τὴν ἀνύποιστον νόσον, καὶ
 τὸ ἀνήκεστον καὶ ὄλοσχερὲς ἔλκος ἐνδοῦς, ἀλλὰ πάντα
 ὑποστάς, ἵνα ἡ περὶ αὐτὸν τελειωθῇ τοῦ Κυρίου πρό-
 5 νοια, καὶ δίκαιος ἀναφανῇ· οὗτος γέρας τοῦτον καὶ
 ἄθλον λαμβάνει· ^h Λήψη, φησὶν, αὐτὸν δοῦλον αἰώ-
 νιον, παίξῃ δὲ αὐτῷ ὡσπερ ὄρνῳ. Extant hæc in cap. 2.
 pag. 96. ed. Junii.

hensibilis, juxta Dei testimo-
 10 nium perstitit, neque propter
 morbum intolerabilem, et ul-
 cus immedicabile, quod corpus
 universum depascebat, eidem
 cessit, sed ut Dei erga ipsum
 15 providentia finem suum sorti-

retur et justus appareret, om-
 nia perpessus est; atque ita
 illum tanquam munus et certa-
 minis præmium reportat, *Ac-
 cipies, inquit, eum servum sem-
 piternum; ludes autem in eo,
 sicut avi.*

II.

Εἶδες οἷα περὶ Θεοῦ λέγει ὁ μακάριος Ἰώβ· πολλὰ
 γὰρ κατὰ μέρος ἐπιθειάσας αὐτὸν καὶ δοξολογήσας,
 πάλιν συγκεφαλαιωσάμενος, ἔφη, ⁱ Ὁ ποιῶν μεγάλα,
 καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἐνδοξά τε καὶ ἐξαισία, ὧν οὐκ ἔστιν
 20 ἀριθμός. εἰ γὰρ καὶ ἀναρίθμητος ὁ ἀριθμός ἐστι, καὶ
 τέλος οὐδὲν ἴσχει, ἐπαύξησιν αἰεὶ καὶ προσθήκην εἰς
 ἑαυτὸν δεχόμενος, ἐπ' ἄπειρόν τε καταριθμούμενος·
 ἀλλ' ὑπερβάλλει, φησὶ, σύμπαντα τὸν ἀδιεξόδευτον
 ἀριθμον τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ τὰ ἔργα, πόσῳ μᾶλλον
 25 αὐτός; ὁ γὰρ ἐστὶν ἀνέφικτον παντὶ καὶ ἀτελεύτητον,

Vidisti quænam de Deo di-
 cat beatus Jobus; cum pluri-
 bus enim et particulatim ver-
 bis eum extulisset, et gloriam
 30 ejus celebrasset, iterum sum-
 matim cuncta complexus, dixit,
 Qui facit magna et investigabi-

lia, gloriosaque et mirabilia, quo-
 rum non est numerus. Quam-
 vis enim numerus sit innume-
 rabilis, et incrementum addi-
 tionemque admittens, nullum
